





BOSTON

148 BAVINI, Johan. Historia novi et admirabilis fontis
Balneique Bollensis in Ducatu Wirtembergico ad acidulas
Goepingenses. Numerous woodcuts. Small 4° vellum.
Montisbeligardi, 1598

62 $\frac{1}{2}$ ¢

148

No.

BOSTON
MEDICAL LIBRARY
ASSOCIATION,

19 BOYLSTON PLACE,

Received....

October 30th 1873

By

Purchaser

1845

E. Nolte

148

HISTORIA
NOVI ET ADMIRA-
BILIS FONTIS BALNEI
QUE BOLLENSIS IN DUCATV
Vvirtembergico ad acidulas Goe-
pingenses:

M A N D A T O.

ILLVTRISS. PRINCIPIS AC D.D. FRID. DV-
CIS VVIR TEM BERG. ET TECCENSIS,
Comitis Montisbelig. &c. ac EQY. ORD. REG. GALL. a'
subditorum omniumq; vicinorum & extero-
rum emolumenatum ob vires insignes
adornati,

A IOANNE BAVHINO ILL. eius C I L S.
Medico conscripta.

Cuius sanè utilitas non in eos tantum, qui prædicto fonte, sed alij
etiam medicatis aquis sunt usuri, redundabit maxima: usui
etiam in multorum morborum curatio-
nibus citra balneas fuz-
tura.

Adiiciuntur plurimæ figuræ nouæ variorum fossiliūm,
stirpium & insectorum, quæ in & circa hunc
fontem reperiuntur.

MONTIS BELIGARDI
ANNO
M. D. XCIIIX.

1503



1267

ILLVSTRISS. PRIN-

CIPIBVS IOANNI FRI-

DERICO, AC LUDOVICO FRIDERI-

co, Illustriss. Princip. FRIDERICI Ducis Wirttem-

berg. & Teccensis, Comitis Montisbelig. ac

EQUITIS ORDINIS REGIS GALLIARUM, &c.

Filijs, DOMINIS suis Clemen-

tissimis.

LIVSTRISSIMI Principes, clemētissimiꝝ Do-
mini, cum ipsa Natura sit Dei ordinatio, & ad
omnes res creatas fouendas & conseruandas in
suo genere aptissima & diligentissima ratio: non
leui sane contumelia diuinam Majestatem afficiunt, qui
propter humanarum arumnarum multitudinem, eam Nos-
uercam esse dicunt. Qummus enim multi varijꝝ in rebus
humanis defectus cōspiciantur: attamen mortaliū vitio, non
Natura, multo minus Deo adscribēdi sunt. Qui licet iusto iu-
dicio homines subinde puni at, tantarū tamē calamitatū dia-
luvio nō delectatur: quin in ira sua misericordie recordetur.
Quod ut verissimum, ita probatu facilimum est. Nam miser-
tus Adami & Eue parentum nostrorum, qui sua inobedientia
sibi & nobis labores, morbos, mortem deniꝝ temporalem &
eternam promeriti sunt, dedit non solū summum & unicum
illud benedictum semē premissū Filium suū I E S U M C H R I-
S T U M θεάνθρωπον Saluatōrem nostrū: verum etiam (ut est ve-
rus in necessitate opitulator) multa creauit & demonstrauit
remedia in terris, ordinaria & extraordinaria, quibus genus
humanū vivoluit ad sublenandā sue misericordiæ sortis mul-
tiplicem fragilitatem. Scriptum est Eccles. 38. Honora Medicū
propter necessitatem: nam eum creauit Dominus. Est enim à
Supremo medicina, & à Rege stipendium accipit. Medicis scie-

A.



PRAEFATIO

tia, cuius caput extollit, ita ut proceribus sit admirationi. Dominus creauit ex terra medicamenta, quæ prudè homo non fastidit. Nonne ligno dulces reddidit aquas amaras, ut eius vias hominibus cognosceretur? Gen. 6. Et iam hominum multitudo per Orbem crescere incipiebat: quibus cum filiis nascerentur, eam pulchritudine capti hominum potentissimi, eligeabant ex omni numero quas ducerent uxores. Tum Dominus dixit. Non perpetuò contendam animo cum hominibus, qui caro sunt: itaq; erit eorum atas centum viginti annorum. Erant etempestate in terris Gigantes, & ex illis potentum connubij nati sunt Heroes, homines ab omni memoria celebres; &c. Cum videret Deus orbem terrarum esse corruptissimum, & in terris mortaliū perdi: iissimos mores, cum Noah sic locutus est, Omnia mihi rerum humanarum interitus statutus est, ut quorum iniustitia terra ipsa referta est, eosego cum terra ipsa aboleam. Tu construio tibi arcam &c. Deus ob horrendas scortationes & abominabile Sodomiticum dictum peccatum, Sodomam & Gomorrham & omnem circa regionem sulphure subuertere voluit, misit Angelos qui educerent Lotum cum uxore & filiabus. Gen. 19. Abraham fas me urgente subuenit. Gen. 12. & Iacobo Gen. 43. Populo Israelitico crudeliter per Pharaonē Aegyptiorū Regē vexato, Deus exsiccauit mare Exod. 13. Cum bibere non posset aquas de Mara ob amaritudinem, Moses clamauit ad Dominum, qui ostendit ei lignū: quod cum misisset in aquas, in dulcedinem versa sunt. Exod. 15. In deserto Manna de cœlo pluit, Exod. 16. Sirienti fecit erumpere aquas è rupe. Exod. 17. Cum Dominus ei ignitos serpentes moriiferos misisset, fecit Moses serpentem æneū, & posuit eū pro signo, ut quisquis ab illis percussus huc aspiceret, non moreretur Num. 21. Cum Philisthai affligerens tur in secretiori parte natū, & à muribus ob captā Arcā: Sacerdotes Philisthaorum, ita permitiente Deo, utile remedium consulue-

PRAEFATIO.

consuluerunt, 1. Sam. 6. Naaman Princeps militiae Regis Syriae, leprosus, ex mandato Elisei prophetæ lotus in Iordane septies, mundatus est à lepra, 2. Reg. 5. Dixit Dominus Deus per Prophetam, agrotanti Regi Ezechie: Præcipe domui tue, morieris enim, & non vives. Qui conuertit faciem suam ad paricetē & orauit DOMINVM: fleuit itaq; Ezechias fletu magno. Eliae autem dixit DOMINVS: Dic Ezechia: Audiu orationem tuam, & ecce sanauit te. Et dixit Iaia: afferte massam ficorum, quam posuit super ulcus eius & curatus est, 2. Reg. 20. Erat Ierosolima, (cum etiam esset corrupta & depravata) probatica piscina, cognominata Bethesda: in porticu iacebat multitudo magna languentium, cœcorum, claudorum, tabidorum, expectantium aquæ motionem. Angelus enim DOMINI, de cendebat secundum tempus in piscinam, & miscuebatur aqua. Et qui prior descendisset in piscinam post motionem aquæ, sanus euadebat, & quacumq; detinebatur infirmitate. Erat autem quidam homo ibi triginta & octo annos agens in morbo: Hunc cum vidisset IESVS iacentem, dicit ei: Vis sanus fieri? respondit ei: DOMINE, hominem nō habeo qui me, dum turbata fuerit aqua iniiciat in piscinam. Dixit ei IESVS: tolle grabatum tuum, & ambula, Ioan. 5. IESVS vidit hominem cecum à nativitate, expuit in terram, & fecit lutum ex sputo, & liniuit lutum super oculos eius & dixit ei: Vade & laua in natatoria Siloe. Abiit & lauit, & venit videns, Ioan. 9. Verum hac nimis prolixè: qui Sacras literas diligenter legit, (ut teneamus omnes) multò plura inteniet & Saluatoris nostri, & Apostolorum miracula, in curandis morbis deploratis. Nūc vis deamus, an DEVS OPT. MAX. summè misericors, erga pœnitentes, non eadem preſtiterit hōc, que primum illo seculo. Cum per totam Europam irrepisset maxima barbaries & ignorantia in omnibus scientijs & artibus, fuscitauit excellēter doctos viros. Cūm venerea libido eō progressa esset, ut nō

minor

P R A E F A T I O.

minor videretur, quām in Sodoma & Gommorha, nec tam
men in eam à magistratu animaduerteretur, Deus immisit
horrendum & fædissimum morbū Siphylidem, ut vocat Fra-
castorius, quæ nulli hominum generi pepercit, etiam in Reges.
& Principes iuxta ac vulgus grassata: idem misertus eorum
varia largitus est remedia, antiquis quidem ignota, quæ nūc
à multis eximis Medicis literarum monumentis ad posteri-
tatem prodita sunt. Cùm Sudor Anglicus extra natalium
suorum limites progressus grassari latius cœpisset, ne tum quis
dem in deplorato malo defuit idem ille Deus, qui in Medicos
doctos, qui remedia conuenientia & inuenientia & adhibe-
rent, excitauit. Cùm Scorbutus seu Scelotyrbe irrepit, itidem
noua remedia reperta, quibus tam crudeli malo obuiam est
itum: de quibus cùm alijs, tum omniū dōstissimè exercitatissi-
mus pragmaticus Forestus. Cùm vexauit morbus, quem vocat
Varé, remedia cōmoda & mirabilia obseruata, de quibus Vie-
rus. Cù febres malignæ Vngarie & catarrhos & obortæ sūt, quām
multa doctri scripta, & Deo ita volēte, noua remedia detecta?
Cùm à paucis annis multi morbi consuetis medicamentis nō
cederent, fontes largitus est Deus medicatos, ad potum & bal-
nea insigne: quales sunt aquæ Spadenses, Langenschwalba-
chenses, Grisbachianæ, alieq. Sed præter has hodiè, etiam in
Ducatu Virtembergico, operâ, labore ac vigilijs indefessis
Illustris Principis ac Domini, Dn. FRIDERICI Ducis Vir-
tembergici ac Teccij, Comitis Mompelg. &c. parentis vestr
fontem exhibuit singularis vilitatis, & non immerito ads
miratione digna, propter mirabilem positum facultatemq; ad
plurimos grauiissimosq; morbos profigandos per quam salu-
tarem. De quo, in exterorum gratiam quibus nondum inno-
tuit, scribere statui: in eo tamen describendo, non si quar quo-
rundam, qui hoc genus argumenti nostro seculo tractarunt,
exemplum, qui quo sit opus commendarius, balnea sua & fon-
tes

PRAEFATIO.

tes dilaudant, insignes ijs & mirabiles adscribunt vires, ex ipso terra centro eorum originem metiuntur: metallæ, ex quibus vel primum manant, vel que in decursu alluunt, non tantum tradunt: sed &, tāquam abyssos ipsas lynceis oculis penes trassent, ad libram quasi expensas singularum metallorum proponunt portiones: suum scilicet sc̄uti cerebrum, ut hoc splendido fuso sibi doctrinæ exquisitoris apud imperitū vulgus nomen & famam, ceu alijs omnibus sapientiores, concilient: cūm interim si ad examen reuocentur accuratius, nihil minus inuenire liceat, quam scriptorū cum rebus seu ipsis fontibus confessionem: sic ut eorum, quæ obscuris etiam verbis effuttiūt, nihil aut parum in aquis propositis sis reperturus: si quisdem quedam ab ipsis descripta balnea communi duntaxat aqua seu dulci, non autem medicata constant, aut certe noī ijs facultatibus sunt prædicta, que ijs temere tribuuntur, siue ab ijs qui non viderunt, siue, nullo habito examine mineralium & succorū, missionē non sunt experti. Nos vero, ne quod alijs vitio verius, in nos possit retorqueri, ea scribemus tātum, quæ vel ipsi vidimus, vel quibus fidem suo testimonio faciunt qui usi sunt aut viderunt, vel quæ deniq; ratio dictabit ex metallorum consideratione succorūmque qui videbuntur admisi, aut quibus consimiles aquæ prædictæ sunt. Quia in re nullam ego capto gloriolam, sed eo duntaxat sine profero, ut ex horum contemplatione, gratijs Deo agendis, largiori os-
mum bonorum, qui pœnitentes nunquā deserit, am̄am præbeam, utq; ijs qui hoc insigni fonte fruentur, diuinam Ma-
iestatem prolonga vita & felicitate Illustriss. nostri Princis
pis, vestri parenis Clementis precentur.

Hoc autē quicquid est operis, Illustrissimi Principes & Cle-
mentiss. Domini, magnorum & illustrum virorum suau in
vulgus emittere sub Celsit. V. nomine & volui & debui, non
modo ut extaret mei erga Celsit. V. amoris & obedientiae testi-
monium

P R A E F A T I O.

monium, sed & ut paterni & indecessi studij commune os-
mniū bonum spectantis, hoc opusculo legendo, pra oculis ex-
emplū habereis Quibus enim laboribus? quibus sumptibus
parcit, ut subditorum non modò corporibus, sed etiam mēti-
bus sua consit sanitas? ex quo videtis & Deum hoc negotiū
promouere, variaq; & multiplici huius Bollensis fontis, his
deīnum postremis annis V̄irtembergae & Mompelgardi in-
colis vtilitate patefacta, tanquā signo dato, quid de vobis spe-
randum sit, edicere: ut sub idem tēpus & nostri Admirabilis
fontis riuuli & vestrā scaturigines promanarint: quo enim
vos alio appellem nomine, quam ex Illustriss. parente vestro
tanquam elices deductos, eundem cum fonte vestrō saporem
sapientes? Vnde enim tam diligēs animorum vestrōrum cul-
tus & educatio in liberalibus studijs, quam à sollicitudine il-
lius, qui vos non solum sibi, sed suis procreauit? ac ne licentia
corrupti aulica perditum vos iretis, à charissimo suo consepe-
tū, & à Clementissimā parentis vestrā suauissima consuetu-
dine vos remouit; ut facilius, quæ principes viros decēt, absg;
impedimento disceretis: firmissima enim fulcra Reipub. Chris-
tianæ vos esse cupit; magnum quidem onus, sed honorificum,
& cui ferendo sit non robur corporis, sed ingenij dotes studio
& diligentia comparatæ: eruditio nimirum, virtus, pruden-
tia, vera sapientia & animi fortitudo inuita. Turpis semper
& noxia Principi ignorātia fuit, quæ aut animi ferociā, aut
segnitatem mollietiemq; (quibus totus collabitur conquassatus
orbis) gignit. Proinde rebus humanis optimè cōsulunt qui, ins-
tar Illustriss. parentis vestri, totis viribus in id incumbunt, ut
profint non modo suo seculo dum visunt, sed & posteritatis
rationem habent. Et quoniam reliquis supereminent homi-
nibus Principum filij, eo maiore laude digni sunt, quod diligen-
tius animos bonis artibus imbuunt. Nam (ut reliqua taceā)
cateros adolescentes suo exemplo prouocant. Quare pergit
optim

P R A E F A T I O .

optimè & bei Illustriß. Principes in studijs bonarum artium &
fraternis officijs inter vos certate , ut solum Vирtembergi-
cum, quod vos fouet, & Mompelgardicum , quod vos ambos
protulit, ad astra feratis: & quod munusculum vobis humili-
mente offero, æqui boniç consulite in Domino Iesu, qui vos
sophites totamq; familiam Vирtebergicā quam diutissimē
conseruet. Mompelgardi Calend. Febr. 1598.

VV. Cels.

Obseruantiss. & humillimus
Cliens

Ioh. Bauhinus D,



(:)

MANDATUM
ILLVSTRISS. C. VVIR-
TEMBERG.. &c.

F R I D E R I C V S D. G. D V X
VVIRTEMBERG. &c.

S.

D O C T I S S. A T Q V E D I L E C T O E T
fidelio IoANNIBAVHINO Medico no-
stro ordin.

MItimus (doctiſ. dilecte ag. fidelis noster B A V H I N E)
rurusſ historiarum quēdā testimonia de nouo ad-
mirabili atq; ſalutari nōſtro fonte Bollensi: utq; reſ-
tuas ita diſponas ut ſequenti autumno ad nos venire poſſis,
gratiosē mandamus. Omnino namque apud nos ſtat aqua-
rum harum probationem exactiore insituere, carūdēg; natu-
ram & vires te auctore deſcribere atq; publicare, huncq; loſ
cum F O N T E M uocare A D M I R A B I L E M . Ad quam
rem tu, cui gratiosē fauemus, ſtudia tua aptas
bis. Data Stutgardie Kal. Iulij.

1596.

LEGES BALNEI ADMIRABILIS BOL
lensis, quas sanciuit Fridericus D. G. Dux
Vuirtembergicus & Teccensis,
Comes Montbelgarden
sis &c.



um diuina annuente gratia salutares aquarum venas
& ad plurimos graues morbos, experientia testis effi-
caces in territorio Bollensi inuenierimus, cōmittere no-
luimus, (quæ nobis est sacræ paginæ monitorū, no-
stræque vocationis cura, & Christianus in cuiuscunq[ue] fortis
homines, potissimum fidei nostræ & clientelæ commissos, ani-
mus) vt neglectione interirent: quin vero id operam deditus
vt magno ære castello coerceretur, additis substructionibus nō
minus magnificis quam laxis, lauātibus nō tantum hospitium li-
berale, verū & quicquid præterea ijs ex vsu fuerit, suppeditatu-
ris. Quare leges has lauantibus alijsque ad balneū hocce versa-
turis religiosè obseruandas sciscimus, sancimus, edicimus.

I. Ut rectius tenuioris fortunæ hominibus, alijsque grauite
laborantibus, qui sumptus ferre nequeant, sit consultum, ne-
que ab usufructu salutarium aquarū excludantur, cauemus ut
quotānis duo decim pauperibus valetudinarijs, è peregrinis sex,
totidemque è nostris subditis nostro ære liceat usu aquarū frui:
ea lege interim atq[ue] omne ut prius chirographo magistratus sui
morbis grauitatem testetur: quod ubi fecerint, tum verò Balnea-
tor loco præstituto cum de solio tum de vistu necessario nostris
sumptibus illis prospiciet. Postquam autem duodecim illi siue
simul omnes siue successiuè, quod satis sit nostro ære lauerint,
Balneator plures eo anno nostris sūptib'ne alito, ne siue duodenā
riū numerum transgressor. Vicissim hosce speramus ad Deum
preces serio fuluros, ut porrò salutaribus aquis dignetur bene-
dicere.

II. Per æstatem hora quinta matutina, per ver & autumnum
septimā, auditō cāpanarum pulsu, Deū omnes precantor: idem
vesperi dato signo hora octauā, sine ostendiculo cuiusquam, pro
sua quisque conditione, quā decet modestiā faciunto.

III. Alternis hebdomadis die Dominica, è Verbi diuini mini-
stris vnuis, inter meridiē & primam pomeridianam, concionē
ad lauātes p horæ semissē habere tenetor, cuius argumētū pro-

LEGES

morbōrum specie variator: atque hāc quidem, nemo qui balneis
vtitur, nisi fonte caussa obstat, impunē negligito.

IV. Quicūque quotiescumq; nomē Dei frustra usurparit, blasphemārit, Diabolum in ore habuerit, batziona multator, in ærarium huic negotio destinatum statim inferendo.

V. Quicunque quemcumque diris deuouerit, vel execrationibus Diabolum testatus, vsus fuerit, vel pertinaciā suā alijs vt id faciant ansam præbuerit, quatuor batzionum sine mora æratio inferendorum multatam pendito.

VI. Obscēna, vanaque verba, calumniæ, libelli famosi, cantiones cum offendiculo coniunctæ, sub pœna semifloreni interdicuntur: & quicunque quotiescumque vel verbulo erga matronas virginesque honestas impudicē se gesserit floreno multator.

VII. Nemo siue lauantium, siue asselarum, inquilinorum peregrinorumue, siue sortis lautoris siue infirmæ, siue is ecclesiasticus sit, siue (vt vocant) secularis, alium, quicunque tādem ī sit, ex hospitio & quam latè patet balnearum circumscriptio, prouocato, neue verbo, facto, obtrestatione famā ledito, quin potius locus hic asylum esto: idque, ne quisquam ignorantiam factō suo prætendat, laminis ferreis quatuor seorsim locis Balnei affigendis inscribitor.

VIII. Si quis verò alibi contractas cum alio inimicitias gerat, eas hoc loco ne refricato: asyli autem violati reus pro sorte sua & delicti grauitate, abitu interdicator, retinctor, aut in carcere dicator, à nobis cognita caussa seriō pro modo delicti castigadus.

IX. Quod si inter lauentes alios siue rixæ, sítæ, pugnæ obortæ fuerint, conciliandæ cōcordia vnuquisque studero, aut si adeo necesse sit, pacem nostro nomine postulato: tum verò ad Balneatorem res defertor, ad iudices nostros Gōpingenses appellato, circumstantiæ producutor, vt quid factō opus sit porrò rectius perspiciatur. Iniuria quavis quacunque alia rationē affectus ad Balneatorē prædictosq; Gōppinigēs Iudices bona fide deferto.

X. A disputationibus de religionis negotio, à sermonibus cōtentiosis & parum acceptis, qui vel valetudinarijs vel alijs lauantibus possint officere, ab aquarum per silanos tubulosue ludicris ejaculationibus omnes abstinento.

XI. Instrumentum balnearium, quod vnicuique conclavi suū

BALNEI

est, situlas, patinas, & quicquid lauationis nomine cōductū, nē
mo alteri subtrahito, nēmo subtrahere conator.

XII. Quicunque ebrius repertus fuerit, dimidio floreno mul-
ctator, quod si etiam per ebrietatem vñam pluresue legum no-
strarum sanctiones transgressus fuerit, singularum seorsim pœ-
nas luito.

XIII. Omnes promiscuē, quicunque tandem illi fuerint, mu-
tuam pacem colunto, nec quisquam cuiquam, quo minus pro
arbitrio & necessitate lauet, impedimento esto, neue conque-
rendi occasionem villam prēbeto.

XIV. Vnusquisque lauantium ante abitum cum Balneatore,
vestiario, hospite, acceptorum expensorumque rationes subdu-
cito, nomina soluto.

XV. Quòd si quis lauantium vel asseclarum quod conquerat
tur habeat de Balneatore, vestiario, hospite, eorumū famulis,
Iudices Gōppingenes, re audita, pro dignitate sententiam fe-
runt, aut si exigat necessitas, ad nos defertor.

XVI. Quoniam verò lauantium recreandorum causa grandi
ære paradisum cōserendum apud Balneum curauimus, colen-
dumque instituimus, nēmo in eo, sub floreni dimidiati multa,
quicquā rumpito, corrumpto, auferto, nēmo pro suo arbitrio
sine Balneatoris aut hortulanivenia ingreditor: de hortis, bonis-
que subditorū nostrorū in vicinia, idē iudicium, eadē pœna esto.

XVII. Morbis horrendis & contagiosis laborantes, seorsim
loco præstituto lauento, manēto. Quibus vultus fœdus & abo-
minabilis, eum in gratiam prægnantium aliorumque tectum
seruanto: sin nolint, balneis cōtinuò interdicuntor, ablegantor.

XIX. Nemo è locis de peste aut aëre impuro suspectis balneū
accedito, qui secus faxit, duodecim florenos, sin nō potest, cor-
pore pœnas dato.

XIX. Ceterū quo strictius edicta nostra obseruentur, caue-
mvt iudices tā superiores quā inferiores Gōppigēses inspectio-
nis munere fungātur, præserti verò de legibus sumptuariis & vi-
eti eiscura esto: quòd si quicquā interueniat querelarū, reo quo
tiescunque deliquerit sine remissione multam irroganto. Ad
id dicti iudices delectum quempiam in balneas mittunto, qui
exemplō multam exigat æratioque inferat: qui si negligen-
tię reus peractus fuerit aut sanctionum violatori cuipiam igno-

uerit, aut prævaricatus fuerit, ipius talionis legē punitor: irrogatam mulctam de suo pendito, aut certe de salario eius tantumdem detrahitor, de singulis inquā batzionibus, quos fraude legi facta subduxerit, cruciger unus. Porro quicquid mulctarum fuerit, id omne in gazophylaciū ferreū præsentib⁹ ijs qui mulctā irrogat, infertor, cui binę serę appése sunt: totidē dissimilibus clauibus referandæ, quarum altera penes Præfeti Göppingensis vicarium, altera penes Balneatorē reseruator. Quicquid autem in gazophylacium nūmorum fuerit illatum, siue ē mulctis, siue congiarijs, id concione habita præsente Eccebastē Bollensi duobusque aut tribus alijs, pauperibus (in quorum censu erunt quoque egeni balneo vtentes, modo non sint vagabundi & errones, sed quorum paupertati & innocentie chirographum aliquod fide dignum attestatur) distribuitor.

XX. Balneator, Vestiarus, Hospes, eorumque famuli ad ignē & candelas, ne quod incédiū oboriatur, attenti sunt: eadem lauantibus, eorumque seruis cautio dicta esto.

XXI. In primis autē Balneator & Vestiarus famulorum balnearium curam sedulam gerunto, ut suam quisque Spartam ornet, suum quisque munus, potissimum aquam calfaciendi, ligna curandi, balneas claudendi recludendique, obeat.

XXII. Balneator, simulatque aduenę solium aut conclave locārit, aut certe is in balneas venerit, eiusdem appulsum, nomen, abitum denique Iudicibus Göppingensibus significato.

XXIII. Concessum vnicuique aduenarum conclave alteri ne traditor: quod si verè is ad diem dictū nō appulerit, nihilo tamē minus censum pedito, quamdiu scilicet habitatore vacuum conclave in illius gratiam remanserit: ceterum Balneator & Vestiarus ultra dies quatuordecim conclave reseruare ne tenentor.

XXIV. Quid si aduenat ē pessū cōclavi renuntiārit, id quam primum Balneator Prom⁹ Göppingensi significato, locarium acceptum reseruato, maiorisque certitudinis ergo, locationis diem, conuenta pastaque in commentarios referto.

XXV. Balneator, Vestiarus, linteaminum, lodicum, puluinarium, culcitrarum, ut munda sint omnia, oportuneque mutentur, curam gerunto: eoquē nomine Prom⁹ Göppingensis duos élēchos parato omnis instrumenti linei & ad lectos facientis, alterum penes se reseruato, alterum Balneatori dato.

BLANE I

XXVI. Balneator, solij, labri, conclavis locariū ex censu tabularum pr̄scripto, omni hebdomade seuerē exigito, exactum singulis septimanis ad Promum Göppingenem bona fide trāmitito, nihil in alios usus impendito, uterque collatas inuicē rationes subducito. Promus soliorū, laborū, conclavium locaria seorsim initio rationum suarum pr̄mittito.

XXVII. Tam Balneator quā Vestiaris, in ré tū nostrā tū virorū bonorū, & balnearū fideles se pr̄stanto, talesq; tā erga egenos quā diuites, vrin mūditie cōclaviū, labrorū, aliufq; omnis instru mēti balnearij, nihil desiderēt, nihil in amore, fide, benevolentia.

XXVIII. Quod ad hospitem autē & aduenas excipiendirationē, hospes & familia, erga aduenas tā pauperes quā opulentos, ex pr̄scripto tabularum censu, iustoprecio cibos, potū, aliaque necessaria exhibentes, fidos, benevolos, amicos sese pr̄bento, tabulisq; censu contenti nullo modo aduenis graues sunt.

XXIX. Pr̄cipuē verò Hospitis vxor & familia operam danto, vt de re culinaria solicitē munditiem in coquendis cibis sedulō curēt: ipse verò hospes de grato & generoso vino cū honorario tū ordinario, de auena, feno, stramine optimē notæ prospicito.

XXX. Hospes cūm vnū pluresue famulos atrientes promosue conductit, eosdē Promo Göppingēsi quā primū s̄istito, eidē stipulaturos, vt quoad seruierint fideles sine omni dolo in cēsu viario segerat, cuius nomine tabulas in ea ré factas sanctionesq; vinarias cū seria admonitione Prom' Göppingēsis ijs pr̄legito.

HOSTIMENTVM BOLLENSE AD ILLVS-
tratorem, CL.D.Iohānem Bauhinū, Duciſ Vviremb.
&c. Archiatrum.

Mutua pr̄statis victura munera famæ,
Tuḡ Bohine Bolo, Bolḡ Bohine tibi.
Obscuri latices cænoq; vluaq; iacerent,
Vindicias lucis ni Medicina daret.
Quid Medico pendant? non hinc pr̄conia prima,
Et Celta & Sueuo cognitus antē, petat.
Fama secunda siet, si quis calicum ye salubrem.
Aut solij, aut rigui senserit imbris opem.
Viuite Bollenses, & iugis fulmine, cuius
Fuitis ingenio, perpetuate decus.

Jacobus Cargillns

Scetus, D.M.

*AVTHORES QVI IN HISTORIA FONTIS
Admirabilis citantur.*

A	Etius.	Io. Guinth. Andernacus.
	Alexander Trallianus.	Io. Agricola.
	Ambrosius Pareus.	Io. Kentmannus.
	Andernacus.	Leonhardus Thurnisius.
	Andreas Baccius de Thermis.	Leon. Fuchsius.
	Andreas Bertholdus.	Leuinus Lernanias.
	Barthol. Montagnana.	Lonicerus.
	Carolus Clusius.	Marcellus Medicus.
	Casparus Bauhinus.	Martinus Rulandus.
	Conradus Gesnerus.	Marbodæus.
	Conradus Gerhardus.	Marthias Lobelius.
	Dioscorides.	Mathiolus.
	Encelius.	Medicament. liber III. Ducis
	Gabriel Fallopius.	Virtemberg.
	Galenus.	Nicolaus Dörtomanus.
	Gallus Escherreuterus.	Oribasius.
	Georg. Morellus.	Otho Brunfelsius.
	Georg. Fabritius.	Pabuerius.
	Georg. Pictorius.	Paulus Ægineta?
	Georg. Marius.	Paul. Iouius.
	Gualtherus Riuius.	Pausanias.
	Guilielmus Turnerus.	Plinius.
	Guil. Rondeletius.	Porta Neapolitanus.
	Hadrianus Junius.	Reinerus Solenander.
	Helisæus Roeslin.	Rembertus Dodonæus.
	Hen. Pantaleon.	Rossetus.
	Hieron. Cardanus.	Scribonius Largus.
	Hippocrates.	Strabo.
	Historia Plant. Lugd.	Testamétum Vetus & Nouum.
	Iac. Theodor. Tabernæm.	Tragus.
	Ia. Vvierus.	Valer. Cordus.
	Ioan. Gœbelius.	Vitruvius.
	Ioan. Bauhinus P.	Vofaterranus,
	Ioan. Fernelius.	

ENCOMIUM
FONTIS BOLLEN SIS
VVIRTEMBERGIACI NUPER DETE-
CTI, ATQVE IN VSVM BALNEARVM VI-
ribus admiratione dignarū cōuerſi: descripti à Clarissimo
viro, D. Ioh. Bauhino Med. & Philosophie Doc. pre-
stantissimo, Archiatro VVirtembergensis
Ducis dignissimo.
Anno 1596.

Quod sua colectū nou omib[us] omnia terrū
Aequa distribuit commoda lance pater,
Sed quid[em] pra reliqui decorauit amanu[is] istam,
Atq[ue] bonū illam pluribus auxi humum:
Vel Vvitembergense ſolū ſuper athera notum
Hoc varia rerum fertilitate probat.
Cuius in aīgusto trāctu non ſcīlect uila eſt
Tortio ſugiferū orba relicta bonis.
Quin omniū target multo mons munere frugum,
Has ſimul ubertim vallis ubiq[ue] parit.
Dant varijs formis agri frumenta coloniū,
Hū quoq[ue] dat multum vinea multa meri,
Tascu dant ſylue, dant plarima lignaq[ue] ſylue,
Multigenas largo ſanore dantq[ue] feras.
Prata ferunt dulces multa ſuper arbore fructus
Largiter & brutū pabula grata ferunt.
Suppedant uanda diuerso ē flamine piſces,
Tiſces multiplici qui bonitate valent.
Et prop̄ nil quicquam eſt, rerum quibus indiget uſus,
Quod non ē proprio deſpia terra ſinu.
Ut namq[ue] illa metala ſinam, taceatq[ue] ſalinas,
Patria quas tellus diutie ventre gerit:
Proſiliant fontes illi, mortalibus egri
Vtilū in varijs qui medicina malū.
Qualis ab inventu ſons auræ illi, ferarum
Viribus eximij notus ad aſtra ſuū.
Et qualec acidi fontes; quibus alia facultas,
Viuidā iucundi viſq[ue] ſaporū inest.
Qui veluti calido diſcordia uifera placant,
Languidaſſic alter frigore membra leuat.
Inſuper & quales alij, quos carmine Muſa
Iam, n[on] emor officij, com memorare nequit.
Solus at ille adſit ſons admirabilu[m] uanda,
Quemmedio Bollenſis terra beata tulit

(:) (:

Sicut et hic, quo non magis est mirabilis alter,
Quis habet amplexum Teutona terra sic.
Nam bene si spectas terram, miraberis ortum,
Si spectas vires, suspiciesque magis:
Ortus habet varietas formas, variaque figurae,
In quibus haud fallax omen inesse potest.
Fissilis hic lapis est, silices, zugatesque bitemen,
Atque beluminetes, sulphur, & unda salin.
Quem tamen eiusdem partus magis una sub imo
Ac in diversis sedibus aliis habet.
Sicque simul properans, unitus undique membris
Felices geminos parturiendo parit.
Ut benesint iuncta socij virtute laborum,
Rectius & peragant quod meditantur opus.
Imprimi homini pergant vehementius ego,
Quam prius ars omnibus ferre negarat, opem.
Acrius hinc alter remouendo obsecula sani,
Sanando verum, mitius alter agit.
Et sic innumeris pellunt de corpore labes,
Id quoque tam vegetum, tam validumque parant.
Tegasis vi iures quod nobis fecerit undas,
Atque has quod Musa Dicque Deaque solant.
Sed quid dico Deas, quid Musas singo, Deasue,
Quicque illum celerem Bellrophontis equum?
Est alius Deus hic, alia virtute potensque,
Atque suos aliter curat, amatque Deus.
Hic nam mente sagax, modo non praesentia spectat,
Altius ast etiam qualitate videt.
Inquit salutiferum clemens ea provocat usum,
Et finit huius homines, qui carnere fini.
Vvirtembergiacus quo non illustrior alter
Princeps, hoc magnus Dux Fridericus agit:
Immortale decus sitiens nimis inclitus Heros,
Ato, munificus hoc agit ille molis.
Hoc nam dante venit Mullerus idoneus arti,
Tegasis & fontis detegit illud opus.
Hoc quoque dante venit multum venerabilis illa
Nomine non tantum Musa, sed arte magis:
Nempe viris medicis alijs præstantior unus
Banthinus fontem sedulitate colit.
Huius & eximias vires scrutatur & omnem
Usum miranda dexteritate docet.
Et facit, ut, Duce dante suo, noua balnea surgant
Balnea raroque loca, quæcumque & iusta domo.
Quaque situ poscent Balnea superare venustus,
Lucilius dicitur queque domum.

Nam

Nam nihil est hominum quod vita postulet usus,
Quod domus hec agris non dare larga queat.
Addit voluptates oculis gratias palato.
Quas nouis ille hortus, datus propinquus ager.
Omnia quin tanta rerum ubertate resurgent.
Ut non hac magno principe digna neges.
Omnia sunt etiam tanto aris ab ordine falsa.
Vi magno medico preside digna scias.
Mirantur cur non prior has agnoverit etas,
Laudibus extulerit cur neg fontis aquas.
Sed quia nunc morbi grauiores corpora vexent,
Amplius ut multos tollere planta neget;
Fit Fate, veniente novo, fons optimus ille
In lucem digno principe dignus eat:
Atque suo Domino quasi nunciet ore salutem.
Huncq; salutiferum ciuib; esse velit.
Vnde fonte novo nunc totus personat orbis,
Huncq; boni aduentus omniu; instar habet.
O felix Princeps! o fons, cuiusq; beatit!
O bona conuentus hora diej; tuu!
Na tua sic Virgo, Cornu, Tiscerq; maneunt,
Sic Friderico decus, laus tua, crescat honor.
Debita sicq; tui fons admiratio siet,
Sic ipes egrotu; sicq; leuamen eris.
Sic tua Teccenfis ciuii cumulabituri ngene
Utilitas, tua sic gloria crescat opum.
Gloria crescat opum, tibi sic via sana redibit,
Sicq; peregrinu; gratior hoppes eris.
In commune bonum nam clementissimus Heros
Ille sui fontis nobilitauit aquam.
Vt si quando malum nostru; medicabile thermis
Aduena te teneat, liber & ipse veni.
Debilis has nostras tristisq; profectus adoras,
Latus & huius aquae sanus abibirope.
Sanus abhinc ibi, plus terq; quaterq; beatum
Haec terram Domini summaq; dona canes:
Et dices, procul hinc, quibus est iactantia sortu,
In solu minerali inq; metallifera.
Nec tenebrofis, dirumq; tuentibus illis
Cum specibus vestru cedite diu procul.
Soli in aspectu hic tenuis stirps aurea profert,
Et plante graciles aurea poma ferunt.
Sponte quoq; ex terra veniunt meliora metallu,
Ere nec a fulvo qua redimenda cadunt.
Ergo Teccenfis debetur gloria terra,
Atque celebrando gratia summa Duci.

Hunc sua terra colat; peregrinaz; prædictæ et omnib;
Predicet hoegz suum Sæcula terra caput.
Huic solvant grates pueri inuenient; sene; sacerdoti;
Hunc pia de fætū postea tristis canat.
Viat in hū terrā; viuat post funera virtus,
Viat in aeternum nobile stemma Ducu.
Inclita progenies, sit inclita viuat & Uxor.
Et stirpem faciant ut virere suam.
Uos fed honoranda Musæ quis cura virorum,
In studijs operam qui posse ferunt suam:
Ansore posthabito strepero momo; maligno;
Bauhinus vestris sit pia cura chorei;
Ut pīs, & nulli virtute nec arte se cundus
Uigz suis studijs vos reverenter amat.
Qui graue quicquid habent artes superare laborat,
Tota physiſ rerum quidz latencu habet.
Hoc velut illius doctissima scripta quoquuntur,
Idz nouus liber hic satz; superq; probat.
Ergo viro huic merito de laude parate coronam,
Quam date, si dederit, quem tu it, arte librum;
Scilicet insignem libr. en de stirpibus illum
Secula cui nullum nostra videre parem.
Tunc date, dicentes viuat Bauhinus in orbe,
Post mortem medicum viuat & ille decus:
Langui diore mea Musæ, quod deniq; restat:
Ut noua sint cunctis balnea fausta precor.

Laurentius Homæ-
mus Med. phys.
Vracensis.

Versus vaticandi.

Balnea Bauhinus Bollana beanda beabit;
Balnea Bauhinii Bollana beata beabunt.
Aliter paullò.
Balnea Bauhinus Bollana benigna beauit,
Balnea Bauhini Bollana benigna bearunt.

MAGNIFICO DOMINO IOANNI BAVHINO,
Medicinæ Doctori excellentiss. Illustriss. Princip. VVirtem-
berg. Physico ordinario, & quam
celeberrimo.

VVirtembergiæ non infima gloria terra
Bauhinus medieus, collustrans pluribus artem
Doctis Paoniam scriptis, fontemq; Bolensem,

Tellentem Iesu tristes de corpore morbos.
Gratia debetar Bauhino maxima, cuius
Dexteritas fontem predicium nobilitauit.
Si felix annus, longaui, Maxime Doctor,
Viuas & vigeas cum fratre, mibiq; faueto.

M. Iohan. Gifftheil.

Idem in effigiem eiusdem.
Gloria cu*m* iuvat post funera magni:
Vivat Bauhini gloria magna viri:
Dat Deus huic medico longa uita,
Et final hunc omni commoditate fui.

EPIGRAMMA IN EFFIGIE
EM, ET DESCRIPTIONEM NOVI MIRAE.
BILIS ET SALVIFERI FONTIS, NOBILIS ET
clarissimi Viri, Ioannis Bauhini, Medicinæ Doctoris,
& Illustrissimi Virtembergici Ducis Con-
siliarij et Medici celeberrimi, Domini
sui iuspiendi.

Effigiem Lector viuam dulcissime cernis
Bauhinii celebris magnaq; Machaonis artis
Doctoris: qui, quam latu patet orbis ab Austro
Solis ad occidui tenebras, Zephyrumq; madentem,
Per facilè in cœtu Medico Clarissimus unus.
Gallica namq; suum decus hunc laudatq; fouetq;
Hunc Itala, et toto celeberrima Teutona cœlo
Terra colit. Princeps hunc Illustrissimus Heros
Virtembergiacus, patuli qui Solis vitramq;
Innumeris replet sedem, Virtutibus amplam,
Censorem usurpat cunctis in rebus agendis.
Hic fontem eximium, messes per milie latenter
Bollhemij (Filius quâ p̄æterlabitur amnis.)
Duxit in apricum Solis: rimatus et omnes
Venas, virtutesq; omnes: quos pelleré morbos
Is valeat, quantumq; ægris conducere membris:
Hoc docet in libro cunctos, queis morbida curæ
Corpora longeui vel conficiuntur ab annis

Ergo Deo primum, post Illustriſime Princeps:
Mox Baubine tibi, Medicorum gloria magna
Grates, monstrato hoc mirando fonte canantur.
Faxit & Omnipotens, ut quod Fons ille saluti
Est multis: tanto sit gloria maior in orbe
Nominis usq; tui: donec mortalia summi
Gaudia suscipiant sine fine emarcida cœli.

Fecit M. Casparus Rottner Diuini ver-
bi minister in Bottvvara Vir-
tembergica.





LIBER PRIMVS
HISTORIAE
ADMIRABILIS FONTIS

BOLLENSIS MEDICATI, NVPER *

detecti in Ducatu Vvirembergico, potu
& balneo utilissimi.

Qua occasione fons detectus Admirabilis: in eo fodiendo
reperit: eiusque aquarum examen multiplex.

C A P Y T. I.

V C A T V S Vvirembergici admiranda felicitas eximiè
apparet ex eo, quod in summa pace, præter insignem rerum
necessiarium ad victimum abundantiam, ut frumenti &
vini, montium item fertilissimorum, fluuiorumq; copiam,
urbium, castellarum munitionum, pagorum cultissimo
rum frequentiam, nobilissimorum præterea virorum, omnium
facultatum Doctorum clarissimorum, artificum adhac ins
dustriorum varietatem atque frequentiam; Thermas quo
que & fontes medicatos mortalium generi multum profuturos habuerit semper,
& nunc etiam longè vberius exhibeat. Et quod regionem hanc illustriorem redi
dit semper, & meritè etiam reddat, præclaros profectò eosq; magnanimos, indu
strios atque excellentissimos Duces & Principes, præcipuis non solum Germanæ,
sed etiam exterarum regionum Principibus aut affinitatis aut arctiore sanguinis
vinculo iunctos. Et vt de ijs loquar, quorum virtus mihi prepius cognita atq; per
specula est, quantus quoq; vir fuit Illustris. Dux Christophorus F. M. quanta
prudentia administravit Ducatum? Imo quanta felicitate eundem sub pacis trax
quillitatem reduxit & in eadem conseruauit? Pionisissimæ quoque memi. filius
eius Illustris. Dux Ludouicus, quanto omnium cum aplausu patrijs institutus
stigjs. Hos felicissimis auspicijs sequitur ingeniosissimus, diligentissimus & ad
miraculum usque solerissimus atque industrius Princeps noster Fridericus, ob
insignes virtutes, genijq; illustres dotes nec inferior suis eognatis, nec ulli penitus
intuenti secundus. Hic suscepit per Dei gratiam, bæreditariam à prioribus
ditionem, in felici suo statu non conseruare modò, sed eandem egregiè etiam exor
nare, utilissimis bonis, in subditorum & exterorum etiam commodum, ampliare
nullo non molitur conamine. Magna sanè in magno Duce virtutis specimina, &



quæ vel in solo Admirabilis fontis & balnei Bollensis liberalissima institutione
præclarè eluescunt: Cuius quidè historiam in præsentiarum texere fert animus.

Occasio per
quirendi fô-
tis Admit-
bilis.

Cum anno salutis millesimo, quingentesimo, nonagesimo quarto Illustris.
eius Celsitudo monita esset fontem medicatū in Ducatu suo Virtembergico ex-
tare, Sittere vulgo dictum, propè pagū Boll inter Göppingam illam ob acidos fona-
tes percelebrem, & Kirchen vrbes: mox idem Illustris. acerfitis vndeque indu-
strijs & indagandorum fontium, separandi medicata à non medicatis, insulsaq;
à falsis, peritis artificibus, Fontis exactam perquisitionem instituit: terra viseera.
perquiri, fontis h[ab]e alueum foſtione detegi iuſſit, adeoq; eo ipso loco quo fons appa-
rebat, Thermarum egregia posuit initia. Interim dum hac peraguntur, varij
morbidi aqua eius vſi felicissimis auspicijs persanantur. Nec contentus Illustris.
Princeps, præterito anno Stuccardiam me quoq; Ordinarium suum accersit, mul-
taq; mirabilia atque præclara de dicto fonte capua multos spargi narrat, iudicium-
quo meum, vt est in indagandis rebus solertiſsimis, expositi: suadeo ego officiosè,
vt examineantur omnes, qui vſi sunt eo fonte, quod quidem eius mandato factum
est: testimonia & historia ad me Mampelgardum missæ, vt diligentius ponde-
rentur atque considerentur: Interim liberalissime omnibus & singulis perinſum-
fuit, per annum eoden fonte potu vel balneo gratis vti: quo clapsō, me denuo ad
se vocat Cels. E. anno videlicet millesimo quingentesimo nonagesimo sexto, ipſis.
Iulij Kalendis, vtque dictum fontem, cuiusdem mixturam, mixture rationem dis-
ligenter peruestigem iubet: effecta item eiusdem annotem sedulò, adeoq; integrum
eius conscribam historiam: omnia in eum finem, vt tale & tam inſigne bonum
non tam in subditos quam peregrinos, qui se eò sanitatis gratia conferre volent,
vberri mē redundant posſit. Cuius quidem mandato, vt æquitati consentaneo, libe-
ralitatisq; pleno, obtemperandum mibi erat, cum Illustris. E. & me iam ante vi-
ginti quatuor annos Basilea euocatum liberaliter fouverit, & pro officioso atque
fidelī Medico suo ordinario agnouerit semper. Sed ad fontem iam accedamus, que
anno 1596. Augusti 23. adi⁹ eiusq; situm, vt fieri oportuit, primū intuitus sum.
Is est in ea Germaniae parte, quæ Iulia Cæſari Hercinia dicta olim, nunc verò Sue-
via nominatur, in Ducatu amplissimo Virtembergico, sub prefectoria Göppin-
gensis, in eleganti planicie prop̄ Boll pagum, de quibus postea, vt & de locis vicin-
iis ex afflītio, ubi fontem descripsiimus.

Fontis Ad-
mir. descri-
ptio.

Fons cur di-
sus Zittere.

Fons hic, vt ab eius ērūo ordiamur, in colarum etiam memoria zittere voca-
batur, forte ab effectu, quod tremori membrorum, Germanis zitteren dicto,
prodeſſet: vel quod ijs in locis prata humidiq; super ea ambulantibus tremere &
moueri deprehēdantur, & quantum intelligere licuit ex senioribus in Boll (quos
curiosus examinaui, & de omnibus circumstantijs perquisui) vt ex historijs
particularibus infra patet) erat in loco satiſ plano, nec altiores scatentia profun-
ditatem argueant, proſiliente aqua ex durissimi saxi rimis & canalibus copioſe
admodum. Huic aquæ innata ſe auunt nejcio quid albidi, fieri in ſtar laſtis, vt
manu ſegregare innatantem aliborem ſacrent ecclſi. Qdor eminus veluti jula-

phureus sentiebatur. Sepibus tartum primum circumdatus erat; verum propter
 importunum pecudum & ferarum incursum, qui arceri non potuit, rufum fuit
 incolis ante annos triginta eundem fornice obtegere: quod vero redundabat aqua,
 per alueos in animalium rufum profuebat. Narrant igitur malos ex fonte hoc
 salubriter bibisse, saporemque veluti ouorum coctorum comprehenduisse, talesque etiam
 ructus excitasse epotum. Meminerunt quoque iam ante 50. annos, quosdam tugue
 riola propè hunc extruxisse fontem, in ijsque aqua prius calfacta lauisse, multoq[ue] Fons cur &
 etiam felicissimis sanitatis auspicijs hauisse. Nuper vero, cum Illustriss. Duci
 Virtemb. Principi meo clementiss. Deus Opt. Max. amplissimum Du- quando for-
 catum Virtemburgicum, vnanimi omnium suffragio concessisset atque subegi- nite tebas.
 set, is statim accepto rumore de hoc fonte vndique sparso (ut iam ante dictum)
 prudenter cogitauit conducibile fore contenta peruestigari metalla, succos item,
 lapides & terras perquiri, separarique aquarum scaturigines medicatas à non mes-
 dicatis, si quæ adesse: multi namque sibi persuadebant adesse etiam scaturigines
 salias, quæ separari possent ab alijs non salis, eo modo quo separatae in ruis salis
 nis, & potissimum Comitatus Burgundia, sicuti & in salinis Sanae, Illust. E.
 C. vbi in profundo sunt vicina scaturigines dulcium & salarium aquarum) ap-
 parent. Idem etiam videmus circa fontes acidos & circa calidos. Ut autem hoc fieri
 ret commodius, fissæ & perfractæ fuerunt rupes, vbi plures & varij reperti lapiz Varia reperi-
 des scissiles, quorum magna pars dominibus integendis in Boll pago inseruiunt:
 quosdam etiam videtas tenues, quadratos in star pugillarium, valde fragiles & in- ta fodiēdo
 stiles ferè. In fissilibus lapidibus varie apparent figuræ, quarum aliæ serpentes, aliæ Lapidés fil-
 limaces, cochleæ, chamas, mytulos, exprimunt, omnia sane eiusmodi ut artifici scul- giles picti.
 ptioris pictoris manu delineata videantur. Reperiuntur etia squamæ tenues cupri
 in star lucentes, quibus figuræ plures quasi insculptæ conficiuntur, non aliter
 quam in lapide scissili Mansfeldiano pisces. Impressæ sunt & peccatum vestigia:
 cochleæ lapideæ figuræ marinis egregie respondentes aceruatim obseruantur: con-
 charum etiam lapidearum aliæ tenues, aliæ lœuæ, oblongæ aliae. Ad sunt & coch-
 leæ pulchra limacum in star compressæ, & quos serpentes conuolutos dicas, ex
 duro lapide cinereo cum pyrite & sine pyrite. Reperiuntur quoque veluti totorta
 cornua, quæ Ammonis nominant. Limaces item quidam cupri modo lucentes, Belemnites.
 parui: belemnites varij, pyritæ adhærentes vel lapidi duriori, alijs fuso muliebri si-
 miles parui, alijs radiati, alijs neutri quam obseruantur. Nonnulli reperiuntur, quos
 difficiet natura, diu mirabile, in terræ visceribus coagulatos, tanquam glutine Pyrites.
 interiecto reparauit: pyritæ multorum generum: quidam enim similes sunt faufel
 Arabum, compressi, quidam tuberibus racemosi, alijs magni inæqualiter tuberosi, alijs
 rotundis sunt etiam qui cubis constent, sunt qui tabulis diceres arte elaboratos ad
 figuram adamantum vel rubinorum expolitorum, cupri modo lucentes. Nonnulli
 afferi, opaci, minimè lucidi, longi, vt obiter insufficienferum esse videantur: non
 pauci expriment galeros, galeas, faciem & alias partes humanas, & alia pers-
 multa. Ludit hic quoque natura lapidibus paruis canaliculatis, quorum extrema

Quinque lineæ transuersæ distinguunt, stellarum radiantium instar: alios vide. us
stellam referre marinam. Si miles proposuit & Gesnerus libro de fossilib. & lapi-
dum figuris. Alij sunt etiam lapides duri admodum, cinerei, figurâ cucurbitæ, lac-
gene, phialæ, auellanæ, amygdalæ, lapidis ludaicæ officinis dicti, globuli, pilæ pale
mariae &c. Atque ista quidè omnia in terra nigra & lapidescente conspicere licet,
vel etiam in lapide scissili nigro, eoq; molli, qui aëri expositus, facilimè in tenues
dirimitur lamellæ, & tandem confriatur. Sed & alij obseruantur lapides duri,
cinerei, quibus adhaerent fluoræ albæ & pyritæ, belemnite, cochlite, & eiusmodi:
alij item diuersi coloris, sublutei, virides &c. Inter eos qui cinerei sunt, nonnullæ
fimbrias habent utrinque fluoribus albis ornatas, quos non temere quis Laridum
petræum dixerit. Denique tanta & tam admiranda hic conspicientibus figuræ
torum lapidum obicitur varietas, ut ea vix ac ne vix quidem describi vel posset, vel
pro operis instituto etiam debeat. Et integrum hic quidem omnibus, Philosopho
præsertim, admiranda naturæ, vel potius huius summi opificis opera admiratione
qua la n contemplari, cui tot naturalium iooines, tot figurarum varietates non
oculis modò obici, sed intimis terræ visceribus comprehendendi visum fuerit: nimis
rum sanè hoc ipsum duxximus homini curioso, & publico & proximi bono con-
sulere volenti ingenerare posset, & meritò etiam debeat. Sed præter illa omnia ele-
gans adest bitumen, ludaico vulgo dicto persimile, nigrum, lucidum, friabile, &
quod digni admotum flammam facillimè concipit, odorem bituminosum, qualis in
trifolio asphaltite obseruatur, redolentem: Id & in lapidis fissilis interuenijs repre-
sedit, quod interdum interiectæ squammæ lucentes albæ distinguunt: ceterum

Aqua sub-
tepidæ.

Bitumen.

inter quos lapides inuentum mihi hoc bitumen, varias ceu serpentum figuræ ex-
hibent. Hæc omnia diligenti perscrutatione obseruauit ipse & collegi & reposita
curiosius referuo. Sed ipsiusmet aquæ naturam vltius perpendamus. Ea nec fri-
gida omnino, nec vsquequaque tepida, sed subtepidæ. si Fallopij vocabulo vti lla-
ceat. Hyeme non congelatur, vt aiunt. Andernacus de aquis Baden-wilensibus ait:
Iuxta scaturiginem tepidæ sunt, nimis quoddignis subterraneus vel extra ca-
nales sit, vel copiâ aquæ affluentis obtundatur, alioqui calidior. Quod verò Mira-
bilis hic fons minus friget, eadem fortè erit ratio, accedente etiam interim pro fo-
nebitate bitumine vel succino nigro. Sanè Georgius Agricola in libro, quem scripsit de
subterraneis, materiali ignem fuentem atque conseruantem ignem in subterra-
neis ait esse bitumen. Et Nicolaus Dordomianus Profess. Monspess. lib. 1. de
Thermis Bellulcanis cap. 7. vult calorem thermarum ab igne subterraneo de-
pendere. Et c. s. fomitem & pabulum ignis & caloris potissimum esse bitumen,
quod solen in aqua flagret. Georgius quoque Morellus lib. de medicatis aquis
agri Patauini ait. Bitumen accensum non solùm in aquis nō extinguitur, sed eas
mediante igne in propria naturam conuertit, adeo vt nulla sit materia quæ fa-
cilius flammam concipiatur atque accendatur quam sulphur, & quæ diutius ignem
seruare possit quam bitumen: & ob id q; qui ignes in aquis inextinguibiles parant,
compositionibus talibus bitumen semper adniscit, vel ea saltē, qua bitumine cœ-

stant. Quamobrem facile quis concludere queat, aquis thermalibus omnibus calidis necessario adesse bitumen. Scio quidem Andream Pacium caloris fontium somitem negare esse bitumen, & afferere esse potius sulphur: que quidem sententia disputationem longè amplissimam requireret. Non me quoque latet lo. Goeb. in lib. de balneis S. Anneberg, afferere causam leuis teportis sui balnei pendere ab aluminis lapide: an alumen calorem faciat actualem vel foueat potius ignem calefacientem a quas perpendant alijs; sed sufficiat mibi à rossia deprchendisse ipsa, fontem nostrum Admirabilem per bituminosos cana'es & per gagaten etiam lazpidem sive succinum nigrum traxire, vt & infrà subiectis patet bis toris. Nam & fossores altius scaturiginem fontis Admirabilis perquirentes, lapidem quem vocant Schwartz augstein vel agstein repererunt: huius generis habeo repertum & collectum in scrobe lapidis scissilis, non ita longè à fonte distante. Sunt autē hinc tenuium laminarum in star, lapidem fissilem referentes, duri, nigri, reperti inter lapidem fissilem ad altitudinem sex cubitorum: hos qui reperit, mibi dedit lapides fossor, idem fodiendo puteum & in alijs vicinis huic locis circum circa obseruauit inter eos verò aliquos, qui trium quartu' vē digitorum spissitudinem ad eequabant, expolitioni & operi alicui idonei: quorum nonnunquam vna vice tantam effodit quantitatem, vt ciuibus yerbis imperialis Schwedisch Gminad pluribus vendiderit florenis, à quibus & summe expetuntur & perquiruntur buiis modi lapides, imaginibus sculpidis & globulis precarijs similibus & conficiendis conuenientes. In varijs locis versus Kirchen reperitur. Dn. D. Galcerus maximum mibi donauit lapidem Gagatem ex loco aliquo. Bollenſi agro vicino, quod lignum nigrum lapidescens quis posset existimare ob similitudinem fibrarū. Aliunt Bollenſes intellexisse se ab auti & proavis suis toreutas commercatos fuisse in Boll, & tornio lapides bosce artificiosè elaborasse. Hunc autem lapidem esse gagaten sive succinum nigrum, satis apparet ex odore bituminoso quem fricatione concalcatus exspirat, quod item paleas attrahat, pilos, festucas, & similia: & igni admotus, flamman faciliè concipiatur, que succino propriè adscribitur: nec ita multum differt à bitumine, cui varijs in locis vicinius iungitur, præterquam soliditate. Atque hancen us quidem de plærisque iis, que in fontis minervis, & circa eundem reperiuntur. Iam verò ad ipse aquæ examen propins accedendum. Cuius naturam, vt rectius perquirerem, eam primum per filtrum destillaui, more & ratione ab artificib⁹ prescripta, in qua tamen filtratione nihil quod admodum sit notatu dignum, deprehendere licuit. At sub finem Augusti, cum aquam in vietro Soli exponerem, sequenti die aliquid in ea subcærulei innatans apparebat: hac cum mibi ex insperato postea & per incuriam fuisset profusa, aliam mense Septembri exponere oportunum duxi: atque in hac apparebat aliquid albidi: reliz sal. qui ad solem per dies octo circiter tandem consumpta evaporataq; aquæ portione maiore, internè ad vitri latera circulus substantiæ crassioris & terrestris, colos risq; albi alhærebatur, cuius portiones gustatæ salem omnino repræsentabant, quod etiam alijs visum quibus degustandum obtuli. Albida etiam quædam ad tactum

Gagates
sive succi-
num nigrum.

Destil. per
filtrum.

Consupcio
aqua ad
solem.

Non turbatur. subaspera deprehensa, inuatabant. Simili etiam ratione procedendo aspera innatantia & floren salis deprehendi in fonte aquæ acidæ s. Petri in valle Grisbachiana. Septemb. 9. cum pluiae ingruerent, obseruauit ab his hunc fontem neutis quam turbari, limpidiissimunq; remansisse, licet totum triduum continuò pluisset: odor tanen eius maior interdum, interdum verò minor sentiebatur. Subinde interim quædam albida innatantia, modò subærulea, id q; alias parcius, alias copiosius obseruabantur. Aquæ putei altitudinem s. Septemb. quadraginta pedum esse ipse deprehendi. Septemb. 14. sub ræpleram cœpit puteus evacuari, & decima septima mane cum ad nouem pedum altitudinem aqua exhausta esset, ea mibi visa est magis, quam antea, sulphureodolere, saporq; nonnihil divenitus à priore.

Puteus cœptus ex haustus.

Cerui.

Boues ad fontem accurrentes.

Pisces non offenduntur.

Potus aquæ.

Descensus in putoem.

Sept. 20. cum in educenda aqua pergeretur, narrabant operarij sub crepusculum ingruente nocte ceruum aquæ fortè medicatae desiderio occuruisse. Octobris etiam 5. cominus in planicie vijos ceruos. Ipse quoque 14. Octob. duos in eadem planicie vidi balneo vicina: & licet ducentæ circiter circum circa laborarent personæ, non tamen exterritos aufugisse, fortè astu quodam eius hauriendæ gratia percitos. Ita etiam animaduersti, dum hauriatur hic fons, boues congregatim & quasi vi compulsi os ad fontem hunc Admirabilem occuruisse: quod non sine insigni aliquaratione à brutis alioqui factum, nemo profecto est, qui non suspicari possit. Similem histriam rei enset Fallopius, quam infra adscribemus, qua docet, boues affectos re nibus utiliter aquam quandam haussisse. Septemb. 19. gobios fluuiatiles quo vocat Hadrianus, Germanus Grundelin, in aquam nostram medicatam Bollensem in ieci, in eaq; superstites mansere usque ad 23. aliter sanè quam in Griesbachianis aquis, in quis & pisces & ranæ inieccæ, illicò velut moribundæ inuertebantur, vt primum autem exempti in aquas conieccæ sunt dulces, mox ad se redeentes vires recipiebant, adeoq; quasi ex somno vel morte resuscitati videbantur, quos prius ebriorum more separatos dixisses. In aquam medicatam oppidi Canstatt, & fontem ad Nicarum ē regione ferè versus molam, pisces inieccæ planè moriuntur. Octob. 4. cum aliocto circiter pedum altitudinem fons fuisse exhaustus, aquæ busius, quam prius saepè gustaueram, poculum hausi integrum. Sequenti die horæ quinta matutina cœpit audiri strepitus aquæ ex scaturiginibus, riuli cuiusdam instar influentis: manè bibi cyathum plenum aquæ fontis Admirabilis non calefactæ. In mensa altud nihil bibi præter aquam hanc Bollensem, cum tamè ab octo ferè septimanis nihil aliud quam acidos hausssem fontes: Volvi autem hoc maxime tum vti, vt & odor & sapor & vires eius melius mibi innotescerent. A prædio circa secundam, & euacuato penitus puto memet in eundem demisi (aptata sub axillis zona è chorda, ne vel vertigo infestaret, vel ea obrepens deorsum præcipitaret) atque ex utraq; scaturigine tria hausi pocula, & exactioris contéplationis ergò per qualrantem horæ permansi. Interim aqua copiosè decidens frequens tibus & magnis excipiebatur ac educebatur fistulis: odor mibi videbatur aquæ sulphureus, sapor & ineffabilis, nec gratus admodum, nec etiam usque adeo ingratus: palatum tamen exsiccabat, quod & iam prius animaduerteram. Ex cuius

potu nullam insiginem sensi mutationem, licet vesteri in cena ad potum solius a quo Yebenhausensis acidæ redierim; ventrieulus utrasque sine molestia admisit. Insignis vir D. Daniel Moser, Consul Göppingensis, qui nobiscum aderat præsens, cum hortum admirabilem in struendum atque adornandum curarem, narrabat se odore aquæ medicata Mirabilis ex pago Semingen sensisse. Sed audiens inquisitioni Admirabilitas huius fontis inhibens legenanam vnam baus de scaturiginē maiore profluente à meridie Gembingen versus, alteram de minore, quæ est versus Boll, in orientem procurrentes, utrasque destillandas. Hoc eodem die videlicet 20.

Oktob. aquam ex ipsis fontis Admirabilis scaturiginibus in poculis duobus argenteis reposuit & reliqui in ijs ad Octob. 23. tunc deprehendi poculum paulo maius ex argento minus puro subuiride & ferè croceum redditū, innatabat verò quiddam quasi oleaginosi: aqua autem ipsa videbatur putrescere. Alterum poculum minus ex puriore argento non erat immutatum nec aqua corrupta & residentia expersa supernatabat tantum aliquid albicans. In scutella stannea siue è plumbo albo, alzbuminis quiddam etiam supernatabat: in fundo arenulae aliqua, (quæ tamē forte aliunde) in partibus quibusdam scutellæ maculae aliquæ nigricantes & albicanentes conspiciebantur, & in superiore aquæ margine crodi scutellam deprehendimus. Octob. 7. aquas ex vtroque latice fôtis Admirabilis ante exceptas, in Kirchen delatas, cum lob. Lutz Pharmacopœa destillauit, eademque simul opera aquas acidas propè Hatbouen: ac primum quidem in Balneo Mariae, deinde in cineribus, ponderatis ijs prius in eadem phiala vitrea: sed aqua scaturiginis maioris tantillo ponderosior videbatur. In destillatione liquor prodiens primò, secundò, & tertio, non a lignorum gratia erat: quippe lotura boli saporem referebat, desumptū fortè vel à scissili lapide, vel ab argilla, vel ab utrisque. Ambas etiam aquas destillauimus in cineribus, idque aderat sapor. At is quem ex acido fonte deprehendimus, magis displicuit: de quo suo loco. Residentia pauca fuit, eaque alba & inspida: in omnibus destillationibus, immixtis nihil adhaesit bacillis. Octob. 21 eandem fontis Admirabilis aquam in ædibus D. Lutz Pharmacopœi Kirchenfis decoximus, idque in patella ærea: cuius vnciae 40. reddiderunt salis albissimi dʒ gr. iiij. ac superiora quidem magis salsa erant, quam quæ in fundo. Idemque planè euenit eā ad sollem consumptiā, materia quedam alba ad mixta videbatur. Octob. 22. eiusdem vncias 50. decoximus: resultauit salis albissimi & leuissimi, neutiquam tamen acris, 3. fl. In cacabis verò, quibus aqua balnei buius nostris incoquitur, acrescit lavis crux os, spissus, durus, & quæ cacaõ adharet parte, cinereus: reliqua albus, puluere albo sparsus, quem ægroti balneantes, balneo eyrebi salubriter suis inspergunt ulceribus. Circumfentem hunc Mirabilem, vicinusque locis abundat argilla, partim cærnea, partim albicans, luteoque etiam conspersa colore. Ea saporis est baud ingratia, subadstringens & emplastica ad medium tenaxque est, exsecata durissima reddetur in star lapidis scissilis cui succumbit. Hac Argilla viuntur figuli in pago Ebelsbach, elegantiæ ex ea parant pocula. In locis quoque viciniæ terra quedam rubicunda obseruatur, quæ argillæ quoddam genus, Lapidæ vi-

Trobatio in poculis argenteis & scutella.

Destinatio:

Cōsumptio per coctiōnem.

Lapis in cacabis crux flosus.

Argilla.

Lapides vi-

fornacum vsui in seruiens. Allati mibi à quodam ex sylua versus Gruibingen quidam quasi lapides, eorumq; plurimos obseruasse aiebat in sylua quæ olim fagorum, nunc autem diuersarum arborum. Hi veluti lapides nigri sunt, vt succinum nigrum, splendidi, solidi, porosi subinde, fragiles, & qui igni adnoti dissiliunt, similesq; scorie fodinarum in S. Maria in Leberthal vel in Gerard Mengni, videntur aliquid cum vitro habere commune: Quid s' olim in sylva prædicta paratum fuerit vitrum? Lapis hic contusus & in vase terreo igni appositus & in multas horas relietus fumum de se non reddidit, nec vllatenius colore mutauit. Integre in ignem iniectus incanduit & in particulas dissiliit, eiusque pars liquefacta coaluit rursus vitreæq; materiae instar apparuit, vt ipse expertus sum in Kirchen Octob. 23. Clariſſ. vir D. Georgius Gadner I. V. D. & in metallis separandis & probandis experientissimus atque peritisſimus, cum ab Illust. E.C. quem probaret pyrites 3. Nouemb. offerretur, post exactam examinis trutinam deprehendit in 50. libris eius contineri drachmas duas argenti, nullum autem euprum in eo reperiri, sed tantum esse ein Vvasserkiss vt vocant: splendorem vero eius esse à sulphure. Pantaleon Keller Illust. E.C. Chymicus, qui & aquam destillavit & metallicam fudit, deprehendit, vt scripto annotauit, in aqua Admirabilis huius fontis contineri sal, alumen & vitriolum: marchasitam autem & carbonem nigrum (ita enim vocat succinum & bitumen) resoluti in sulphur: ex marmore ita vocat flores albos) & lapide scissili emergere alumen immaturum, addebat præterea se in marchasita inuenire omnis generis metallicam, sulphur, sal, vitriolum, alumen, antimonium, ferrum, plumbum, argentum, caprum, & lapides lazuli colore: verum separari non posse, quod sulphur & antimonium illa consumant & in fumum resoluunt, marmoris mercurium siue aquam, sal, & sulphur igne consumpta fuisse: succini nigri mercurium in oleum resolutum esse, sal & sulphur combustum, in oleo eius tamen remansisse adhuc sulphuris partem: beluminen habere perfectum sal, vna cum materia ad vitriolum accedente & sulphure: lapidem scissilem relata quisso olei modo sulphur & mercurium, nec non argenti parum. Sane obseruatione hoc dignum est: cum Pantaleon lapidem scissilem per descensum, vt vocant, destillatione experiretur, ceu oleum nigrum in subiectam aquam affatim defluit, quod copiose innatas postea ab aqua separatum: cum autem aqua aliquot dies bus in vase reliquisset, ex improviso apparuit vitrioli rubri, instar sacchari candi tessellatim concreti, copia, quod planè vitrioli communis saporem referebat.

Aqua autem prædicta, in qua vitriolum repertum, iniecta gallarum decoctione, nigra redditia est.



Deputeo

De puteo fontis Admirabilis, domo, cacabis ac alijs.

C A P . I I .

Puteum admirabilem aquæ medicatæ Bollenfis (in quo fodiendo prædicta metalla reperta sunt) accepi ad 217. pedes geometricos effossum in altitudinem, ad latus acto cuniculo ad 32. pedes. Fossores & aquileges dum fodiant, tandem ad scaturigines fontis medicati binas magnas peruenierunt, è lapide scissili, ut a scaturigine erumpentes, qui in monte vicino & proximis locis plurimus conficitur. Scaturiginum verò (ut suprà meminimus) altera in meridiem, altera in orientem profuebat. At altius fodiendo progressus, tertia etiam se offert parua, nonnullis salja credita, cuius cursus præcedentibus duabus oppositus, in aduersam planitię pertendit. Ceterum fossores pulchre lapidibus munito puteo, relicta parua hac scatebra & altitudine 135. pedum, per transuersum struccio tabulato ex materia querna, superinducta & argilla plurima, cauerunt egregie ne duæ illæ aquæ medicatæ scatebrae, quæ tabulato sex pedes altiores sunt, in inferiorem possint defluere cavitatem. Deniq; & putum ipsum magnis lapidibus, cæsis, duris, albis, & valde asperis, ex Ebersbach (abest inde locus hic duarum horarum itinere) ad vetus munuerunt. Porrò à fornice tabulata supradicta in puteo, ad supremam terræ faciem pedes sunt 76. Supra terram paries putei è dictis lapidibus ad pedes duodecim extat. diameter putei est pedum 9. Septemb. die 8. aqua puteum ad pedes 40. replerat, sic ut ad supremam terræ superficiem vacui supereffent, pedes 36. adeoq; quòd aqua posset effluere in locū effluxi consuetū priusquam effoderetur putens, ad pedes 27. opus esset accrescere. Septemb. 24. vesperi nunciabatur, aqua 42. pedes cum semisse altam deprehensam. Porrò cochliides scalæ puteo adædificatae sunt, vt crateri prospiciatur excipi de aquæ, quæ in putei supremū rotis subiecta eleuabitur, inde in solia balneorū deriuatā. Domus autē ipsa magnifica Domus. est & splendida, quā magnis sumptibus Ill. E. C. curauit ædificandā. Multis instructa hypocaustis, & cubiculis, denique & hospitio. Balneo ea capacitas, vt Pharmacopei Domini lob. Lutz. Me consulente cacabi ac coopercula ita parabuntur, ut aqua stillatitia possit excipi ad potum, & vapores ascendere per canales adaptatos foraminibus in medijs cooperculis (vt pro arbitrio occludi recludi possint) in cubiculum, quod cacabis imminebit: canalibus autem siue tubulis impunctur domuncula, in qua sedebit æger super cathedram ligneam vel afferem magnis foraminibus peruum. Porrò domuncula seu cibotion ita apparabitur, ut caput extet solum, ita circumquaque munito collo ne ad caput possint ferri vapores. Quod si calor nimius ob futurus forte videbitur alicui, tubulo obliquo sellæ

apposito deriuatus calor temperabitur. Si quis autem crure solo aut brachio rasperorem voleret excipere, in eum quoq; vsum suæ erunt capsulae tubulig; accommodati. Pro administrandis quoque stillicidij seu embrocis necessaria instituentur. Hortus ante domum & balneum. Que omnia ut bene & citè expediantur, Illust. E.C. Octob. 15. solerter architectum Georgium Stegele ad me misit. Ea etiam imperante, hortum curauimus magnificum parandum operâ lob. Lutz hortulanî Göppingensis & Iob. Iacobi Alb. Stuccardiani, adiunctis operis ducentis sexaginta tribus. Cæptum est autem opus Octob. 4. atque ita institutum, ut in aream vndique circa domum pedes centum & tredecim cedant. Fossa lata pedes 11. alta sex, quæ totum atrium ambit, ac puteum fontis Admirabilis includit. In quatuor angulis longius excurrunt areæ rotundæ, in singulis singulæ, pedes 26. latæ fossæ etiam prædictæ extrinsecus cinclæ. Angulares areas quatuor intercedent totidem in longum protense, magna, fossæ, ut priores, cædem cinclæ. Ad deoq; hortus bicolatè patet, quæ latè & dominus & atrium, putâ ad pedes 347. in externis horti duobus angulis due similes areæ rotundæ, locis autem intermedij triangulares, fossæ, etiam cinclæ. In atrio aditus tres, quorum unus in hortu: in unam fossæ partem deductus riuns, ita tamen ut ad eam partem, ubi fons, nequaquam perueriat, à quo curauit disertendum quantum potui: reliquæ, que circa hortum, fossæ aliunde deriuatas excipiunt aquas extra hortum, prius quæ riuns fossas ingred. atque, due sunt piscinæ, quas reponendis enutiendiq; piscibus parandas curauit, unam rotundam, alteram quadrangulam alterâ parte longiorem seu triangularem. In atrio & horto ordo vñus constitutus arborum fructiferarū, pomorum, pyrorum iam satis adultarum & infistarum, Gappingæ emptarum. Absunt à fossa singulæ pedes decem cum semissæ à se inuicem triginta vnum. Est in horto & alter orde, sic ut liceat intus quoque circum hortum in umbra obambulare, nec non in areis tum rotundis tum triquetris diuersorum generum conspicuntur plantatæ arbores. Variatione & extra fossas tres arborum variarum ordines dispositi visuntur, quarum aliae in seridæ, aliae in istidæ, aliae sui generis. Sed & campum sclopetario exercitio destinatæ duo ambiunt ordines. Ceterum peræquoris illius prata, quæ à balneo Admirabile in Boll pagum itur, ad agrorum marginæ, binos arborum ordines plantandos curauit. Sic ut earum, quæ iubente me constatæ sunt, numerus ad 550 ascendet. Ne autem incuria villa hec poreant de corda, prefectus est horto Cepuros, qui plantas excolat & stirpes necessarias in eosrum vñum, qui aqua hac medicata frumentur. Denique ut numero dicam, nihil III. E.C. eorum omittit, quæ ad exornandum hunc Admirabilem fontem, tum valeditudinem ægrotorum, qui ad has aquas venient, procurandam pertinent. Adsit porro Deus propitius herofcis, omnijs memoria dignissimis cæptis. Nam ad si um veniamus. Balneum hoc cum suo fonte & domo magnifica, in prato positum est ameno, non valde humido, cui vicina ædes nouæ ciubus Bollenibus, qui bombardis ad scopum collimant, deseruientes: circa quas, præter recens plantatas arbores, sunt quercus antiquæ, quibus a salubriori em umbram astinos soles exclusi.

Hortus.

Arbores
plantatae.

Hortulanus

Bombardis
destinatus
locus.

suram salices crebræ adsitæ. Quo loco non importunè varios instituant lusus, quibus se recreant & quibus qui se lauant, honestæ recreationis & exercitatio- nis gratia frui poterunt: nec defunct collusores, cùm tanta præsertim omnis generis hominum è vicinis locis frequentia eò consuet.

De pago Boll, incolis, ac alijs locis in quæ è domo balnei ab Ill. E.C. instituta, èque col le proximo Eichelberg patet prospectus.

C A P . III .

Tantillum à fonte nostro medicato abest pagus Boll, ut vno boreæ qua^s drante facilè conficias, itinere iucundo per prata & agros. Is autem non minus amenus quam magnus, loco situs est partim piano, partim clis- sios, in quo donus circiter 160. fatis commodè edificatæ, lapide scissili teclæ. Sed præcipua, ut par est, templi amplitudo & structura, in quo mibi sequentia ob- jeruata. Lapis olim portæ templi adpositus, cū hac visitur inscriptione, (literis, non illis quidem Romanis, sed ad Gothicas dictis accedentibus:) Il. Calend. August. dedicatum est hoc templum in honorem Domini nostri Iesu Christi & Janæ Mariæ. In ipso templo scuta antiqua sunt renouata: vnum cum hac inscriptione Der Graffen von Rawenstein alt wappen Fraw Berchten der ein mann, b.e. Comitum à Rawenstein vetera insignia, vnde oriundus, Dominæ Berchtæ primus maritus. Anno 1531. alterum cum sequenti Graff Heinrich von Irtzberg der dritte mann, b.e. Comes Henricus ab Irtzberg tertius maritus. Propè templum est facellum, cui adscriptus annus 1464. In facello ad mortis effigiem legitur:

Schawen an arm vnd reich

Ihr werdend all mir gleich, id est,

Contemplamini pauperes & diuites,

Similes olim mibi eritis.

Nec sua Bollenibus deest curia seu domus, ut hodie vocant, senatoria, neu- Domus se-
tiquam spernenda, & vt locus fert, satis in structa, quæ me fontis Admirabilis natoria.
historiam pertexentem ab Augusti mensis 23. ad Octob. 25. exceptit. Puteos p^{as} Putei.
sim est videre multos, maiores, minores: vnum etiam magnum extra pagum: at-
que hosce quidem non altos admodum, aqua tamen laudabiles. Medium verò pa- Riulus,
gum interluit riulus. Incolis statura mediocris, quorum plures videas senes qui incolat,
etiam ad centum perueniunt annos, id quod aquæ medicata beneficio fieri pers-
suasum habent quidam, qui etiam male affecti, ad eius haustum confugunt;

opes non pœnitenda, vestitus honestus : in agris colendis laboriosi, diligentes erga aduenas officiosi, humani : in audiendis concionibus, quantum ego quidem animaduertere potui, seduli. Vielius satis laetus & panis laudatus. Est & ijs vaporarium satis commodum & amplum, in quo ipse & sudaui & laui: id valde frequentant & sapè scarificant : eoꝝ nomine balneatore & tonsore non des tituuntur, (cui nomen Christophero Guttenwirt) viro humano, in fracturis reparandis, luxationibus restituendis, alias & Chirurgicis operationibus admixtis strandis exercitato. Est & pago sua moletrina. Concionatorem habent dos etum D. M. Erhardum Frischmannum, eique doetum ouwypd adiunctum D. M. Tobiam Ceparium, utrumque officio suo diligenter & fideliter perfungentem. Diuersoria tria, interdum plura: equorum non spernendorum, pecorum bonorum beneque habitorum copia. Carnes in hoc pago & vicinis ut salubres existimem facit pascuorum bonitas, siquidem prata carum herba sive carui dicta, trifolia, alię & salubres plantae, de quibus post, conuestiunt. Non longe inde, preter riuelos, flumina vicina Niccarus, Elsfa & Lautter, pisces quidem prime note suppeditant: Vina verò vicinia tota, eaꝝ salubria, siticulosis balnearioribus & lauantibus expedita, oligophora, acerbatis insignis nescia, se elegantur. Tenuioribus arentes fauces acidi fontes proximi, de quibus mox, colluerint : nec aues & ligna defunt, quippe quæ vicini montes & sylæ subministrant. Aere coniunctione salubri & temperato vti, nec calore nec humiditate, nec frigore nimio (non enim altiores niuosi montes ulli in vicinia) infesto: aperto, libero, non valibus concluso, non paludibus stagnisue turbilo, sed quem è riuelis & torrentibus aura lenis euentilet. Temperatioris autem aëris nihil sidem facit fructuum, vt pyrorum, pomorum, malorum cydoniorum, in hoc pago & vicinia uber copia, cum tamen hoc anno 1596. plerisque locis pluviā frigoreꝝ enecti, cum aliarum arborum tum vitium flores fructuum spem omnem præciderint. Nec inefficax aëris salubrioris argumentum præbent h[ic]c senes vegeti & alacres: sic ut melancholicis commodiorem locum, tam propter loci amoenitatem, quam vicinorum urbium, proximorumque castellorum & pagorum, de quibus post, vix queas resperire. Euntibus à Boll pago ad fontem medicatum & balneum, ad sinistram pulchri colles, culti agris, hortis, pratis, arboribus fructiferis mira voluptate oculos mentemque perfundunt: nec minore montes proximi non admodum elati (in quibus apri, capreoli, cerui (qui hinc, vt supra meminimus, progressi ad fontem aquæ huius desiderio confluebant frequentes) usque ad pagum Eichelberg, horæ circiter semiſis à balneo itinere: inter quem & fontem medicatum Bollensem est ad colles pagus inter arbores fructiferas ferè latitans, welden im Hunerlaw dictus, à fonte vix horæ quadrantem remotus, in quo Septemb. 17. multa obseruaui pomorum & pyrorum genera. Atque ex istis quidem montibus torrens se præcipitat, fontem medicatum præterfluens, quem ubi præterit, alteri ex ijsdem montibus orto miscetur, per scissiles lapides delapsus, id quod de altero quoque inaudiendum. Posset in hoc riuelo p[ro]f[und]a una pluresue præter iam pas-

Vaporariū.

Concionatores

Hospitalia.
Equi.

Carnes.

Pisces.

Vina.

Aues.
Ligna.
Aer.

Fera.

Welden.

Rinalus.

ratas afferuandæ propaganda hæc pīcium soboli parari: non longè autem à Bollensi balneo ponticulo iungitur riuiulus ad pagum Pleinsbach tendens. Ante Pons Planities.

balneum & fontem medicatu n circumq; est planities amæna, magna, fertilis, in qua prata optima salutaribus herbis donata. In agris serunt zea dicoccam, & zea genus vernum, quod Immer vocant (de quo postea) avenam, pīsa, fasbam, viciam, linum, canabim, brasīcam capitatanā albām &c.

Eichelberg autem, de quo paulò antè, pagus est pulcherrimè situs ad montem, in quo variae stirpes, in planitie nībī minimè obseruatæ. In hoc monte aegri quò minus arentur faciunt clivorum precipitia: quare ligone foduntur. Habet & salientis aquæ, bonæ, frigidæ scatentram. Cum à pago ad castellum ascenderem, cochlite lapidis magni fragmentum inueni, vt in fine libri ex figura apparebit. Supra pagum in montis non admodum alti cacumine erat olim castellum, satis laxum (cuius etiamnum apparent rudera) situ & prospetū amoenissimo, fastigio rotundo, liberum etiā circumquaque, & à monte maiore, qui retro est. Hinc audio pro paranda calce ad nostrum balneum ædificandum multos auctos lapides: quando non admodum longè à monte Eichelberg Illust. Fornaces calcariæ.

E.C. fornaces calcarias tres magnas (apud quas fui Sept. 22.) exstruendas curauit, ad Mompelgardenſum instar (vnde operas euocauit) è vimine plexo in turris modum. fastigiatas, argilla intrinsecus oblitas. Ceterum ex colle Eichelberg (qui horæ circiter semissim à fonte abest) & balneo medicato Bollensi eiusq; domo, & planitie, conspicuntur vrbes, castella, pagi, montesq; excelsi crebri, quorum partem annotabimus, vt de fontis huins medicati amoenitate cōstet. Sicut ex tabella chorographica quam à Philippo Gretter Ill. E.C. pictore diligenterissimo, depictam sculpentam curauimus, manifestè apparebit. Porro autem retro castellum hoc, ad sinistram, est mons syluosus, mediocriter altus. Inde aspicientibus offert se pagus (nisi prospectum eriperet interiecta sylua) Hepschaw, ita demonstrante rusticō, horæ vnius itinere ab Eichelberg distas, quem montes spectandæ magnitudinis parte postica claudunt. Indidem & willa vrbs (horæ semissim ab Eichelberg abest) conspicitur: (quod iter & ipse ab Ill. E.C. Vracū euocatus secutus sum, per Eichelberg nimiri & willam, quam subiectum vgoātuv amplum, & vineæ frequentes decorant: accedit & vrbi dignitas à præterlabente fluuio ex Lautter deducto (duo enim fluuij eodem gaudent nomine) ex Neidlingen pago & castello descendente, quod à Boll quidem duas circiter horas cum semissim à willa autem horæ semissim abest. Hic libet obiter luctuosam intexere historiam: Octob. 20. cùm Kirchen contenderem, circa horam nonam in suburbio willensi incendium obseruui: nam animadverso hominum concursu, auditōq; campanarum sonitu, in collem ad sinistram prope Vmbden subuebor, syluaq; eluctatus, fumum percipio densissima caligine horridum, quo loco horreum & stabulum vaccis Illust. E.C. destinatum, amplexum, in quo cordi fani vis magna. Feliciter autem in tanto infortunio cœpit, quod, licet violento impetu debaccharerunt venti, in plures domos contagij igni

Eichelberg
pagus &
castellum.

L'pis coch-
lites.

Fornaces
calcaria.

Hepschaw.

V villa vrbs.

Lautter flu-
uij duo.

Incendium
à cordo
fano.

vis vltcrius, non serpserit. Incendij caussam referunt multi ad fenum autem male nondum jatis resiccatum repositum. Eandem etiam caussam existimant concremati horrei & babilis Illust. E.C. in Babenhausen s. Octob. noctu. Vidi aliquando & Mompelgardi incendium, quod à cordo fano quoq; excitatum dicebatur. Id putant euenire, fano cordo per imprudentiam humido & putrefacti reposito. Sed ad rem. Ultra Villam ad sinistram est mons rotundus, ab alijs se-
junctus, in quo agri: in cuius cacumine fontem esse perhibent. Talem etiam habet Illust. E.C. in vitifero suo monte Montbelgardeni, eiusmodi etiam in Sunz-

Fontes no-
tatu digni. gonia Lotharingiam versus in cacumine præcels montis ab alijs semoti, in cas-
tello Vvildstein, Abbatum Maurbachensis, obseruauit. Ultra prædictū mon-
tem, willensem ingentes sunt montes alij, in quorum fine ad sinistrā ex castello

Hanenkam
ax. Eichelberg ostendebatur Hanenkam arx diruta, in monte syluso, ab rrbe
Villa horæ semissim distans. Rtrò excipiunt valles, & h. us montes alij. Inter

Byssingen. Hanenkam & pagum sequentem Byssingen interiacet sylula. Est autem

Teck ax. Byssingen pagus magnus & templo insignis, horam à Villa subnotus, quem
Vracum contendens pertransi. Sequitur magnus mons & excelsus, in cuius fa-
stigio, satis illo quidem amplio, arx est Teck dicta; ante annos multos diruta,

Bulus ru-
bra. longè lateb per Ducatum Vrtembergicum conspicua. In itinere Vracensi ex
Byssingen, senite insistens montem ascendi flante usque adeo violenti rēto,
vt verendum effet, ne cum equis præcipitaremur. Octob. 23. iterum ex Kirchen

Tilia fulmi-
ne tacta &
houes sus-
focati. contend ad montem Teccensem, locum visurus unde bulus rubra eruitur,
qui est iuxta viam, de qua fusi capite de Bolo. Inde autem, locum prius contem-
plati, progradimur ad arcem usque, cuius muri pulchre extructi, undeq; insignis

Auven op-
pidum. lōge lateb prospexit. Suprà est planities plurim passuum, & quod notabile, infor-
gnis fossi passus plures ab arce è rupe promanans Montē hunc ambient cōalles-
circum quaque spatijs, quibus ab alijs dirimitur montibus, neque verò planities

Auven op-
pidum. tanta vt delapsa è aqua inundet. Paulò supra fontem patula est Tilia montana
sive minore folio, satis h. tamer magno, quæ Septemb. 2. diluculo antē solis

Auven op-
pidum. exortum de celo taetia nouem Helveticas vaccas, eximias, sub ea recubantes, ex
ijs quas multas ibi curat alend. illust. E.C. obruit. Ibidem etiam bibile ab arce

Sevvbad. passibus aliquot abest. Sed vt eò, unde sunus digressi, redeamus, Teckham præ-
tergesi, cacumen montis ad sinistram reliquimus, in quo, præcipiti situ, arx co-
spicitur, à Byssingen horæ semissim sciuncta. In eodem itinere Vracensi in op-

ortū collis est vitibus constitutus. Gemina fonti scaturigo, altera occulta, quæ degustata frigida quidē sed ineffabilem sapore relinquit: altera in piscinā diffusa degenerat parvam, in qua iunci magni, & granæ mibi obseruatae. Ex hac piscinā inferius paulò altera quoq; deriuata est. Qui adhæret cacabis lapis crustatus subcincnereo & luteo colore pallet. Sribit doctus vir Georgius Marius Virtēbergenſis, olim illi. Eleſtoris Ludouici Palatini Medicus, fontem hunc constare cupro, r̄iſtriolo & Erythria terra (intelligo rubricam) est hoc loco balneum duntaxat & hospes vnicus, quō quidam lauāli cauſa concurrunt, ſic ut pluribus interim balneare volentibus ſatis ſit loci. Sed progrediamur. Ex Eichelberg, ultra ſylvulā in planitie in conſpectū ſe dat Nabern pagus cum templo, non longè à Nabern Nabern. fons est ad dyſenteriam commēdatus (apud quem fui Octob. 23 cum Domino D. Rentzio) de quo copiosius capite de dyſenteria. Sequitur Dettingen in plani- Dettingen, tie horæ ſemifem à Nabern, ab Auwen autem & fonte Bollenſi duas horas cum ſemifec diſitus pagus vastus, templo in ſignis, & ameniſ pomarijs, quem interluit fluvius Lautter, ex Auwen progreſſus: hāc mibi tranſitus fuit Vraco per Auwen, indeque vi bem Kirchen non longè inde diſitam venienti. Propè Eichelberg ad horæ quadrantem eſt piscina, inde pagus Holtzmaden, à balneo Bollenſi horam ferè vnam. Nec longè inde ab itinere Bollenſi, Kirchen verſus, ad ſinistram, ſe alius offert pagus Iefingen, magnus ille & templo auctius Iefingen, ad fluvium Lautter à weilheim delapsum. Ab eſt hic à Balneo & fonte Bollenſi horam vnam & ſemifem à Kirchen vrbe, horæ ſemifem, propter viam ex Boll, Kirchen verſus ad ſinistram. Sub Eichelberg ad horæ quadrantem eſt Zell pagus (in quo fui) ſatis magnus, à balneo horæ ſemifem diſitus, Templo, Zell. Concionatore, & Ludimastro: puteis in ſuper bonis, & ſalientis aquæ fonte laude dato, arboribus fruſtiferis multis (quarum fructus plerosque annotauit) donatus. Domos tegit lapis ſciſtilis, (cuius fodinæ ad balneum venienti mibi obſeruatae) varias limacum figuræ, & ex ijs aliquas nitella cupri fulgentes, pyritenq; exhibens. Horæ quadrantem ultra Zell per agros & prata euniibus, ad ſylvulam ruſticorum, eſt riuulus, quem per lapideum ſciſtilem delabentem gemini colliculi utrinque coērent, iuxtaq; illum fons, cui Rappenzagel nomen fecerūt. Is per ſciſtilis lapidis crepidines olim fluebat: poſtquam autem illuſt. E. C. ad pe- Fons medi- catus Rap- penzagel.

des aliquot peruestigandum curauit ultra riuulum, in reſtantem paruam paludem abiit. Cuius mibi aqua, Septemb. 19. contemplanti, cerulea viſa, odore ſulphuris graui: motæ veluti nebulæ albiantes innatabant, cum tam enī ſubtius pura eſſet. Referebant ruſtici, niſi praeceſente die pluiset, ſuperficiem albam fuſturam fuſſe, baud ſecus ac ſi flore lactis eſſet obducta. Addehant hāc aſſtate ſenes & pueros ſcabiſos in eo lotos sanitatem recuperaffe. Aqua eſt non admodum frigida, ſapore ineffabilis, ſubadstringente. In ea vidi piſiculos, quos funiculos eſſe diſtitabant, & à pueris capi. Utrinque imminent colliculi eſt lapide ſciſtili in aliib. figurato. Variae ſalutares herbe, inter quas & Alarum, prepe proueniunt. Exonerat ſe autem in riuulum. Verūm non eam ſuppeditat aquæ ce-

piam, ut potuerit ibi balneum institui. ita tamen adornari posset, ut è proximo balneo eò se transferre queant ægroti, seu animi recreandi seu bibendi ergò, si forte, quām Bollenfis, magis esset medicata. Octob. 20. reuersus ad fontem Rappenzagel, aquam deprehendi subæruleam, odore & sapore bituminis vehementi, cūdienti. Narrabat qui deducebat, multos ex Zell & Eichelberg de hoc fonte bibere, ac qui primus detexisset (huic Petro Hanne nomen) rusticum Achelbergensem esse senem, venationi valde addictum, qui & olim obseruauit cœruos sepius eò venire & de eo bibere: illum autē nullam ferè aliam aquam bibere. Huius aquam Kirchen vrbem 21. Octob. delataam in Sartagine decoxi, cuius uincia 40. sedimenti 3 fl. reddiderant, sed diuersi à fonte Mirabili: siquidem & quantitas minor relicta, & color diuersus, cincrens, sal sedinem vix dum resipiens. Sartaginem diuersæ maculæ infecerant rubentes, subluteæ, quod ab aqua Admirabili non evenit. Eadem in Sartagine ferrea decocta, flave scens quid in margine fundoq. reliquit. Gallas in patella ænea ex aqua communi decoximus, quarum colamen cum aqua Rappenzagel remistum gallarum colorem retulit. Quæ autē in Sartagine ferrea erat, tota nigra redditæ est aqua. Verū remista de coctio cum aqua in fistili & æneo vase colorem minimè mutauit. Decoctio etiam gallarum ex aqua communi in ferro, nigra redditæ est: in alijs vasis, non item: vnde apparet Fallopij argumentum in discernenda aqua aluminosa & chalcans tho delibuta incertum esse, ut iam dictum. Iam ad alia pergamus. Qui ex Boll pago Kirchen contendunt, Zell pagum proximè relinquent ad sinistram ac transiunt iuxta fodinas lapidifilis, quem figurarum varietate ludere animaduerti. Hoc iter etiam conficiens venire Ombden pagum egregium templo donatiem & hospite, à quo per nostrum satis laute exceptus sum: pagus autem hic à fonte Admirabili abest horæ vnius itinere. Ex fodinis mox dictis rusticis in iisdem dum prætero laborans, Agstein nomine dedit Bitumen Gagatæ remistum. Ex hoc genere quædam partes sunt friabiles, sed non ita ut in bitumine Bollenfis: adiungit aliae partes similes succino nigro vel lapidi Gagatæ. Ignis admoveas, flamman concipit, odor, qui bitumini. Primo obtutu titonem diccas, nec enim abludit similitudo germana. Inter Eichelberg & Ombden interiacet syluula. Post Ombden sequitur Kirchen vrbis, vnius horæ itinere, ubi & torrens superandus. Infra Kirchen iunguntur utrique Lautterfluuij. Ex Eichelberg deinde monstrabat rusticus pagum exiguum Lindtdorff ad Niccarum, & alium Reydern vicinum vrbis Nürtingæ, quæ est ad Niccarum: (quam, quò minus videamus, impedimento est sylua) ab Eichelberg horas duas cum semisse, à balneo tres distitum. Ostendebat idem & pagum Dailfingen, quem magnum esse dictabat, ad Niccarum situm, horam vñā ultra Nürtingen. Post Kirchen item ad dextram pagum Ottlingen ad horæ quadrantes: inde arcem Podertzhoffen cum pago. Hinc windlingen, in quo arcus duæ, ubi ante annos 12 fui. Proxime Boyhingen pagum cum templo. Horam vñam ultra Kirchen, Kungen pagum cum arce nobilium à Thum. Demons strabat

Ombden.

Bitumen &
Succinum.Kirchē vrbs
& arx.Nürtinga
vrbs.

Dailfingen.

Podertzhof
fen arx.Kungen
cum arce.

strabat & Bercken in monte ultra syluam, pagum magnum cum templo, horam vnam à Kungen, ab Eßlingen horae semissim, à balneo Bollenſi horas quatuor cum semisse diffitum, monti autem aiebat subiectum Niccarum. Ex Eichelberg non longè à pago Zell conficitur Plienſpach pagus, amarus (à Plienſpach. Eßlingea.) balneo horae semissim abest) fructiferarum arborum frequentia fœcundus: eo per prata, agros, collem, peruenitur. Hunc alluit riuis, qui fontem Bollenſen proximè præterlapsus, Hattenhouen & Rewenstat versus pergit, ubi funduli Hattēhouē. & pifciculi Pfellen Germanis dicti capiuntur. Non longè à Pleinsbach, horae ferè semissim à fonte medicato, quā Bollā Eßlingam itur, est pagus exiguis (weyler vocant) quem & Rewenstat indigitant, in quo fons acidus laudatus, 13. Septemb. ex scatebris mibi degustatus probabatur, sapore acido, qualis est fonti S. Petri in valle Griesbachiana Episcoporum Argentinensium, à rusticis sapore adscribitur ærū b.e. vi ipsi loquuntur, Es Kupferi. Mibi verò firugine sapit, aut atramentum scriptorium. Non est usque adeo tamen ingratius, nam & pleno hauſtu horā vna ante cœnam sine noxa me proliui: ipsi q[uod] adeo rusticis, licet alium habent fontem, ex hoc tamen ad potum, ex altero ad cibos coquendos aquam hauriunt. Positus autem est, ad moletrinam, in p[ro]tei formam lapide cæſo extractus, quem circum Lichen seu hepatica coronat. Proximè autem inferius inundat riulus ex Pleinsbach promanans, quā à fonte medicato Bollam itur, ubi & in sylva vicina ceruas tres vidimus, quæ confectum nostrū neutquam refugerūt, tanquam cicures, & hominibus affuetæ. Ceterū aquam prædictam acidam, quam Hatbouensem voco, Octob. 7. in balneo Mariae desfilalauit: quæ primò, secundò, tertioq[ue] prodit, sapore erat ingrato, in star loture boli argilloſo: residentia subflava, argillosa. Octob. 22. in patella orichalcea cocta, sedimentum reliquit ſabluteum, leue. Verum pergamus. Iuxta Rewstat est Hattenhouen, pagus magnus, templo donatus, horam ferè à Boll distans. Inde Schlierbach, pagus item magnus cum suo templo, horam circiter ab Hattenhauwen: sequitur Hochdorff cum templo: inde Blochingen pagus cum templo, horam inde remotus, non tamen conspicuus: vitibus multis excultus, quarum vnas Bollam vidi translatas, albus, bonas, dulces, benè maturas: rubras non item. Præcedente die, fuit Septemb. 21. cœperant vindemiare: abest à Boll trium horarum itinere cum semisse. Vnam inde horam est pagus nequaquam conspicuus Alppach, postea Zell templo donatus, horam dimidiam ab Alppach, subſe quitur. Post Ober Eßlingen cum templo horae abest semissim, ab urbe Eßlinga autem Eßlinga quadrante iter verò à Balneo Eßlingam est horarum sex. Ab urbs. Eßlinga duarum horarum itinere, ad finiſtam est Stuccardia, nec ea conspicua. Ultra Hattenhouen ad horam cum semisse est Crapſenreutten pagus parvus: inde Burthenbron parvus quoque, ab Hattenhouen horam cum semisse: à balneo duas diſtitus: mox ad horae quadrante exiguis occurrit pagus, Diegeltzberg: post in monte pagus laxus cum templo, Hohengern, tribus à balneo horis: binc Palmarsweyler pagus templo donatus tribus à fonte medicato

Revvestat.
Fōs acidus.

Schlier-
bach.

Blochingē:

Adelberg - horis abest. Adelberg Abbatia ciȝ adiacens pagus Hundsholtz tribus à bal-
 Abbatia: nes abet horis: Aschenbeyern euteni pagus magnus templo decoratus, duabus
 Rechenber- cum semisse à fonte medicato Bollenfi: atȝ ab eodem tribus arx Rechenber-
 gerhauen in monte, oppidum qȝ ad monte ultra Göppingam. Supra Göppingā
 gerhauen atx. verò horā cum semisse abest ad sinistrā Hohenstauffen pagus magnus cum tē-
 Hohenstauf- plō. In monte est Stauffeneck arx collapsa. Inȝ alio monte præcelso arx con-
 fen arx. spicitur Ramsperg. Mox Hohenrechberg pagus Baronum, medij diei itiz
 Stauffen- spicitur Ramsperrg. Mox Hohenrechberg pagus Baronum, medij diei itiz
 eck arx. Gemind vrbs . ne. e à Göppinga. Gemind vrbs Imperij, minus conspicua tribus à Boll miliaribus
 seu horarum sex itinere disparata Medicum habet & Pharmacopœum. Redes
 Sehninge. untibus à fonte & balneo ad pagum Boll, est ad sinistram non longè à Boll pa-
 gus Sehningen, in quo dominus egregia, hospitia duo, fons aquæ salietis & pu-
 tei. Ibi quoqȝ multos videas lapides sc̄ibiles limacibus varijs picturatos. Eò loci
 etiū copioso prouenit hepatica sive lichen petreus. Proximè supra Boll, itinere
 Podinæ m. Göppingensi, habet ill. E. C. qui metallæ fodiant, iamqȝ excunte Augusto ad 33.
 taliorum. orgiis in altum progreſſi reperiunt lapides fibiles, pyritas varios, & cochlitas.
 Durnaw. Paulò pōst ad dextram montes versus videre est pagum Durnaw, cum castello
 Nobilis viri, Volffgangi Nicolai à Zillor: cuius pagi horologium in Boll ex-
 a. utur: ad sinistram vero, Batzgeri pagus magnus, templo ornatus, horam
 Heyningen dimidiā à Boll abest. Pīst etiam ad dextram, tantundem abest Heyningen
 pagus magnus, cum templo. ad dextrā quoqȝ est Hamelhausen pagus, tēplo
 insignis, horā vnam à Boll distitus. Longiusqȝ ad dextram Elchenbach pagus
 magnus, & is quoqȝ tēplo donatus, horā vnam à Boll & Durnaw. Iā ad signis
 Vhingen. strām, propter viam regiā est pagus Vhingen insignis magnitudinis, cū tēplo,
 Fōs acidus. vbi & teloniū. Hinc Yebinhausen, pagus magnus, fonte acido & balneo splē-
 dido celebris, horā vna à Boll remotus. Ad sinistrā item Liengbron fonte has-
 bet acidū, balneum & hospitiū. Sequuntur inde ad sinistrā, Fulseck castellū in
 colle: Fawendaw pagus cū moletrina ad fluviiū Fūls. Propterqȝ eundē bunc
 Goppingen. fiumium ad sinistrā fons acidus Göppingen, & balneorū & pandochiorum
 vrbs. splendore nominatisimus. Proximè autē cū fluviiū Fūls ipsa sita est Göppinga,
 minimè tamen conspicua ex locis Boll vicinus, vtraq; verò à Boll horā vnam cū
 semisse abest. At Göppingam versus horae semissim progreſſis occurrit pagus,
 Ioh. Schles. Voltzni templo donatus, cui in sacris præest M. Ioh. Schles, vir doctus, & poëta
 Germanicus insignis, expromptæ felicitatis, qui & historiæ banc meā de fonte
 medicato Bollenfi carmine prosecutus est. Atq; hic quidem pagus minimè est
 conspicuus sed proximi Eysling & klein Eisling. Göppingæ ad dextram ap-
 proximat Dondesdorff, nobilium castellū & pagus magnus, à Boll quatuor,
 vt aiunt, horas remotus. Inde est Scharpfberg monti præcelso arx impoſita.
 Oelob. 15. iniuſimus fontem, quem Reechberg appellant, ego & Vdalricus
 Gantz in quo itinere sequentia loca nobis vel adita, vel visa. Primum quidem
 Stelen in prato haud irriguo seu ſiccō (quod genus Vvasen Germani vocāt)
 hinc acclivi via Brand dicto ascenso, ſylvam & montēm Horn transiimus:

ad dextram autem reliet sylua Kaliban, Steingrub venimus, unde effossus lapis fabulosus bonitatis laudatæ, quo vñi sunt ad Admirabilis balnei substruções. Inde superato monte in planitem (auff Buch vocant) venimus, ex qua demonstratus mibi mons & pagus Richenbach, vbi illi. E. C. argenti fodinae Richenbach. trium horarum à Boll itinere disstare, quod cōtendenti per Hatlenhouen & Roswelden pagos erat transcundum: demonstratum quoq; stagnū cum pago Sparwisen: per quam etiā planitiē iuimus, eius solū multis locis inuersum erat, quod ab apriis dicebant factum, Carlinam querētibus. Hinc paulum progreſſi ad fontem Rehenbrun descendimus, ad potum in colis celebratum, quem ad balneum Rehenbrū. Admirabilis fōtis facile deriuari posse affirmabat: quod quidē fieri posse nō diffiteor, sed non sine sumptibus, & quidem, ut mihi videtur, non necessarijs: quan- doquidem & ipsius fontis Admirabilis aqua potu salubris est, & in vicinia non deunt tum fontes tum putci laudati, aliosq; ipsi afferunt dari, qui cūm à fonte Admirabili propius absint, facilius, si opus sit, etiam deriuari possint. Porro autē fontem hunc ex montis supercilio exortum, & per iugum quoq; ipsum excuren- tem, aestus solis securum venā percnni neutiquam aescere perhibent: cuius alacrum rupes constituit ex lapide arenoso qualia ad adiūm strūcturas vñi sunt: propter hunc fontē est videre terram duriusculam, nigrā forē, quā Schwartz lebern kīs vocant, cuiusmodi etiā circa Boll pago & fonti Admirabili finitima loca inuenitur. Sub fonte est sylua Espenhew & riūus: pōst sylua Nerle, per Nerle sylua: quam transitus euntibus Grubingen. A fonte volentibus in Boll venire, iterum per semitā ascendendādum fuit eundem, per quam paulum descenderamus: unde nonnihil progreſſi in aduersum collera tendimus, unde fortè fonti origo prima in montis supercilio & planitiei inde excurrentis parte, quo loco aqua conſpiciebatur, & in ea junci & ranunculus adhuc florens. Proxima est fossa, ex qua figulus Grubingenſis argillam effudit luteam, pingueam. Ab hac scrobe iter capessimus declive leniter & iucūdum, per syluam im Horn, de qua suprà pulsibus arboribus ymbrosam: fraxino lanceis materiam suppeditatura, vimo iurs recta, ceraso fructu rubro & nigro &c. Hinc ad dextram reliquimus syluam Vvaldkumle & Kalckofen & Burckhaldert, olim Hohenlandselhrn Hohenlandselhrn vocatum: in media sylua montii impostum castellum eorum, qui templum Bolzehrn axi- lensē fundarūt, cuius sola supereſſe perhibent rudera, & rara quedam ibi inter- dum inueniri. Sequitur ad dextram quoque sylua Heydenhawen, & alia Stuckenhauwen. Demum Holtzwasser traiecto Bollam appulimus vnius vix horae itinere descendendo à fonte Rechenbron. Ultra Boll est & locus auff der Heyd dictus ad dextram euntibus Durnaw.

De commodis, quæ in nouo mirabili fonte
balneantibus vicinæ vrbes & loca submi-
nistrare poterunt.

C A P. III.

Göppinga. **N**ON parum certè fonti & balneo Bollensi accedit ex vrbiuum, quas mul-
tas habet vicinas, celebritate, propinquitateq;. Inter quas Göppinga dos-
tos alit Medicos, quos ægri vel ante balneum, vel si quid inter lauana-
dum sinistri accidat, consulere possint. In ea medicir qm facit auctiunt infirmes Me-
dicis. D. D. Oswaldus Gabelbauer, studiorum meorum socius, nunc Illust. E. C.
Medicis aulicus: D. D. Daniel Möglinus, nunc Professor Tubingensis, Göpp-
pinge 1581. mibi visus cū quo amicitia renouata Tubingæ hoc anno. Iäverò D. D.
Adamus Junius, & D. D. lob. Ochslin, vir sane owni laude dignus ob doctrinam,
medicinae peritiam & in ea facienda felicitatem, sine fuso & iactantia mode-
stiam humanitatemq;. Habet & ea vrbs Pharmacopæos duos, Medicis in præ-
parandis pharmacis qui subseruant. Amplitudo ea, vt multa tum ad victum,
tum ad elia necessaria abunde suppeditare possit: quo accedit & propinquitas,
siquidem sesquiboræ, suminim horarum duarum, ab est itinere, via iucunda, fas-
Fos acidus
Göpping. cili: arce Illust. E. C. magnifica, horto varijs stirpibus exculto, fonte acido subur-
bano potu vtili, & balneo nobili donata: circa quæ reperiri audio lapide scissilem,
& belemnitem frequentem. Est inter Göppingam & Yebenhausen fons acidus
laudatus Lingenbron. In Yebenhausen celebri balneo est fons optimus, de quo
feliciter multas septimanas, ab Augusti putâ 23. ad Octobris 21. ibi. Octob. 22.
Fos acidus
**Yebenhau-
fentis eius.** acidula Yebenhausanæ in patella orichalcea decoctæ spumam albam edebant:
quod autem lateribus adhærens & fundo subfederat, album, leue, in spidum: co-
que examē. lamini addita gallarum decoctione in patella orichalcea & scutella terrea, nulla
inde secura nigredo: in ferre vero, color factus niger, nigerrimus tantillo vitrioli
iniecto, in quocumque tandem vase, in quo effet decoctum gallarum, idq; subitò.
In arena distillatæ liquor stillatitius non ingratus. Sed præter hanc, & aliæ
vrbes non admodum diffitæ necessaria multa subministraverint, vt Kirchen,
arce Illust. E. C. splendida, quam duarum circiter horarum iter duntaxat semo-
uet. In ea mibi notus egregius & eruditus Medicus Georgius Rentzius, qui in
celeberrimis Germaniae & Italiae Academijs artem summa diligentia edoctus,
tandem dignum studiorum suorum præmium in celebri Academia Tubingensi,
Apollinea laurea decoratus recepit, magnaq; iam & dexteritate & felicitate me-
dicinam facit. Quo etiam Illust. E. C. ex Calb, Iohan. Lutz euocavit, pharmace-
piae peritiae, fiduci, & sobrietatis nomine commendatissimum, cui pharmacopæa

Kirchen
vrbis.

lium lautè instruetum, oleis, extractis, alijsq; rariis magna industria & religione
præparatis exornatum. Sunt & alij duo Medici, sed mibi non bene noti. Ultra Kirz
chen horam progreßis est Nürtinga vrbs, vbi arx & Ducis vidue sedes. Vvilla Nürtinga
vrbs, vbi vineæ proximè, se quiboram à Boll abest. Vracum indidem quinque
horarum itinere, vbi antiqua Principum & Ducum domus, & in summo mōte Vracum arx
arx munitissima Hoch vrach in quo fui hoc anno ex singulari permisiōne
Illust. E. C. Eo in loco & vicinis salutarium plantarum est prouentus. Pisces bos
nos & magnos suppeditat fluvius Ernft inter quos & trōtam seu trutam, vt
nominat Hadr. Iunius. Vrati est doctus & felix Medicus ac insignis poëta D.
Doct. Laurentius Homemus, cum quo contigit amicitiam contrahere gratissi
mam anno 1596. Aug. 6. cùm eò ab Illust. Principe vocarer. Schorndorffum Schorndorf
vrbs & arx.
vrbs cum arce munitissima sex circiter horarum itinere distat; vbi mibi inno
tuerunt egregius Medicus D. Philippus Brauch, & Pharmacopæus Leoben
das Hagelock, cuius hortum pulchris plantis excultum vidi. Eslunga vrbs sex Eslunga
circiter horarum itinere distat, vbi antiquus & summus amicus Dn. Scbastia
nus Volmarius celebris & doctus Pharmacopæus, excellantis & magni nominis
Pharmacopæi stirpiumq; peritissimi Dn. Iohan. Volmarj filius in cuius horto,
anno 1560. varas vidi plantas, sicuti aliquoties in Dn. Sebasticani F. cui gener do
ctus vir D. Martinus Solfeisch artis Peoniæ consultissimus, Medicus Eslin
genfis. Non omittenda hic Rœtlinga quatuor horarum itinere dis̄ita, in qua ce
lebrari audio D. D. Alexandrum Camerarium habet & Pharmacopæum. Tu^r Tubinga.
binga doctissimis in omni facultate Professoribus celeberrima, non longius,
quam octo horarum itinere dis̄ita, præclaros habet Medicos D. D. Hamberge
rum, Mæglinum, Philippum Grauer, & Pappium: nec deest Pharmacopæus.
Stuccardia populoſa & magna, Ducatus Virtembergici metropolis, Principum Stuccardia.
noſtrorum & Ducum sedes, vnius diei itinere non distat, vbi socij mei, mecum q;
Ill. Ducis Virtembergici, Medici aulici, D. D. Paulus Constantinus Phrygio,
Oswaldus Gabelhouerus, & Christopherus Schwartz; quò & alij commendant
ſubinde aut etiam commorantur Medici docti, in quibus est Gilbertus Vay.
Pharmacopæi plures: diligens est Casparus Gebbardus Marchius aulicus in
medicamentorum præparatione mistioneq;. Hie mibi non ſilendus hortus Ill.
Ducis ſplendidissimus, cultissimus, multiis plantis peregrinis vernaculisq; referr
tiſsimus. Vvisenſteig, Illust. Comitis Rudolphi ab Helfſtein vrbs duas dunta
xat horas distat, itinere ſatis commodo acclivi ad collem ſyluosum prope Boll, vrbs & arx.
inde autem per conuallem amoenis conclusam montibus quibus gratiam addunt
prata & agri ſyluis quoque obſiti in Gruibingen vſque pagum ſatis magnum Gruibinge.
Illust. E. C. & Comites, quò duo perueniunt riuuli, qui in fluvium Filtz ſe ex
onerant: Sequitur deinde alius pagus Comitis, cui Milhause nomen: pauloq; Milhause.
pōſt templum Totzburg, colli, qui monti obiacet, impoſitum: mox Vvisenſteig
inter montes, vbi pandochia varia, bona: vbi cùm Septemb. 13. eſſem, magnus ſpes
ſtabatur hominum ex longinquis locis ob nundinas concurſus. Eò venum equo

rum armenta, pecudumq; greges numerosi adducuntur. Splendidas hic habet Comites eedes, qui hoc anno hortum quoque magnum, & amanissimum instruxit quem medium inter luit Filtz fluuius, trutis diues, in quo fons aquæ salientis & piscina magna. In eo & admirabilis fons tribus in locis aquam in altum ejaculatus, piscinam paruan efficit, inq; maioris scaturiginis medio patet foramen, per quod magnæ trutæ susq; deß feruntur, iuxtaq; est ex aqua effluente alia efformata piscina, in qua trutæ magna hepatis, que ter dantur in septis maria, abuntur. Aquæ frigiditas insignis, quam carpiones non diu ferant. Sunt praे urbem quoque est piscina magna ex fluvio Filtz deducta, in qua genus anatum sylvestrium Uxjensteigenibus potus vinum plurimum generum, & in his Alsatium, quod Ulma mittit: nec immixtum Ulmanum urbem amplissimam ad Danubium inter vicinas urbes numerem, (siquidem uno die iter sat is facile expediti potest) in qua non desunt magni Medici, & in his Leonhardi Fuckfij Medicici celeberrimi, filij, quorum unus nibi in studijs apud parentem fuit socius. Sed nec sui huic urbi desunt Pharmocopæi.

Ulma.

De viribus mineralium & metallorum, per quæ transit aqua medicata fontis Mirabilis Bollensis, olim dicti Zitteren.

Et primū.

De facultatibus bituminis, & Gagatæ lapidis, siue Succini nigri.

C A P. V.

Bituminis
examen.Succinum
nigrum.

Absolute fontis balneiq; Bollensis descriptione, quantum sit loci oportunitas ob vicinas urbes, pagos, acidos fontes, flumina, atq; multa necessaria, in statuti nostri ratio postulat, ut inuestigemus vires aquarum fontis Admirabilis, quas duabus Medicis artis erubibus, Ratione & Experientia innixi, perquiremus. Et quidem Rationis firmamenta venabimur ex mixture examine, mixtorumq; mineralium & metallorum viribus. Experientiae vero fidem facient historiæ subiungendæ, effectuum indices. Quæ vbi expedierimus, verum harum aquarum usum libro secundo ob oculos ponemus. Aquæ similes hic vires tradere non est necesse: eorum autem vires per quæ transit accquirere, nulli dubium esse puto. Ordianur igitur à mineralibus & primò à bitumine, cuius admirabilis aqua, manifesta habet vestigia. De quo quidem, vt & succino nigro, ea hoc loco lubet annotare quæ nobis obseruata sunt, antequam vires pertractemus. Ostob. 20. impositum bitumen in cochlear fera reum subiectis pruni minimè liquefactum est, sed excandescens duntaxat fumo & fuligine copiosa eructata sublutea, odore graui, qualis esse solet bituminis, paulatim consumptum in cineres paucos luteolos redactum est, neque in operculo, quo tegebatur, quicquam reliquit sulphuris. Ostob. 22. coctum in aqua bitumen, neque mutatum ipsum est, neque odore saporem aquam admotum imbuīt. Huic congener, & penè idem, Succinum nigrum, durum, nec u-

frangible: quo^l ex vicinis serobibus (vnde lapis fissilis eruitur) igni luculento in-
iectum, inflammam magnam odore bituminis aut trifolijs asphaltij exarst, sic
vt inter vreundum partes quædam ignis vi coagulatæ cohærent, tandem in cis-
neres abijt, qui nonnihil sali mihi habere videntur. Meminit Leuinus Lemnius
de occult. nat. mirac. bituminis, quod aliquid huic affine habet: Terra, inquit,
argillacea, lenta, tenax, glutinosa, que contrectata manibus adhærescit: Cley
nostrî vocant, Brabantia Leein: hanc sequitur bituminosa quædam concre-
tio Darri vocata, ex qua glebas eruunt indigenæ nigras ac pinguedine imbutas,
que accensæ vt aridi cespites, vehementissimos calores excitant, atq; in cineres
redactæ, saloꝝ perfusæ materiam ac fomentum olim nostratibus præbuerunt
conficiendo sali: Hæc ille. Bitumini sibiungo succinum nigrum seu gagaten
(qui Italî ambra nera, Germani Schwartzer agstein) seu bituminis specie:
idem enim mihi utrumq; quam opinionem non excutiet Matthioli cōtra Fuc-
fum censura, maximè cum censura sue rationem nullam adferat. Reinerus So-
linander de caufa caloris fontium cap. 10. Bitumen, ait, quæq; eius naturam re-
serunt, in triplici sunt differentia: aut enim liquidum est vt oleum: aut crassum
& quasi limi speciem referens, aut durum & solidum &c. Durum autem bitu-
men concrescit vel extra vel intra terram aut extraictum ex aqua, & asphalti
nomine apud Pharmacopœos venit &c. Iac. Dalechampius Lugdunensis Me-
dicus doct̄s. mihi retulit sibi visum Succinum siue Arabum ambram gagatæ cō-
natum in Gallia Narbonensi effossum &c. Asphalt, succino & ambræ Arabiæ.
bitumini cognata videtur camphora. Admirandam vim, quām Aēt. lib. 2. cap. 24.
gagatæ bituminoso lapidi adscribit, eadem ego in co genere remedij in cam-
phora experimento cognoui: Si aquæ cyathis, in qua camphora, quāta nux auel-
lana est, accessa cōflagrari, exhibeat qui cardiaco simili symptomate & ma-
xime fæminis quæ uteri suffocatione laborant, statim liberari mihi constat &c.
Bitumen in terræ venis minùs durum, quod non potest poliri, alijs terræ adscri-
bunt, alijs lapidibus: rei rusticæ scriptoribus ampelitis terra dicitur, quid olim
vñi esset necandis & abigendis bruchis, qui teneras vitium gemmas infestant:
Theophrastus carbones terreos videtur nūcupasse, Germ. Steinkolé: eius vñs
frequens in Germania & Lugduni. Huius genus quoddam est mollius & fria-
bile, vt potius ad naturam terræ accedat, quale id quod in superiore Germania
effoditur: aliud durius, quod Galenus recte lapidem appellat: quod durū adeo est,
vt sculpi & poliri posit, varia sortitur nomina apud Auttores, id q; omnes inter
lapides referunt, nec non geminis adscribunt quædam ipsorum species: Huius
generis est Gangites lapis apud Strabonē, quem cæteri Gagaten (ni fallor) vocat:
Thracius Nicandro: Samothracia gemma Plinio & Obsidianus lapis: Hispas-
nis Ambra &c. Cum in balneis Lucensibus Hetruriæ medicinam jacerem,
Gagaten inueni deuolutum ex vicinis montibus, quem ostendi prudenti viro
Gerardo Vallutello, qui summum magistratum Reipub. Lucensem nomine ge-

- rebat, qui inuestigare cepit huius lapidis metallum, inuenit natuum ipsius
 solum diuersis in locis iam fundendo ferro quidam, & alij coquendis cibis lignos
 Pilignum. rum vice ad nutritendum ignem sunt vsi: vocant ibidem Pilignum, quia accen-
 sus picem redolere videtur: quod quidem commune est omnibus his, que ex bis
 tumine suam originem ducunt &c. Que diximus haec enim omnia bituminata
 aut bitumen sunt, easdemque proportione maioris & minoris habita, facultatem
 possident, & quemadmodum ipsum bitumen facilè inflammatur &c. Plura
 qui velit, legat ipsam Reinerum Solinaudrum: qui etiam Cap. 19. addit: in agro
 Ampelitis Treuiriensi apud Vestphalos, vbi ampelitis terra copiosè eruitur, in modulo per
 terra. funem ad aliquot orgyias in terram descendit, & reperiri copiosissimā aquam oz-
 dore, sapore, colore bituminis, attamen frigidam. Si aquæ calent in eo loco, qui
 eas effundit, aut ipsi vicino, sulphur esse vel bitumen aut aliquam ipsius speciem
 Bituminis est necessarium. Tempestuum iam est ut ad bitumina vires deueniamus:
 vires. Ex Hippocr. Diocoride. Hipp. lib. 2. de morb. mulieb. vtitur ad dolores veterorum suffitu ex bitumine. Fuz-
 sis autem à Diocor. lib. 1. cap. 85, explicantur: Bitumen, inquit, discutit, glutin-
 at, emollit, ab inflammatione tuetur, vuluarum procidentias, strangulationes,
 que olfactu, suffitu, impositu, emendat: comitiales morbos suffitum deprehendit,
 Gagatae lapidis more: purgationes mulierum cum vino & castorio potum elicit:
 tußim veterem & anhelitum adiuuat: serpentum morbis, coxendicum late-
 rumque doloribus auxiliatur: datur celiacis in catapatio deuorandum: cum aceto
 potum discutit sanguinem concretum: dysentericis cum ptisana liquatum, in-
 funditur: distillationibus suffitione medetur: mitigat dentium dolores oblitum.
 Cæterum pilos in commodos siccum replicat specilio impositum: concalfactum
 autem & cum farina hordeacea, nitro, & cera illitum, podagræ articulorum dos-
 loribus, lethargicisque prodest. Pissaphaltus, eadem, que pix & bitumen, si mis-
 ceantur, potest: Galenus lib. 10. simpl. Bituminis, inquit, vis est tum ressecato-
 ria, tum excalfactoria in secundo ordine: meritò itaque eo vtuntur & ad glutin-
 nations vulnerum cruentorum, & ad alia omnia que exsiccari debent cum mo-
 dica excalfactione. Plinius lib. 35. cap. 15. Et bituminis, ait, vicina est natura,
 (sulphuri) alibi limus, alibi terra: limus à lude & lacu emergens: terra in Syria,
 circa Sidonem oppidum maritimum: spissantur hæc utraque, & in densitatem
 coēunt. Est verò liquidum bitumen, sicuti hyacintium (Zazintium fortasse)
 & quod à Babylonie inuenitur: ibi & candidum gignitur: siquidem est & Apol-
 loniatum, que omnia Græci pissaphalon appellant, ex argumento pictis & bis-
 tuminis. Gignitur & pingue, liquorisque olacei, in Sicilia argentino fonte, infi-
 ciens riuum: incola id barundinum paniculis colligunt, citissime sic adhærescēs.
 Utuntur & ad lucernarum lumina, olei vice: item ad scabiem iumentorum. Sunt
 qui & naphthan, de qua in secundo diximus volumine, bituminis generi ad-
 scribant: verum ardens eius vis ignium naturæ cognata procul ab omni
 vsu. Bituminis probatio, ut quam maximè splendeat, sitque ponderosum ac graue,
 leue autem modice cum adulteratur pice. Vis bituminis, que sulphuris: ficit,
 discutit,

discutit, attrahit, glutinat: serpentes nido re fugat accensum: ad suffusiones oculorum & albagines Babylonicum efficax traditur: item a lepros, lichenas, pruritus & corporum illinitur & podagris. Omnia autem eris genera in sommos dos oculorum pilos replicant: dentium doloribus medentur, similiter cum nitro illitas: tassim veterem & anhelationes cum vino potum emendat: digesteri, si evana datur eodem modo, fistig, alum. Cum acetum verò potum discutit cōcretum sanguinem, & detrahit mīrigat lumborum dolores, item articulorum: cum farina hordeacea impositum, emplastrum peculiarē facit sui nominis: sanguinem fistig, vulnera colligat, glutinat neruos. Vruntur etiam ad quartanas bituminis drachma & hedyosmi pari pondere, cum myrra & obolo subalbi: comitiales morbos v̄stum deprehendit: vulvarum strangulationes ofactum discutit, cum vino & castorio: procidentiam sedis suffitu reprimit: purgationes fēminarum in vino potum elicit. In reliquo v̄su eramentis illinitur, seruatq; ea contra ignes. Diximus & tingi solidas ex eo statuas, & illini. Calcis quoque v̄sum præbuit, ita ferruminatus Babylonis muris. Placet in ferrarijs fabrorum officiis tingēdo ferro, clavorumq; capitibus, & multis alijs v̄sibus. Item lib. 36. cap. 19. Gagates ^{Gagates vi-}
^{res ex Plin.} lapis nomē loci & annis habet Gagis Lyciae. Aliunt & in Leuothaea expelli mari, atque infra 12. stadia colligi. Niger est, planus, puncticus, non multum à ligno differens, leuis, fragilis, odore, si teratur, grauis. Fictilia ex eo inscripta non desentur. Cum vritur, odorem sulphureum reddit: mirumq;, accenditur aqua, oleo restinguitur: fugat serpentes, recreatq; vulvae strangulationes: deprehendit fonticū morbum & virginitatem suffitius: item ex vino decoctus, dentibus mesetur, strumisq; cerā permixtus. Marbodæus in Daetlyotbecæ Cap. 28. Marbodæus

Nascitur in Lycia la pis & prope gemma Gagates,
Sed genus eximium secunda Britannia mitit.
Lucidus & niger est, leuis & levissimus idem,
Vicinas paleas trahit attritu calefactus,
Ardet aqua lotus, restinguitur vncetus olivo,
Prodest gestatus tumidis intercute lympha,
Et dilutus aqua dentes firmat labefactos.
Per suffamiguum mulieri menstrua reddit,
Acensus prodit fami nidore caducos,
Effugat immites simili ratione chelydros,
Eversos ventres iuuat & præcordia tensa.
Inde & demonibus contrarius esse putatur.
Vincit præstigias & carmina dira resoluti,
Et solet, vt perhibent, deprendere virginitatem.
Prægnans poterat aquam, triduo qua mersus habetur,
Quo vex abatur partum, citè libera fundit.

Lubet hic aquarum bituminosarum vires subjace ex lac. Theodori Tabernæ tuminolæ-
montani Thesauro aquario Germanico, Cap. 40. part 2. Aqua quæ non solūm tum vires
ex Taberna.

spiritales subtilitates a liniis habet, sed etiam substantiam ipsam corpoream. desz Erdbecksz Erdtwachs, oder Schwefelkreide, id est, bituminis vim habet calefaciendi, exsiccati, emollienti, abstergenti, discutiendi, glutinandi: morbis internis omnibus a frigore ortis confert potu & ba neo: hepar, splenē obstructione liberat: calculos renum & preteribus hærentes pellit: dorſi & lumborum dolores sedat: colicam & iliacum passionem curat: verum refrigeratum calfacit viscidisque humoribus farctum & contortum emendat: ut ilis aduersus sterilitatem: matricem tumore afflictam restituit: confert apostematis bus vesica: ventriculam frigidam calefacit. Erigadam hydropem exsiccat: omnia interna membra & viscera calefacit, alium astrictam lubricat. Extero vſu, confert resolutis & contractis: neruos emollit & tendines retrahit: os breuiores, edditos: tumores duros & tubercula resoluit. Dolores vagos & humorum frigidorum discursus per artus, tollit: das schmertzlich lauffen vnd reissen in glidern vnd das kalte gesucht. Aqua bituminosa pota, aut balneo usurpat sanguinem concretum retentum, ab iectu, saltu, casu, dissipavit & euacuat. Balneum vibicum liuidas strias, tumoresque a flagris, casu, verberibus ortos dissipat: artuum tremorem, podagram, chiragram, artritidem a causa frigida, tollit: imprimis autem est scopo articulorumque intolerabiles cruentatus, quibus a lue & enerea est origo, percurat: iuncturarum tumores discutit a quacunq; tandem causa profectos pernicienes sanat, & hyberno frigore stupentes debilitatasque partes restituit in integrum: vulnera curat: omnibus frigidis neruorum morbis subuenit: scabie, papulis omne genus nec non in ueteratis, sordidis fluxionibusque obnoxij ulceribus medetur. Porro autem aqua bituminosa interdum secum de lucit visible bitumen, qualis extrinsecus, quam intrinsecus vilior: que autem bituminis spiritu tantum est imbuta intrò rectius fumitur. Multas autem aquas bituminosas habemus in Germania.

Succinum
nigrum.

Idem Cap. 42 succinum nigrum (Berg campfser) species est bituminis (Bergwachs) aut Succini (Bornsteins) impurius minusque delicatum quam succinum, tenuiorum tamen partium & efficacius quam bitumen, ita ut nee verum sit succinum nec verum bitumen, sed inter utrumque ambigens medium teneat, sicuti & mixtum habet succini bituminisque odorem, non secus ac pissas phaltos, cui etiam anteps temperamentum inter bitumen et picem: praesertim autem notandum hoc esse discriminis inter bitumen durius (Erdtpech) & liquidum (Erdwachs) quod licet eiusdem sint naturae & generis, bitumen tamen durius (Erdtpech) impurius sit & odore minus grato, quam liquidum (Erdtwachs:) contrà hoc illo purius, odore gratius, efficacius. Quoniam autem bituminis tum durioris (Erdtpech) tum liquidi (Erdtwachs) promiscua serè est usurpatio: ideo aquam bituminosam hoc libro indifferenter eam omnium appellauit, que utrolibet sit imbuta. Quae ergo aqua subtilitatem spiritus ritualium aut corporæ etiam substantia succini nigri (Bergkampfers) particeps est, vim habet calefaciendi, secandi, dissoluendi, emollienti, renouandi,

Vires aqua-
rum infec-
tarum succi-
no nigra ex
Taberna.

Intò assumpta fortisue adhibita siccitat, calefacit, omniq[ue] membra tam interna quam externa reficit, tumores duros & tuberculata dissoluit, induratos & contractos neruos tendineisque emollit, vagos brachicium, crurum dolores mitigat: contractos restituit: omnes frigidas fluxiones discutit exsiccataque: refrigerato thoraci & pulmonibus confort: obstructionesque eorum aperit: dyspnæicos & asthmaticos iuuat: thoracem & pulmones ab omnibus viscida piluina, dyspnæa caussa, repurgat: & demata crurum qualiacunque exsiccat consumitque, nec non hydropem alijsque superfluos humores. Soluit obstrukções hepatis, lienis, renum, vreterum: vrinam arenas, calculos pelvit: dorsi & lumborum dolorem tollit: sanguinem concretum dissoluit: purgat & corroborat caput & cerebrum refrigeratum: catarbum exsiccat: obizragricis & podagricis vtilis: iuncturas & artus mirabiliter roboret: aduersus omne genus sanguinis prefluij idonea: sanat achores, (Grindt) serpiginem, (Haarwurm) maculas, fistulas, membrorum tremores, tum potu, tum balneo, modò debite usurpetur. Montagnana de Balneis Petauinis Cap. 5. Balnei. S. Bartholomæi aquæ tempore verno valde remisiæ calent: & estate & autumno valde calide, pingues, crasse, molles & tactu gratae, constant potissimum sulphure, vt animaduertere potui: distillatio etiam demonstravit habere multam bituminis sive asphalti. Facultates aquarum bruis balnei sunt mediocreiter calefacentes & insigniter emollientes omnes durities in quacunque corporis parte fuerint: neruos diu induratos & immobiles insigniter extensiles reddit. Ego in balneum olim prescripsi: Cardinali, cui contracti erant omnino pes des, genua & bracia: quem vidi in ijs aquis, & tetigistantem rectum & artus extendentem, quasi esset adolescens: extra aquas tamen illæ vires non diu durabant. Vidi Nobilem quandam è deductum insigniter conualuisse. Fallop. de thermarum aquis & metallis, pag 260. aquæ illæ quæ transirent per venam bituminis siccæ possunt in potu exhiberi. Nam & antiquitus exhibebantur euacuandorum corporum gratia, vt refert Galenus ex Archigene, & confirmat Paulus & Vitruvius. Si quis patet cum Matthiolo nos destituti bitumine, Bitumè etiā nisi ex Palestina habeamus, & quod vocamus bitumen, esse lapidem Gagatcm, hodie nota per me licet. Nicolaus etiam Portomannus Professor Monspessulensis, lib. 1. de Thermis Belilucanis cap. 8. vbi dixit, in Belilucanis thermis caloris pabulum non ex Palestina sed ex Hispania importatum. Non ex Hispania sed ex Gallia. Potissimum bituminis in venis, & extra contento tribendum, subdit: extra venas solidiores, Gagaten, amplexitem, fossilē referentes lapides eruti, quibus etiā succinum quid simile s̄epe ad natū reperitur & ipsum bituminos genus geminū existet. Gagates quoq[ue] lapis sive succinū nigrum & cīl & reperitur in buteo fōtis Bollenis Admirabilis, vt dictū, & locis vicinis, vbi bitumen quoq[ue]. Ceterum lapidi Gagatae vires easdem ferè quas bituminis esse, subiecta hic Dioscoridis verba ex libro 5. cap. 105. facile euincunt: in Gagatarum genere præferendus qui celeriter acceditur, & odorem bituminis reddit. Niger est pleriq[ue] ex Diag. & squalidus, crustosus, per quam leuis, Vis ei molliendi, & discutiendi. scorid.

Caleno.

Deprehendit santicum morbum suffitus: recreatque vuluæ strangulationes: fuscat serpentes nidore. Podagricis medicaminibus & acopis additur. Gal.lib.9, de simpl.med. facult. Est & alius lapis, colore atro qui vbi igni admotus fuerit, persimilē bitumini odorem exhibet, quem Diſcorides nonnullique alij in Lycia inueniri prodiderunt, ad fluuium nomine Gagam, unde ex ipſi lapidi nomen clas turam inditam dicunt. Ego tamen eum fluuium non vidi, tametsi parua nani cula totius Lycæ litora legerim, quod videlicet, quæ in ea sunt, inficerem: Crucifostos verò lapides nigros, & quæ in ignem additi exilem flamiam edcent, coplures Calofyria aſportare, natos in colle, mari mortuo, quod vocant, circundato, qua orientem ſpectat, vbi & bitumen est: eratque lapidum odor ſimilis bitumi ni, utabar que eis ad flatuosos tumores in genu diuturnos, & agrè curabiles, miſtis videlicet facultatibus, quæ ad hoc ſymptoma, probatae fuerant, planèq; viſum est mibi evidentiorē earum facultatem reddiſſe. Māſciū vero ipſum & barbaro quod vocant, & palam medicamentum effeſtum est excitantius adeò vt & ſinus contraheret, nedum cruenta vulnera glutinaret, ad quæ competere maximè creditur.

Aetio. Vim gagatæ admirādam eſſe AEtius teſtis eſt lib.ii. cap.22. quippe ſi signe in ſtammetur, meroq; reſtinguantur, exhibeaturq; id vinum cardiacis potandum, confeſtim leuantur represso ſudore, excitatoque arteriarum pulſu. Non nulli Gagaten ad pollinis tenuitatem terunt, ſeptemque continuis diebus colicis e vino propinan, drachmæ vnius pondere, & integrām reſtituant valetudinem: pocu lum interīm, quo laborantes bibunt, eiusdem vapore ſuffientes. Reinerius Solita nander lib.2. cap.6. de calore fontium: In Galliæ Aruernis prato quodam inter Claromontem veterum Gergobiam & Monferratum oppida vicina, fons copio ſeffimum profundiſſit bitumen nigrum, terebinthinae conſiſtentia. Accolæ loci conſueuerunt hoc bitumine arborum ſtolones & teneriores ramos illinere, atque ita eos tutos reddere, ne à capris, quæ mirum in modum auersantur hoc bitumene, carpantur. In agro Mutinensi Meiani & Seſſoli & propino Parma ſalſæ: item in radice Vejuu montis iuxta Herculanium, atque in his omnibus locis goſſipio vel pannis aquæ innatans colligitur ipſum bitumen. Haec ille. Bitumine Arue niace Lugduni, Geneuae, & Adonſpelgardi ſepiuſ feliciter uſus ſum ad excitandas hystericas. Non dubito bitumen & Gagaten Admirabilis fontis, vicinorims que locorum utile etiam futurum. Illud autem fatto periculo examinandum venit, an viſci, terebinthinae, & pulueris bituminis illitu tutæ reddi poſſint arbores à capraruim ceruorum q; morsu, quamquam non minus damni ab affiētu cornuum, quin morsu ceruino arboribus impendet. Eſt mibi bituminis genus Solinandro deſcriptum, (quod petroleum vocant) ex agro Mutinensi ante annos triginta quinque allatum.

Bitumen li quidum in Aruernis, eiusq; uſus.

De viribus lapidis scissilis, ac aquarum per lapidem scissilem
transuentium. C A P. VI.

Neque verò bitumine solum abundat fons Admirabilis Bollensis, sed & la-
pide scissili, partim duro, partim admodum molli, ut antè dictum: cuius
nobis vires erunt inuestigande. Hunc igitur, & quidem eum qui pictos
limaces serpentis ue exhibet, in urbem Kirchen delatum, catillo imposui, prius
tritum: exarst in flamman odore graui bituminoso, fumo denso remisso: nec
nisi post horas multas, lithantbracum in star, decanduit: vasis, in quo techo arde-
bat, operculo nihil sulphuris adhaerebat, nec etiam, cœ sulphur, ardenti flama-
mam ceruleus color tingebat. Idem prunis impositus, concepta flamma in crus-
tas disiliit: aquæ immersus odorem & saporem bituminosum imprimis, nibis
loq secus interim denuo igni impositus ardet: lapis, etiam crassisculus in tes-
nues se resoluit laminas. Nec non & fissilis ille Kirchenium vulgaris in ignem
iniectus flamمام luculentam fecit (de vitriolo rubro & oleo bituminoso ex eo
extraictio antè diximus). Porro vires aquarum per lapidem scissilem decurrentes
Iacobus Theod. Tabernæm. in Thesauro aquario Cap. 108. lib. 2. proponit:
aqua per lapidem scissilem delabens tumores tibiarum & pudendorum balneo
tollit, dolores per artus vagos profligat: humores vitiosos subcutaneos consumit:
scabiem, psoram, & pruritum omne genus persanat.

Vires aqua-
rum trans-
funtia per
lapidem
scissilem.

De viribus pyritæ, & aquarum per pyriten transuentium.

C A P. VII.

Pyrites, qui copiosè repertus inter fontis Admirabilis lapides scissiles, in pul-
uerem tritus, catillo iniectus, aurifaborum Octob. 20. in Kirchen, in
flamman exarst sanè quam luculentam, sulphuris modo ceruleam, odore
sulphureo graui. Idem in ignem coniectus, non secus flammanam concepit fumidam,
odore sulphuri graui, nares feriente. Aquæ iniectus, odore ei bituminoso con-
ciliato, in partes multas nigras solutus est. Puluis praedictus fictili techo igni
admotus, auctus est multum, & nigredinem acquisivit: nulla in operculo sul-
phuris vestigia. Idem horas multas in igne relitus, flammanam exhibuit sulphur
redolentem, naresq; vehementer ferientem: quem quidem cum nigredine odore,
etiam igni exemptus reseruavit. Pyritæ autem à Diosc. lib. 5. cap. 143. hætriz
buuntur vires. Tam crudi quam ruti vis est, excalcare, abstergere, offusam ocu-
lis caliginem expurgare, durities concoquere, & concoctus discutere. Resina ex-
ceptus excrescentias in carne cobibet, sed calorem quendam, & adstrictionem
parit.

Pyritæ vires
ex Diosc.

Mattiolius addit, lapidem, quem Græci Pyriten dicunt, officinae cum Mau-
ritianis Marchasitam vocant. Foditur hæc omnium metallorum ferè sodinis, ges-
nere & colore diuersa, plerunque tamen, (vt Plinius inquit lib. 36. cap. 19.) aureis

Matthioli:

scintillis, vel argenteis respersa. Sterilis haec magna ex parte, quod (ut Chymistæ ex istimant) ex impurissimo sulphure, alijs & incoctis partibus metallorum sit conflata. Veruntamen quandoq[ue] pyrites inueniunt, qui aurum, argentum, vel æs intra se continet. Nos pyrite habemus berylo, armenio, cæruleo, chaleban tho, misy, chalciti, minio, auripigmento, & alijs lapidibus adnatum adeò, ut cum fossilibus omnibus lapidem hunc cognitionem habere crediderim. Galenus lib. Galeno. 9 simp. med. Vnus eorum, qui validâ facultatem possident, est & pyrites, quem vocant, quo utimur digerenti emplastro admisto: adiicitur ei & Ichistos. Ab hoc medicamine & pus sapenumero, & consistentia grumosa in spacij interme lijs in muscularum nata, per halitum digesta sunt. Ceteram vbi in usum vocantur, lapides omnes admodum vehementer contusi, atq[ue] ad lauorem redacti sint opore tet, similiter atque ea, quæ in ophthalmicas facultates admiscentur. Baccius lib. 6 cap. 15. à pyrite & marmore ob duritatem, paucam impressionem recipere aquas scribit: ab illo tamen interdum acrimoniam & adstrictionem ut in Ilua insula: ab hoc frigiditatem duntaxat insignem.

Vites aquarum quæ pyritem ad mixtum habent. Iacobus Theod. Tab. in suo aquario thesauro copiosè tradit vires aquarium quæ pyrites admixtum habent cap. 93. Aqua inquit, quæ habet spirituales subtilitates pyrite, (Kiss oder fewersteins) admixtas, facultatem habet calfaciendi, constringendi, molliendi, coquendi, naturandi, & discutiendi, utilis potu, ablutione, balneo. Potu corroborat intellectum, memoriam, & cor, mundat sanguinem, aperit obstructiones hepatis, lienis, renum, vreterum. Fluxiones absunit, arthriditem artuum & dolores pertinaces alios curat & praecauet: Omnes superfluos humores in capite, ventriculo, vtero, consumit. Menses retentos evocat, nimium fluentes reprimit: mulieres frigidiores, steriles ad concipiendum aptas reddit: dolores sedat ventriculi, abdominis, vteri: ardorem virinæ, (Kaltseich) gonorrhœam percurat. Balneo quoque extrinsecus adhibita predictis morbis confert: nervos & tendines induratos emollit, parasyticis & contractis utilis: sanat omnem malignam scabiem, (Grind) elephantiasin incipientem & Musselsucht. Item cap. 94. aqua, quæ subtiles pyrites aquæ (Vvasserkiss) spiritus admistos habet, facultate prædicta est calfaciendi, siccandi, aperiendi, molliendi, purgandi, sanandi. Saluber eius usus tam interne, potu: quam externè, balneo & ablutione. Soluit potu obstructiones hepatis, licoris, renum, vesicæ: colores viriosos, itterum tollit: virinam mouet: renes & vesicam mundat: virinæ fillicidio, dysuria, onib[us] lumborum, renum, vesicæ morbis salutaris: aluum emollit, flatus dissipat, ad omnes frigidos & humidos affectus veit. Vterum pituita farctum, refrigeratumque calefacit: menses immodicos & fluorem muliebrem sistit. Extra potu, balneo contractos restituunt: induratos nervos tendinesque emollit: fracturis male curatis auxilio est. scirrhos, tophos mollit: sanat aethores, scabiem furfures, maculas, serpiginem, (Haarwurm) herpetes: omnes tumores ulceraque corrodentia, rheumatica, lups, cancri, fistulas, scorbutum, aphtas malignas, ani vterique abscessus fætis.

dos & rhagades expurgat. Item Cap. 95. Aqua pyritæ argentei (Silberkifs) subtili spiritu imbuta, vim habet aperiendi, constringendi, reprimendi, emolliendi, abstergendi, consolidandi, tam intrâ quam extrâ usurpata. Pota obstruções omnes soluit iecoris, spleenis, renum, vesicæ, vrinam ciet: arenulas & calculos pellit tum renum tum vesicæ: dolores colicos, iliacos compescit: haemorrhagiam locorum muliebrium & fluores & bos reprimit: similiter & dysenteriam, diarrhaeam, haemoptysin, haemorrhoidas nimium fluentes: dolores ex alii profluuo ortos proficit: omnem fluxum immoderatum redundantesque hunc mores consumit, aduersus hydroponem utilis: utri pituitam expurgat: abortum prohibet. Externè fotu, balneo fétidos, superuacuos, sudores compescit: confert podagræ, atkritis induratos neruos & tendines (Kramppfader) emollit: putrida vulnera exterget, glutinat: omnia vulnera, vlcera cacoëtbe, fistulas, lupos, cancros, aliisque serpentia vlcera & phagedænica curat. Aphtas malignas, stomachacen frequenti oris collutione persanat. Item Cap. 96. Aqua pyritæ auræ (Goldkifs) subtili imbuta spiritu, facultate prædicta est calfaciens di, adstringendi, emolliendi, concoquendi, maturandi, discutiendi, perinde vi cui pyrites aerosus est admittus.

De viribus aquarum, quæ per belemniten transciunt.

CAP. VIII.

Fodiendo Admirabilis aquæ puteum repertus cum pyrite & fluore albo, ut upræ dictum, belemnites. Octob. 20. in Kirchen in puluerem contritus album, in catillum subiectis prunis carentibus impositus, nec colore mutato, nec fumo emisso, crepitauit solum: at cum contunderetur, bituminosi non nihil redolebat. Idem integer in vasculum coniectus, paulatim cum crepitu consumptus est & in puluerem redactus, odore tantillum ad bitumen accende. Vires aquarum per Belemnites transciuntur. Aquis autem, quæ belemnites habent, vires sequentes adscripsit Iac. Theod. Tabern. libro suo de aquis Cap. 100. Aqua, quæ belemnites (des Alpschofs) spiritum habet admissum facultatem habet siccandi, consolidandi, glutinandi, vrinam mouet, obstruções aperit, renum, vesicæ, vreterum: frangit (si fas est credere) calculum renum & vesicæ, quem & eductum: omnia interna vlcera sanat. Extrâ vero vulnera qualia, unque curat.

C A P . I X .

Fontem Bollensem sale etiam non vacare, ex eo suspicetur quispiam, quod ita fuerit gratus etiam pecori, dein, quod sal bituminis sapientia iungatur, ut iudaico, & terrae bituminosae Zelandiae, teste Leuino Lemnio. Nos autem id quod supra indicauimus, tum in solatu, tum decoctione obseruauimus fontem medicatum Bollensem sale non destitui: propter quem tantum abest, ut deterior sit, aut si verè etiam aqua salsa adcesset, minus aptam medicinæ putemus, ut contraria potius efficacior em existimemus certoque nobis persuadearmis. Reperiuntur

Vites aquarum salsarum enim celebres fontes & thermæ salis & nitri participes. Fallop autem tractatu ex Fallop. de Thermis Cap. 9. ait in hunc sensum: Aqua que habet in se succus salis, si assumentur in potum, detergit roboretque validè ventriculum, & euacuat abundantiam humoris pituitos, discutit etiam, nec laedit aliquod viscus. Item cap. 11. Aqua que medicat & apta ad potum sunt præcipue nitroæ atque salæ: quia præterquam quod calefaciunt, expurgant etiam, siccant & roborant: & laudantur etiam ab antiquis. Nam Antyllus & Aetius exhibebant in affectibus corporis interioribus: Immo dicunt quod applicate etiam extrinsecus, faciant ad fugandos morbos intrinsecos. Dicit Georgius Morellus lib. de aquis medicatis agri Patras uini. Prima aqua virginis est temperata, quia modica sal sedo attemperat frigiditatem & humiditatem aquæ. Iccirco vitimur illa in potu tantum ut attempremus iecoris, ventriculi, & ceterarumque corporis partium fureorem. Ex viribus

Morello.

Salis vires

ex Diocor.

quas Dioscorides tribuit sali lib. 5. cap. 126. satis constat aquas salsas non existit madas in eptas mediæ: verba Dioscoridis sunt. Salis natura incommune per quam utilis est: adstringit, abstergit, expurgat, dissipat, reprimit, extenuat, & crustas inducit, sed hoc interest, quod alius alio sit præstantior. Quin & à putredine vindicat. Admiseretur medicamentis psoras abstergentibus, excrecentia in oculis reprimit, & pterygia consumit, ceteraque carnis extuberationes tollit: Clysteribus infunditur: discutit laesitudines ex oleo illitus. Contra hydropticorum tumores auxiliatur: dolores in facie furo militat: & pruritus sedat, ex oleo & aceto infictus ad ignem, donec fudent: item lichenas, lepras, psorasque. Anginam ex melle, aceto, & oleo illitus leuat: tonsillis, vvaeque cum melie tostus, Vlyceribus in ore manantibus, gigniisque, quas humor vexat, & phagedenis ulceris, cum polenta crematus illinitur. Aduersus scorpionium illitus cum lini semine: contra serpentium morsus, cum origano, melle, hyssopo: aduersus cerasen cum pice aut cedria, aut melle auxiliatur: contra scolopendram morsus, cum melle, & aceto: aduersus velparum ictus, & teredines, albidaque capitis pustulas, thymos, & tubercula cum seu vitulino: furunculos cum vua passa, aut suillo adipe, aut melle disicutit: testium tumores, origano, & fermento maturius concoquit. crocodilorum morsibus auxiliatur, tritus in linteolo, & intinctus aceto, ita ut vinculis loca constringantur: Prodest ad bestiarum morsus, & ad fugillationes in facie ex melle. Contra hanustum opium, & fungos. Cum aceto muljo bibitur, luxat

luxatis imponitur cum farina & melle, ambustis igni cum oleo impositus, pulsulas erumpere non patitur. Podagrictis itidem imponitur, & aurum doloribus, cum acetato: ignes sacros & ulcera, quae serpunt cum acetato aut byssopo illitus fistit. Quandoquidem autem fons medicatus Bollenſis non multum habere videtur salis in substantia, sed potius, ut Iacobi Theod. Tabern. verbis utar, spissitudinem saltem, subiiciemus hic quemlibet. 2. c. 1. Thesauri aquarij de viribus aquarum quae eiusmodi salē habent, scribit: Salsæ, inquit, que tantum spiritualem habet saltem b. e. animam & spirituam, internus quam externus virus salubrior efficitur, calefacit, discutit, aperit, consumit, siccatur, absvierget, reborat, refrigerat & pituitoso ventriculo subuenit: concoctionē adiuvat. Iterum frigidum calefacit, reborat: menses mouet, fluorem muliebrem fistit: obstrunctiones tollit renū, vesicæ: vrinam cit: calculos, arenas pellit: tenuem, aqueum, frigidumque semen virile corrigit: flatus ventris discutit: tollit ventris dolores, colicum, iliacum: non bibenda inter cibos, aut ad fistim sedandam, sed mane & vesperi pro medicato potu, & frigidè quidem, ne coctione spiritus exhaleant. Bibitur à libra una ciuili ad tres: qua ratione alvum potest mouere, & crassam, viscidam, contumacem pituitam incidere & per aliū educere. Borboniae thermæ in finibus Burgundiaæ in quibus ill. E. C. & ego balneauimus redeentes è Gallia 1586. calidæ sunt & salte quarum experimentum insignè vidi Consiliario Dolano ab hemiplexia curato.

Vires saltem
rum aquarum ex Tabern.

Borbonia
therma.

De viribus Sulphuris, & aquarum sulphurearum.

C A P. X.

Non immerito dubitet quispiam an aqua medicata fontis Bollenſis Admirabilis sulphur in se contineat. Nicolaus enim Dörtomanus lib. 1. cap. 10, asserit bitumen odore sulphur quandoque emulari, quandoque piceum, unde pīsa pībalto nomen teste Diosc. tametsi Tunis secus sentiat, non nunquam peculiarem habere odorem admodum grauem, &c. Idem etiam de sua aqua Belilucana, quae bituminosa & salsa, addit: toti aquæ mixtum esse sulphur vix adducor ut credam, eo quod argenteus scyphus, balteus, numus in Thermarum harum aquam demersus, ex ea post biduum triduum ve splendens dior candidior retrahitur: si sulphuris non modica portione perfusa foret, flas uior evadere, ut in thermis Cantabricis pluribusque alijs. Fallopis quoque de thermarum aquis scribit pag. 225. Falsissimum est quod omnes aquæ thermarum habent vaporem sulphuris: id tamen est verum, quod vicinæ sunt aquæ thermarum, sunt quidam vapores fuliginosi & exusti habentes odorem sulphuris. Sed hoc non indicat in aquis illis contineri sulphur: at ille odor prouenit, quia vapores illi sunt exusti, cuius rei signum illud est quod arbores iete à fulmine sapient odorem sulphuris: Non ob id tamen dicendum quod in ipsis sit sulphur. Ita etiam dico de aquis thermarum. Licet enim habeant vaporem sulphureum:

non ob id tamen est inferendum, quod in ipsis continetur sulphur, &c. Plinius ut dicit Hadrianus lunius, Gagatis lapidis odor grauius vstus sulphuream vel Orpheo & Dioscoridi bituminosum odorem remittit. Præterea verò scyphæ argentei probatissimi, ut antè dictum, in quo Admirabilis fontis Bollensis aqua diu iusta fuit, color neutiquam mutatus est: contrà verò, factò in impurioris argenti patera pericula, ut suprà annotauimus. Verùm, ut quod sentio, dicam: odor sulphureus, & quæ de pyrite diximus, faciunt ut facile credam fontis Admirabilis aquam nonnihil sulphureorum spirituum posse habere: quam suspicionem confirmant Fallopiana hæc ex libro de metallis cap. 11. ex Chymistarum (ut ait) opinione: Non est, inquit, negandum quod argentum viuum sit materia metallorum: de sulphure quoque non est dubitandum, inquiunt, quoniam in omnibus venis metallorum reperitur excrementum metallorum, quod sapit sulphur. Et tale excrementum vocatur lapis pyrites, vel marchasita, qui lapis reperitur in superficie fodinorum, seu venarum ipsorum metallorum: & siue comburatur, siue eliquetur, siue contundatur emittit odorem sulphuris. Ergo metalla constant ex sulphure &c. Ad argumentum autem de Marchasita, dico falsum esse quod sit excrementum metallorum: sed est veluti sulphur lapidosum, sitque ex vapore sicco, sicut & sulphur. Et quia in omni metallo est vapor sicca, idcirco in superficie cuiuscunque metalli reperitur Marchasita, non autem concrescit inibi, quia sit excrementum metallorum: quinimo concrescit etiam in superficie metalli ipsius argenti viuæ &c. Dicunt Chymistæ, inquit Mathiolus, Pyrite uero constare ex impurissimo sulphure. Apud Gesnerum de fossilibus ex Kentmanni apparent ex Pyrite excoquisspecies sulphuris diue sas Memini videre me Montpelgardi Illustriss. E. C. ex pyrite, (qui in carbone fossili abundat quem ad aquam salam excoquendam erui mandabat in saltinis suis que sunt in Sanau, ubi carbones fossiles non longè ab aquis salinis reperiuntur,) sulphur extrahendum curasse. Lcuis etiam fontis Admirabilis teper adesse sulphur fortè demonstrabit, si sulphuri calor fontium adscribendus, non autem bitumini, vt scribit Andreas Baccius, qui lib. i de Thermis Cap. 19. & 20. eorum opinionem refutat, qui bitumen fomitem caloris aquarum, & non sulphur existimant. Præterea etiam ad demonstrandum spiritus sulphureos Admirabilem fontem habere, facere videntur, quæ scribit Georgius Agricola lib. 5. de natura subterraneorum: dum ait: Pyrites siue lapis filialis, ex quibus excoquitur sulphur. Huc quoque quæ sequuntur ex Bacci libro de Therm: i. cap. 21. non ineptè faciunt: (Certum enim atramento siue vitriolo infectus Bollenses nostras.) Habent & atramenta illius pinguis tudinis partem (sulphuris) quanquam non ita crebro in eis fiunt calores, ac misera incendia: resistente multa eius generis terreitate cinericia: Quia e per se fusæ haec aquis, acri eas prædine, & veluti ex calce incendiunt. Alumen quoque et si quadam natura liter vñctuositate participet, potiores tamen partes obtinet

Sulphur ex
Pyrite.

salis, quare ubi syncerum nascitur, nullum habet illius fernescentie signum, in igne adnoto retundit flamas. Et si calent alicubi insigniter aluminatæ, accessoriæ indicant sulphureæ nature copiam, præterquam aluminis essentiæ conueniat. Hæc ille: Si igitur fons Admirabilis sulphureos habet spiritus, (vt suspicamur habere) nihil de eius bonitate hoc nomine decedit: siquidem insignibus præditum est, Diocoride attestante libro 5. cap. 83. dotibus: calefacit enim, discutit, & celeriter concoquit. Prodest tuſibus, ſpiriоis, purulenta extuſtientibus in ovo ſumptum, aut ſuffitum: præterea partus viti niore extabit. Lepras, lichenas, ſcabros vngues, cum resina terebinthina miſtum auffert. Cum aceto autem illitum, ad lepras efficax eſt: pitiliges tollit. Scorpionis iſtibus, addita resina medetur: cum aceto vero, draconis marini, ſcorpionis que plages sanat. Pruritus toto corpore erumpentes cum nitro detersum ſedat: regium morbum emendat, inſparsum fronti cochlearis mensurâ, aut in ſorbili ovo ſumptum. Facit ad grauedinem & deſtillationes: ſudores quoque conſperſum inhibet. Podagricis cum aqua & nitro illitum, conducit. Grauitatem auditus, ſuffiti niore raptim per fistulam haueſto, sanat. Lethargicos ſuffiti excitat: erumpentem vnde cuque ſanguinem ſeffit. Contusis auribus cum vino & melle illitum, medetur.

Placet hic ſubnecētere que Tabern. ſcribit lib. 2. cap. 59. *Theſauri aquarj Sulphurearum aquarum vires ex Tabern.*

his verbuſ: aqua ſulphurea ſpirituali ſulphuri ſubtilitate imbuta, vim habet extenuandi, attrahendi, emolliendi, calefaciendi, expiſcandi, eſtq; eius uſus in multis morbis uſilis tam internis quam externis. Petu & balneo praauos in cerebro redundantes humores, omnēq; totius corporis frigidas fluxiones exſiccatur: refri geratos neruos & tendines emollit, calefacit, dolores ſedat, frigidosque eorum affectus inſigniter iuuat: uſilis paralyticis, trementibus, & quibus membra tensa, contracta, ad motum inepta: omnium artuum dolores mitigat: podogram, chiragym, arthritidem omnem à frigidis fluxionibus, intolerabiliens iſchiadē, dolorem frigidum per artus diſcurrentem, dorſi, lumborumque crux ciatus tollit: tumores & tubercula dura artuum & iuncturarum diſcutit: articularij auxilio eſt: hepar, ſplenem, renes, vefcam obſtructione & dolore liberat: arenas & calculos pellit: frigidos omnium prædictorum membrorum tumores emollit, diſcutit: cordis palpitationem à frigidis humoribus curat: dolores colicos, iliacos, frigidos, pituitosos & craſtos flatuſ resoluſt. Cachexiam emendat: hydropem frigidum exſiccatur, nec ſegniuſ fluxiones in oculos: viſum roborat: refrigeratum ventriculum & caput calefacit, dolore liberat: utero frigidiori, humidiori, peruerso opem fert, eiisque praauos humores omnes & fluorem muliebrem conſumit: steriles mulieres fecundat: uſilis ad artuum & iuncturarum dolores à lue venerea profeſtos: membra tam externa quam interna refrigerata calefacit: ſpasmo flatulento (Kramppſ) convulſis partibus & frigore torpeſtibus imprimis conſert nec non matrici umenti & induratæ: ſequat omneſ ſcabies humidam: abſterget lichenas, aliasq; maculas cutis: omnia

vulcera humida fuscat, ad cicatricem perducit: vagos per artus & discurrentes dolores tollit, lioni scirrum emollit.

De atramenti sutorij siue vitrioli viribus, ac aquarum
eo infectorum.

C A P. X.I.

Admirabilem fontem Bollensem in se continere atramentum sutorium siue vitriolum, id est rubrum, quoque modo & ratione destillando per descensum, ut rocant, lapides scili, sit deprehensum, ante diximus. Dicit Baccius lib. i. cap. 14. Virides aquas ac etiam caruleas & nigras reddit atramentum. Nam ut mincrarum buiusmodi promiscua quedam est origo, ita hi colores congeneri ferè sunt prout caloris gradu temperatur. Eo nunc loco est ut vires eius persequamur nec non aquarum per id transcentium. Dioscoridi lib. 5. cap. 7. Chalcanthum valet astringere, calefacere & crustas inducere, latae ventris tineas necat drachme pondere decoloratum, aut cum melle linctum, yoso mitum ciet aduersus hausta fungorum venena ex aqua potum auxiliatur, purgat caput aqua dilutum & in vellere naribus instillatum. Matthiolus in Diose. Nibil mirinobis adfert quod commendarit Diose. Chalcanthum potum ac decoloratum ad latae alui tineas, & ad fungorum venena, et si meicamentum Chalcanthi erodens & septica facultatis habeatur. Siquidem ad eosdem & alios usus oleum. hoc tempore non modò Chalcanthum ipsum quidam potui exhibent in pestilètia, sed etiam eius oleum, quod Chymistæ vitreis organis magna ignium vi ab ipso Chalcanto elicunt, nullo sane incommodo. Qui illud in peste propinat quod vulgo vocant Copperosa, in aquarosarum dissoiunt & iterum cogunt. Acidus sa- reciteratis tribus aut quatuor vicibus dantq. Bacc. lib. 5. cap. 11. acidus sapor per in latra mentosis a- haud proprius atramentosæ aquæ est: nam multæ sunt acidæ ex alia aliqua mis- luminolis & nitrolosi stura, sicut albulae, quæ aluminosa sunt, ac multæ acidæ in Puteolano nitroso. aquis. Prima & quodammodo propria atramenti impressio videtur esse Galeno tes- Acida Pu- ste vehemens adstrictio cum insigni calefaciendi virtute. Quamobrem vere teologere. sinceraq; atramentosæ aquæ potentia calefaciunt sive alie minerales aquæ & quedam actu in altum penetrant. Nec minus exsecant, constipant, contra- bunt. Quæ verò aquæ medioriter atramentosæ ab exacla illa missione de- sciscunt eadem per omnia possunt, quæ aluminata atq; acidæ: penetrant verè promptius, absterguntq; ac epota per vinam ac per alumum egregiè purgant, Aquarum q; vitriolus cō arenulas pellunt, &c. Tabern. in Thesauro aquario part. 2. cap. 33. aquæ tinet facul- tates ex tenuioribus partibus & spirituali subtilitate vitrioli perfusa vim habet ods Tab. stringendi, contrahendi, obstruendi, extergendi, glutinandi, ijsdem ferè cum aluminis praedita facultatibus sed efficacioribus: linguam enim magis contrahit, maioremq; habet accrimoniam: ea si bibatur vel in balneo administraretur prodest ad suffusionem vertiginem, epilepsiam, paralysim, sputum sanguinis, haemorrhagiā rteri & haemorrhoidum: nauj eam & vomitū compescit: Vitis me-

lancholicis, mente captis, insaniis : tollit cacheeticorum & idelicorum fædos colores : hepaticis optulatur, & quibus sudores facti molesti sunt: hinc alarum emendat. Ex ea balneum confert ulceribus deascensibus, canceris, fistulis: mundat, exterget, glutinat. Scabiem malignam elephantiasimilem, omnemque adeo pforam, scabiem ac pruritum balneo & potu: maculas, serpiginem, (Haarwurm) partium obscenarum pruritum & putrida ulcera lotione frequenti curat.

De aluminis & aquarum aluminosarum facultatibus.

C A P . X I L

Sunt qui fontem Admirabilem in se alumen quoque continere velint: id quod certò nondum potui reprehendere. Fallopius quidem de Thermis cap. 9. non satisfacit: verba eius sunt, l. c. Ego reperi arte in quandam, quam sum expertus in balneis Apontanis & Lucensibus, & solum in aqua balnei Villensis successit. Quando igitur vultis experiri an aqua aliqua habeat Chalcanthum vel alumen, vel aliud simile, coquatis primò non in vase vitro, sed in stanneo vel ferreo, postea cum aqua fuerit parum decocta, quiescat: deinde iterum coquatur parum, mox in ipsam iniiciatis succum vel decoctum gallarum, pauca tamen in quantitate, & si cum aqua aderit mixtum alumen album vel chalcanthum, videris equam fieri illuc nigrum. Haec ille: quem imitatus est Gallus Eschenreuterus libro de Balneis, suppresso tamen eius, unde haec mutuatus est, nomine. Ego quidem & Ioh. Lutzius Pharmacopœus insignis Kirchenensis, ex fonte Admirabili hanciam aquam coxiimus primù in vase terreo, cui additum decoctum gallarum, neque nigrefecit neque omnino colorem mutauit. Idem fecimus in aleno. Idem tentatum in aqua Rappenzagellana & cum aqua simplice & in qua alumen incoctum: ex his nulla nigredinem acquisivit: at viaqueque in ferro cocta, adiecta deinceps gallarum decoctione, non tantum ipsa denigrata est, sed & eodem colore ferrum ipsum imbuit mutuo. Ex Examini a: quo apparet nec nigredinem illam alumini, ut vult Fallopius, deberi, neque ex luminis per nigredinis arguento aluminis missionem posse demonstrari. Nam nec vitriolum ipsum per se, aqua, cui incoquitur, nigredinem ullam conciliat, nisi decoctione gallarum affusa, cuius vel guttula aliquot, iucundo spectaculo, nigrorem commisste proferunt: id quod etiam si parum vitrioli decocto gallarum inieceris, assequeris. Idem experimentum in acidulis Yebenauensibus factum. Que quantum ita, ut diximus, habeant, Admirabile tamen aqua admixtum alumen forte à simili quis non ineptè collegerit, qui sequentia verba Andreae Baccij de Thermis lib. I. cap. 21. accuratius expenserit: Alumen et si quadam naturaliter ructuostate participet, potiores tamen partes obtinet salis. Quare ubi sincerum nascitur, nullum habet illius feruescentie signum, inò igne admoto retundit flammarum. Et si calent alicubi insigniter aluminatæ, accessoriam indicant salsa

phuroſe nature copiam, præter quām aluminis effentia conueniat. Quod viſum est in nouiter repertis mineris in Senensi agro ſupra Clauſum Pauidem: quas cum diuerſis tentaſſent per initia experimentis, inuenierunt eas in confeſſione aluminis pinguifimis, ac conuerſo exinde opere, in atramentis, & feſteſtrata pinguedine, vitriolum fundunt elec̄tissimum. Hæc ille. Nec non eorum opinionem, qui fontem Admirabilem non expertem aluminis exiſti-
mant, conſirmauerint ſequentia verba ex Georgij Agricole lib. 3. de na-
tura foſſiliū. Alumen magis atramento futorio cognatum, quām etiam Nitri ſal. Pt enim horum vtrumque abſtergat, tanen ſal prætereat parum aſtingit: illorum verò vtrumque aſtingit multum. Sed diſerunt in hoc, quod atramentum magis fit terrenum, minùs alumen. Id autem vel ex eo potest intelligi quod ex Atramento futorio fit alumen. Cum enim oleum ex eo conſiſtit expirat Alumen: quod lutum quo vitrum vitro iun-
gitur, concipit. Atque eiusmodi lutum cum opere perfeclō aquā pura mace-
ratur, in eam Alumen depoñit: quod paulatim vitri in ſtar concreſcit, item lib.
3. de ortu & cauſis ſubterraneorum. Ex ſucco aſtingente non tantum fit Alumen & Atramentum futoriorum verū etiam Sory, Chalcitis, miſy: quod flos
effe videtur Atramenti Sutorij vt Soreis melanteria quedam. Cum autem humor corraserit Pyritem aeroſum & friabilem, fit talis ſuccus aſtingens: id
quod experimentum docet Nam atramentum futoriorum viride, in cepilli figurā
formatum ſepenumerò ab eiusmodi Pyrite procedit per Melanteriam quæ eam
vndiq; complectitur & ex tali pyrite non atramentū modò futorium, ſed etiā
Alumen excoquunt artifices: magnam enim cognitionē inter ſe habent. Apud
Geſnerum de lepidibus ex Kentmanno Vena dura pyritis colore argentea
(vulgò aquaticam vocant) ſimilis Dibanae, ex qua ſi in locum apicum ponatur,
atramentum album tenuo & alumen efflorefcunt.

Baccius lib. 5. cap. 8. Alumen quoque iſum quædam terræ ſalſugo intelli-
gitur, ſimile ad modum naturali nitro, vt commune videmus alumen album,
ſplendidum, roſeo foris colore, & ſpongiosum: quibus item notis à Dioscoride
nitrum deſcribitur. Simile & artificio, quo diximus ſalnitrum noſtrum bodie
conſici: foditur enim lapis aluminis ſcabrosus, candicansque aerugineis inter-
ſcurſantibus venis, exciditurque in rudes għebas, mox in fornacibus aliquot ho-
ris coquitur, exinde in ſolatiori ultra menſem, aquis immaceratur, quamdiu in
leuorem argilla modo ſolutus fit, tum in feruentis aquæ alueo per miniſtrōs
in albissimum liquamen ducitur, hōcque corruato in magna capiſteria li-
gneā tenacior pars addensatur ligno, excutiturque ubi ſiccatum fuerit alu-
men. Et paulò pōst de impreſſionibus aeturis, quas alumen aquis conciliat,
primo quidem għuſtu aluminis ſalſitatē offerri ait, quæ ſuctu quodam lin-
guam carpat, ſensorio ipſi tandem per quam adstringentem, vnde à Græcis
ſtrigula dicta fit. Mox, ex tribus aluminis generibus liquidum aptiſſimum
effe, vt aquis rim ſuam imprimat, adeoque nullas effe aquas aluminosas, quin

Alumē ſal-
ſugo quæ-
Nam.

Aitrum &
alnitrum.

Stypertia.
Alumen li-
quidum.

de hoc genere plus minus participant: primò, quòd, cùm líquidum sit, facilè solvatur: dein, cùm límpidum lătēumque, aquas exquisitè albidas reddat (is enim aluminosarum color) & quod omnes auctores ex Dioscoride notant, cùm sit cum quodam igniculo caloris, idcirco lătēi eas teporis ac temperamenti efficiat, quales mere aluminosas nos videmus Albulas, testatūrque esse Aët. ex Galeno, lib. II. cap. 33. Tandem colligit alumén & aquas aluminatas qualitatibus constare contrarijs: calidus scilicet mediocriter, ac siccis ad nodum: frigidus præterea, ac valenter adstringentibus & que propter aluminosas primo gustu subdulcem adferre saporem ac tenuem, pungentem linguan: siccis propter qualitates atque aridas, unde sapor in amarulentiam definat, atque insigniter adstringentem. Nihil oberit hic subijcere ex Dioscorid. lib. 5. cap. 123. aluminis vires. Alumina vim habent excalfaciendi, stringendi, & expur-

Vires aliud
minis ex
Dioscor.

optimè confert. Hoc testimonium dedi in Itzelberg 27. Nouemb. 1595.

Vleus tibie
deracta ro-
ta acute, do-
lores inge-
tes, ambu-
lādi impo-
tentia.

Vlcera tibie
& seabies.

Ventris do-
lores.

Difficultas
respiprandi.

- Prolunū
ventris. 31 Ego Martinus Vveinheimer præfettus in Vhingen præfeturæ Göppingen sis testor iam nominandas personas indicasse sequentia de fonte Bollensi. Pris
mam, vxorem Bernhardi Vvüsenbeutzen laborasse profluaio ventris per 18.
septimanias, ac se existimare Deo ita fauente, curatam aquā huius fontis.
- Scabies. 32 Secundam, Marga etham viduam Cosme Heiben balneasse in aqua
prædicti fontis, & statim profuisse: sed propter biemen ingruentem non quā-
diu voluisset balneasse.
- Achores. 33 Tertiam, Jacobum Felger fabrum scrimiarū suo puero grauite aegrotati
à scabie bene profuisse aquam. Hæc vera esse ut confirmetur, ego Præfettus
prædictus apposui sigillum meum in Vhingen 2. Decembbris mensis 1595.
- Ventriculi
angustia. 34 Ego Michael Wagner senior ciuis in Vvilheim præfeturæ Kirchenensis
testor filiolum meum habuisse ulceratum caput & fluens sanie, nesciens quo-
modo posset curari hic affectus, tandem consilio quorundam accessui aquam ex
fonte Sitteren qui est in planicie Bollenſi & balneauit semel bisue in die quo-
tiescumque potuit perforre: quod balneum valde ei profuit & in totum cura-
uit. Ad prædictorum confirmationem Secretarius urbis Vvilheim apposuit suū
sigillum 18. mensis Nouembbris 1595.
- Nausea.
Spirādi dif-
ficultas. 35 36 Ego Sebastianus Gesbeidlīn ciuis in Ebersbach præfeturæ Göppingen-
sis testor me cū uxore aliquādiu vexatos fuisse angustiā vetriculi (des hertz)
& naufragi & difficultate spirandi, sed facultates nostræ non erant tantæ vt me-
dicamentis possimus vti, Quamobrem audito rumore de fonte, quem Illust.
E. Cel. Vvirt. curabat adornare in planicie Boll, qui vtilis esset in multis af-
fectibus, ego cum uxore adiunxi & bibimus: quo facto, Deo si laus statim me-
liv, ambo habuimus. Habebam etiam à paucis annis ulcus in tibia quod cresce-
bat: Verum statim pessum huius aquæ, cessavit crescere & partim curatum.
Vi hæc confirmetur, rogauit Vitum Schwanenberger Præfettum ut apponereb-
et huic scripto suum sigillum ultima mensis Nouembbris 1595,
- Tibiçyleus. 37 Ego Georgius Nestel præfettus Königsbronnensis in Steinheim auff dem
Aulbuch Testor hoc meo scripto Martinum Baur ex cenobio Anhausen mo-
rimentem in Gussenstatt, atulisse aquam ex Boll & multis personis hic & alibi
in viciniâ vendisse pro potu & alijs usibus, & eum me rogasse vt audirem eos
qui hac aqua vbi essent vt eorum dicta scripto committerem: quod feci, & audiui
ex Vvaldburga uxore Barthol. Vvannen figuli quæ bilit prædictam aquam ob-
laſſitudinem membrorum, profuisse & membra non ita gravia, se. si poſſit, se-
quente vere, ſuque deque habitis sumptibus, statuisse ad fontem fe conferre
& balneare, quia existimet lēnē purgare.
- Colicus do- 38 Secundò ex Barbara viduā Michaelis Mehrlins aurige ex Mercklin-
ler ventus gen audiui ſe bibiffe aquam propter colicam & dolorem ventris, & vſam pro-
Tibiarū tu- tumore pruritu & scabie tibiarum: ſe autem non ſolum curatam à scabie & do-
mētrībus ſed ſani atem adhuc perſeueraare.
- L. M. mētrōdo
mētrorū. 39 Tertiò aulinī ex Magdalena Stephani Lutzj uxore, filiam diu laboraffe
vicerato

vlerato & fluentis capite, cui benè confert hæc aqua, & quamvis mensura Virz
tembergica vendatur pluris quam batzione, ea vt adhuc. Ipsem audiu ex
quibusdam hanc aquam sibi prodeesse. Ut hæc confirmetur, ego prædictus Prae-
fectus apposui sigillum meum. Nouembrii mensis 1595.

40 Ego Ioh. Kock Rechenbergensis præfctus in pago. 41 Gross Eysslingen
testor apposto meo sigillo anno 1595. coram me comparuisse Maithæum
Bundschulen & Annam uxorem Georgij Schirchans, in di. cassæ se accersuisse
quam ex novo fonte Bollensi propter morbos, illum bibisse, hanc autem caput
laxisse, & utrisque optimè profuisse.

42 Ego Bartholomæus Spangler ciuis pagi Eltersbach præfectura Göppingen-
sis testor uxorem meam ab anno, brachijs & cruribus penè impotente in fuisse,
ac spirandi difficultate laborasse, ac me aliquoties aquam ex novo fonte Bollensi
potui dedisse, unde spiratio facilior, & artus Dei fauore roburati, ac profuisse
hanc quam dum biberit. In huius rei testimonium rogavi Vitum Schnarenber-
ger Praefectum im Eltersbach vt appimeret huic scripto suum sigillum 4 Des-
cembris 1595.

43 Ioh. Dietz ex Ditzbach filius Georgij Dietzen profitetur à quatuor
circiter annis cum apud fabrum scriniarium artis tyrocinia poneret, in Deckin-
gen, sibi oram malignam scabiem fluentem in capite & brachijs, quæ miserè ve-
xatum vltra triennium, passim remedia interim queſuiffe: Postea se fuisse per
aliquot septimanæ apud Chirurgum Göppingensem, sed sine fructu: Tandem
verò ex consilio Doctorum Medicinæ se iuuisse ad thermas Vvildbad in Vvemb-
ding Ducatus Bauariae, quæ ita curarunt, vt planè mundatus fuerit: sed non die
persenerasse sanitatem. Postrem se potu & lauacro recens repertæ aquæ in Bolt
Ducatus Virtembergici, Dei beneficio, sanum euafisse, & iam ab octo septima-
nis sanitatem continuare.

44 Ego Ioh. Vlhemius Pastor in Heldeningen præfecturæ Heydelheim in Laus aquæ
Ducatu Virtembergico testor sine fraude meo scripto obſignato Martinum Bollensis.
Baur commorantem in Cussenstadt Cœnobij Anhausen aduexisse aliquandiu
quam nuper reperti fontis in Boll, batione in mensuras singulas estimatam,
qua & insignis, salubris, & bona Dei creatura est, nullo modo ſpernenda: quin as-
gendæ gratiæ primò misericordi Deo, deinde ll. nostro Principi ac Domino,
qui vt pater patriæ, Deo ita fauente, inuenierit in principio sui regiminis mirum
hunc fontem, magnis sumptibus in gratiam & commodum duntaxat miserè
affictorum, ex innata benignitate curarit excolandum. Hæc enim aqua,
quantam hac tenus expertus sum in meo corpore & membris, multas habet pre-
cleras & salutares dotes, ita vt qui cognoscunt & ritè vtuntur, semper Deo graz-
ias eius nomine, agere meritè debeat. Existimo, quod si facultates meæ fer-
rent vt adire fontem, bibere & lauare in eo possem, fore vt, Deo suo fauore af-
fidente, sanus euaderem. Scriptum 6. Octobris 1595.

Vlceræ ea-
pitis, forte
achores,

Brachiorū
& ciurum
im potentia
Aſhma.

Scabies flu-
da, maligna
capitis &
brachiorū.

CHAP. XIX.

- Dolor auium. 1 Ego Fridericus Beringer Praefectus in Durnauv chirographo & sigillo meo anno 1595. lunij 25. testor tres ex mea praefectura, aqua fontis Bollensis vsos, quam aduehendam curabant, sanitati restitutos. Primus fuit vir grandævus, oculus lororum & aurium doloribus diu obnoxius, medicamenta varia frustra sepe expertus, vsu aquæ Bollensis, Dei beneficio, doloribus liberatus est, sic ut censum florenis non redimeret.
- Artuum debilitas. 2 Alter vir senex iam diu contractos & debiles babet artus, atq; is quidem nō dum balnei præscriptum absoluimus vsum: eius tamen vju roborari tentit membra.
- Vlceræ magna tibiarū. 3 Tertia est vctula, cui tantumq; sublata omnis ingrediendi facultas, quod magnis scateret crus vlceribus, Bollensis aquæ balneo curata est sic ut ambulare posset.
- Tumor tibiz vlceræ. 4 Ego Io. Adam Laiblin ex Zell sub Eichelberg, præfectura Kirchenfis, proposito hoc chirographo ob signato, anno 1596. Iulij 25. testimonium mibi perhibente Georgio Beringer praefecto in Zell, me à 20. circiter annis magno tibiae tumore vlcerato diu exatum, multa, sed frustra, tentasse remedia. Verum ex quo tibiae solum partem affecta in novo fonte Bollensi balneauit, tantum profeci, vi 50. florenis nō redimerē, si domus ex ædificata esset, præferre alijs balneis ll. E. C. balneum.
- Scabies magna ab vero matris. 5 Ego Petrus Burckard ex Elmendingen hos ptes ad Sole testor hoc meo scripto ex Boll 25. lunij anno 96. me vsum pro meo diuturno affectu, balneo aquæ Bollensis per 10. dies, quod me multum iuuat: bona mibi ptes, me Deo fauente, buins balnei vju breui in totum liberatum iri à meo morbo.
- Scabies humida malingra aspectu. 6 Ego Vdalricus Enß Praefectus in Schlatt præfectura Göppingensis testor Chirographo parochi nostri Vrbani Keßler subscripto 25. Lunij anno 1595. Mar- ligna ab vero matris. garitham filiolæ Vdalrici Zieglers scribarij defuncti (qua hic moratur) lauisse in aqua fontis Boll: quæ prodierit ex vtero matris scabie humida affecta & ita fordia ut penè ab hominum consortio fuerit separata Balneariat olim in Auwe in Sewbad & in thermis Badelibus Marchionii. Vsa est etiā Göppingæ decöcto ligni Guaiaci: verū omnia frustra: Nunc optimè valet. Aut se ante balneum nō posse lauisse quadratè horæ dormire: sed prima die, qua balneasset tota nocte dormiuisset. An sit sana permanens tempus docebit. De hac vide aliud testimonium ante.
- Scabies humida malingra aspectu. 7 Ego Elizabetha vxor Io. Dollen in Gruibingen testor me, cum corpus per bienniū im scabie maligna fluente, horrenda visu ob sessum esset, præterito anno à chirurgis deputatis fuisse inspectam, & ab illorum uno in totum curata fuisse: sed mox repullulante morbo, eodem iterum miseriæ rediisse. Lam vero post balneum, adeò vt licet iam sint 4 . septimanæ ex quo destiti à balneo, non animaduertam signum villū recrudecentis morbi. Quamobrem ago gratias, primò Deo, deinde omibus qui mibi consuluerunt & iuuerunt ad hoc balneum. Ut constet hæc vera, Andreas Schieffer Praefectus pagi in Gruibingen me rogante apposuit suum sigillum 25. lunij 1596.

8 Ego Georgius Milt ex Zell præfecturæ Kirchenfis testor, me valde scabiosum accersuisse aquam noui fontis Bollenfis, balneasse tantum in media aquæ parte, quæ mibi profuit: Statoi, si Deo fauente absoluatur ædificium quod Il. E. C. curat ædificandum, statim adire fontem, & in eius aqua sola balneare, hoc ut constet ita se habere, compellaui Georgium Beringer Præfectum pagi ut apponenter suum sigillum, mensis lunij 25. anno 1596.

9 Illustriſime Princeps. Pauperculus ille Vitus Hummel abominabili morbo affectus, ut planè pro elephanticō habitus eoz nomine, chirurgi examini subiectus sit, quam tamen non elephantiasin, sed scabiem malignā esse aiebat, rediit tandem ex fonte Bollēsi cuius balneo v̄sus est. Corpus accurate inspexi & lustravi quod planè mundū cōperit: id quod & ipse quoq; fatebatur & placida quiete frui sic ut, licet panperie prematur nolit 200. florenis redimere, &c. Datum Grossē Geißlinge 15. mēssis lunij 1596. Subscripti V. d. s. Rid F. Virtē. Præfectus diēs pagi.

10 Ego Michael Gantz Præfectus cū iudicibus Marco Mayer Adamo Heide Scabies ma ligna. & Georgio Leiblin testamur 9. Aprilis Martinum Schmidt Seuchtingē laboratē tem pessimo affectu (scabiē malignam intelligo) multa insump̄isse in chirurgos sed frustra: Medicina autem Doctore Vlmenſtum conulūſſe v̄ ire in nouum salubre balneum Il. nostri Principis, quod fecit. Quamvis autem tantum per 24. dies balnearit, in totum curatus est & mundatus, ac alacriter discessit.

11 Item 12. Aprilis Michaelem Klintz ex Vetersbach prope Durlachū miserū Scabies ma rimū diuersis v̄sum balneis, diuersos consuluisse chirurgos: verū non potuisse ligna. curari, qui nisi balneasset in balneo Il. E.C. coactus fuissest ire in Nosocomium. discessurus pluris estimabat lotionem quam 50. thaleris.

12 Item 8. Maij 10. Funsch ex Mögling dixisse per plures annos coactum fuisse potentia Crurum im duobus fulcris innixum ingredi, nullū medicum aut chirurgū Augustæ potuisse subvenire, adeoq; monitum fuisse nulla conferre posse remedio, quare ab eorū administratione desisteret, neg. chirurgis amplius vteretur: postea verò consultū, vt in salutare balneum Bollense profectus, experiretur tandem an iuuari possit. Postquam autem dies 12. balneasset, tantum profecit vt restituto gressu consecratos grallis anathema in templo Dotzburgenſe poneret: reuerſusq; est perinde ac, nullo morbo laborasset.

13 Item 10. Maij, Michaelem Laupp ex Falckenburg, cruribus insigniter tu: Tumor tū mentibus, grallis similiter nixum, medicamenta irrito effectu expertum, ex buiuis balnei v̄su domum profigato morbo iuisse. biliarum in gressus ab eo litus.

14 Item 6. Maij mulier ex Ettlingen, perplures annos ita misere affecta vt Vlceræ magna, manus nec pedes posset mouere, pessimoq; morbo (intelligo vlcera maligna) num & pe nec chirurgis nec balneis medicabili laborasse: tandem Chirurgorū consilio in balnum imponeū Il. E.C. profecta sanatam, 15 Itē 6 Aprilis, mulierem ex Laupp curru vecta, Scabies, crudiu chirurgorū inutilem operam expertam, eorumdem tandem consilio ex v̄su rum impo balnei Il. E.C. mundatam pristinæ sanitati restituta. 16 Item 18. Maij, pueros tentia, duos Leonardi Hentbill Heilſteinensis, diu frustra egregijs Chirurgis v̄jos, balneo curatos.

- Seabies ma
ligna. 17 Item Vrsulam malierem ex Gmünd ita scabie afflictam, vt ad elephanti-
cos effet releganda, vsu balnei per 10. duntaxat dies, egr egie curatā: quod multis
pecunijs non redimere. Supradicta vera esse ego Michael Gantz appresso sigillo.
- Brachiorū & tibiarum 18 Ego lo. Greuer seriniarius in Zell sub Michelberg Præfecturæ Kirchenfis
cōstractura. testor Deum omnipotentem, ante tres circiter anni quadrantes me correptum in
Hagenaw gravi febre quotidiana: quæ me reddidit contractum & impotentem
brachijs & cruribus, ita vt manū ori admouere non possem nec exercere artē
meam: curru autem me vehendum curaſe in nouum balneū Boll, quod ita mibi
profuit Dei beneficio, vt ad pristinam redierim sanitatem: pro qua, dum viuam,
agam gratias Deo & Clementiſ. nostre Principi & patri patriæ. Veritatis cons-
firmandæ ergo, ego Georgius Beringer Præfetus pagi in Zell, adhibui huic
scripto ſigillum meum 6. Auguſti. 1595.
- Aſthma. 19 Ego Michael Vveber ludimoderator in Zell sub Eichelberg præfecturæ
Kirchenfis testor Deum, vxorem Kunigundam à 5. vel 6. annis afflictam gra-
ui morbo, ita vt continua tuſi gravior vexata fuerit, & iam à biennio trien-
niouē multa paſſam, ita vt medici de ea desperarint: yſque adeo erat breuis ana-
belitus, vt ipſa & plerique existimarent illam suffocatum iri: qua de cauſa va-
sam nouo fonte in Boll per 4. dies in cibis, potu & balneo mirifico ſucceſſu.
Si Deo fauente abſolutum fuerit aedificium illi. E. C. & si Deus ſuperi-
tēm eſſe voluerit, iterum melius inuiſet, quia ſpero illam pristinam sanitatem
recuperaturam. Vt hæc confirmem, apposui ſigillum meum Auguſti mensis
6. anno 1596.
- Brachij do- 20 Ego Vdalricus Vertz ex Ober Machtal ad Danubium Episcopatus Conſta-
tor. tiensis testor me diu habuisse magnum dolorem in brachio ſinistro & ferè ultra-
50. florenos expendiffe in medicamenta, quæ nibil iuuerunt in deterius abeunte
morbo, adeo vt de amputatione deliberarim. Verū ex quo balneaui per 4. septi-
manas in nouo balneo Bollenſi, ita res bene eſſit, vt Deo fit laus, nullū amplius
ſentiam dolorem. Scriptum in Boll 11. Auguſti 1595.
- Fimbecillitas 21 Ego Iacobus Straus incola Gruibingenfis, præfecturæ Göppingenfis testor
totius cor- hoc scripto me ante 16. vel 17. annos incidiſſe in morbum, & per medium annū
poris cum gravior decubuisse, ac multas mibi potionis propinatas quæ nibil profuerunt,
tumore ge- nitalium & Cum capi paulo melius habere & paululum ambulare, vſus sum thermis Baden-
bernia. densibus Marchionum, idq. ſecundo anno à morbo: balneaui autem 14. diebus
ſine vlo effectu. Tertio anno me cōmisi cura balnearioris Bollenſi, ſed ſuccesſu
nullo. In ea cura incidi in berniam, ob vehementes purgationes, vti existim. Balneaui per 14. dies in thermis ferinis: ſed nec iuuerunt. Diaconus hic per 14. dies quædam medicamenta pari ſuccesſu exhibuit. Postremò balneaui in aqua
fontis Bollenſi Sitteren per duas septimanas & ſemissem, quæ mibi optimè
profuit, ſed autem dolores, ita vt valde ſubleuarus ſim, tumorem genitalium ab-
ſulit, remanente tamen bernia. Quādoquidem (Deo omnipotenti ſit laus) ita
ſuccesſit

successit balneū hoc, statu sequenti anno Deo fauente eo iterum vti. Ut constet
hac esse vera Andreas Schieffer p̄f̄ctus pagi in Gruibingen, me interpellante,
apposuit suum sigillum Aug. 25. Anno 96.

22 Ego M. lob. Heinricus Concionator in Zell sub Eichelberg testor me anno Vlcerā ca-
præterito 1595. filiolum vnum ex gemellis, etatis circiter trium mensium bal-
pitis manā-
neasse in aqua fontis Bollenſis diētī Zitteren per 12. dies, sperantem futurum vt nūmestri.
tia, in infāte
curaretur à scabie capitis fluida : balneum tamen fuit pro eo violentius, licet
communem aquam multam admiserem. Cum autem infans imbecillior redde-
retur, destiti balneare & in bac & in communi aqua, per aliquot septimanas:
Intra tres menses cessauit scabies fluida capitis. Scriptum in Zell 25. Iunij anno
1596.

23 Ego Michael Ganß p̄f̄ctus pagi in Boll cum quibusdam assessoribus Scabies hu-
meis testamur s. Augusti corā nobis Vvolffgangū Schuler ex Newstatt indicasse
se laborasse scabie fluentē & valde humida, nec potuisse tantillū iuuare Chirur-
gos aut balnea, excepto salubri balneo in Boll. Aug. 26. 1596. mida.

24 Item testamur Heinricum Schreiber ex Büningen nobis indicasse se affe- Tibia vlcus
tum in tibia maligno vlcere, quod non potuerint curare Chirurgi: Verum saluz malignum.
bri balneo Bollenſi persanatum. Aug. 29. 1596.

Historiæ, & obseruationes de ægrotis, & alijs animaduersis ab Io-
anne Bauhino Doctore Medico, in Boll, vbi Balneum nouum in-
stitutum, ad fontem Mirabilem, mandat illust. suo principe, Do-
mino Friderico, Duce Virtemb. & Teck: Comite Montisbel, ab
 anni 1596. Aug. 24. vsque ad Octob.

C A P . X X .

Georgius Gerbäuser ex Dinckelspiel, duobus milliarib. vltra Elvange, Scabies fut-
38. annorum rusticus, à tribus annis ægrotas, in poplitibus vexari cœpit ligna, siue
scabie furfurosa, maligna, vrente, & vehementer pruriens, potissim lepra græ-
cum noctu & cum calet, per totum corpus affigitur, nec ipsum etiam caput corum.
immune est & facies tota, interdum fluit ichor luteus, de alijs affectibus non
conqueritur: Vxorem, & liberos benè habere ait, hoc anno inunctus fuit by-
drargyro per quatuordecim dies in hypocastio calido, vnde omnia deteriora: ho:
die primū venit capiens balneare. Verum deficiente loco, coæctus est, sicuti &
alijs multi, discedere. Existimo illum laborasse lepra græcorum: & balneum mul-
tum ei profuturum, sicuti profuit alijs multis, similibus morbis laborantibus.

2 Barbara Geyger ex Suevia Münchingen quatuor milliaribus, vltra Augu- Tumorpe-
stam Vindelicorum, annorum 25. maritata, & liberos suscepit: ab anno cœpit la- dis cum vl-
borare dolore in planta pedis: à tribus mensibus ortum vlcus circa malleolum, &
internam pedis partem: per sex septimanas cruciata est maximis doloribus, nec
dormire poterat, fluebat potissimum aqua crocea, puris parum: causam morbi pua-

tat luxationem, quæ ambulando obtigisset. Cum à quatuordecim diebus incipieret balneare tantus erat tumor totius iuncturae pedis, vt ambabus manibus amplecti non posset, cum magnis doloribus, qui cessarunt diminuto etiā tumore, ad duas partes: mouet articulum cum ante balneum non posset: sicut quidem adhuc aqua vel liquor per ulcera, sed balneat etiamnum: Octobris 18. vidi ulcera quæ parva admodum, nec fluunt, vt antè, nec doloribus urgent, vt aliás, ambulat lubenter. Diutius lauaret si non obstatet paupertas: puto adeisse osium casriem: quicquid sit, multū illam iuuat & iuuat aqua medicata fontis Admirabilis.

3 Anna Scheidererin ex Heidnichenheim vrbe Virtembergica, que hinc distat quatuor milia ibus, annorum circiter 20. non maritata, habet tumores circa pollicem dextri pedis & secundum digitum: vbi ulcera fistulosa. Primiò laborauit tumor sub poplite cum ulceribus profundis, à quo tumore curata fuit. Habet ulcera in brachio dextro, extrema manu, & cubito, quem fletere non potest: quorum quedam curata, quedam non: adeò tumor in collo in dextra parte, vbi scrophulæ: iuxta tempora sunt quedam ulcera partim curata, partim non, & in oculi dextri angulo externo etiam ulcus. A quatuor circiter annis cœpit morbus: ait exposuisse plus quam centum florenos patrem aurigan nec potuisse curari: Licet à triduo tantum cœperit balneare, dicit conferre balneum, & ulcera incipere curari. Octobris 3. prædicta ad me venit, indicans se statuisse discedere & desistere à lotione, se in toto corpore curatam, remanente tamen iunctura olis crani immobili, quod non mirum, cum antiquatus sit morbus, nec villa diligenter adhibita pro tentanda extensione cubiti.

4 Tumores & Barbara Strebelerin Augustana quæ adeò cum marito 30. annorum, liberos habuit: per octo annos maximos passa est dolores in tibia: primò nihil apparet, nec quicquam eorum quæ applicabantur conferebat. A biennio cœpit oriri tumor ad magnitudinem ouï anserini, qui durauit per annum cum doloribus continuis. Tandem eo aperto fluxit aqua citrina vrens & pruītum excitans: aderat ulcus profunditatis trium digitorum, quod ea decubente à partu cœraturum, idque à tredecim septimanis. Dum utero gestaret, intumuit ad nodum tibia usque ad genu cum summo rubore & pruritu ac excoriatione. In altera tibia etiam rubor & pruritus ac tumor fluens, qui cœpit cum fistula, verum tandem curatus. Habuit quoque tales tumores, excoriations & pruritus in vena manu. Dies agitur 12. ex quo balneat & optimè habet, tertio statim die à balnei vnu emolumentum sensit, ac cœpit ambulare, cum ne calceos quidem posset induere: dolores cessarunt qui antè erant continui vt non posset quiescere. Dicit se per totam vitam laudaturam Deum quid se liberarit à tantis doloribus, & celebraturam quoquinque veniet hanc aquam & balneum Bollense.

5 Valburgæ vxori lob. Georgij Bock filii ex Virtembergico pago Gruizingen 35 annorum quinques enixa, ab anno uno & semisse dum lactaret ortum erysipelas: (lactarat per 12. septimanas) ab erysipelate ortus tumor durus prope papillam, ita vt non potuerit mamillam illam jugendam præbere, altera

Cancer magna.

autem laetauit ad annum: ex papilla fissa fluebat ichor luteus. Annus est cum Chirurgus ex yrbe vicina corrosiuam aquā viridem apposuit, quae magnos creauit dolores: Is per 4. vel. 5. septimanas tractauit eam, volebat omnia septicis consumere: interea et imprægnata, cum gestasset vtero per 35. circiter septimanas, abortiuit. Exortus, enim erat magnus tumor circa scapulam, talis ut nec stare nec ambulare posset nisi suscitata, nec brachium ori applicare per 7. hebdomadas, valde imbecillis: Tandem erupit supra costas tumor cum tribus foraminibus effluxitque humor, ut putat, ad duas mensuras, mas ut vocant, vini consuetas in Ducatu, quæ magnæ: Conualuit tandem ab eo tumore & foraminibus. Mensis February principio incipit apparere tuberculum cœruleum, perinde ac si sanguine distenderetur, quod exuleratum tandem ambulando, ut putat, ex affrictu vestium, ita ut effluxerit sanguis: Adiit tunc medicastram in Nelingue, quæ sanitatem pollicita, per septimanas decem tractauit, dabat herbas in potu, cataplasma applicabat, nibilominus auctus morbus, interim ad brachium se extendit. Postremò cum medicamentis nihil proficeret, iniunxit illi ut ferri genera nouem sumeret, & vñūquodq; affricaret affectui iu nomine patris filij, & S. Sancti, sic curatum iri. Cum hæc frustra fecisset, adiit aliam mulierem in Richenbach, quæ, ut prior, pollicita sanitatem, negabat cancrum esse, linteolis in quandam aquam limpidadem immersis lauabat, & applicabat vnguenta, medicata est per 15. circiter septimanas: tandem indicauit se nō posse curare. Aug. 25. venit ad fontem Bollersem. Macilenta est: cancer magnus multis locis ulceratus: mas rito indicaui nullam mibi curationis spem: posse tamen eam experiri an balneū sit mitigaturum dolores, quibus vexatur. Sept. 30. venit ad me & demonstrauit in amillam: Violenter balneauit ad horas quotidie 8. Copiose bilit calidam & frigidam: ptebatur etiam cum cibis: Secundo die superuenit eruptio, quam vocant, & rubor non magnus. Postquam ad tres septimanas lauisset & bibisset, oritur alii profundum vebemens quod per dies quatuor duravit: putabat se moritur: plus quam vigesies alios noctu mouebatur: ab oclido iterū erupit copiosus, nec ab exulceratione & rubore adhuc in totum conualuit: Verum propter frigus quod facile sentit & percipit, non balneat diu. Cogitur enim à balneo longè ire in pagum: Cancer crevit, se extendens cum callosis labris, profundior est, sicut sub axilla habet: dolores quidem tantos non sentit, & præsertim noctu, nec etiam in brachio quantos sentiebat. Non mirum irritatū cancrum violentiori balnei vsu: Si moderatius balneasset, nec tamdiu hæsisset in solio, plus existimari potest illa reportaturam fuisse emolumenti. Ei consului ne cuiquam fidat sanitatem promittenti, ut solent impostores, & pecuniariū emunatores: Deo totū negotium commendaret: Cancrū quotidiē bis ablueret aquā medicata Bolleris vel alia cū melle calefacta: seques emplastrū curaret parandum, ita ut facile possit extendi supra pellem caninam ex qua faciat duo emplastrū alternatin mutanda. Recipe Vng. diapomph. lib. 1. Plumbi vst̄i 3. Ceræ & Olei rosati q. s. adlita terebinthina fiat ceratum. Augusti 23.

Medicastra.

Superstitio-
sum reme-
dium medi-
catrix.

Vicus magnum tibiae cū magnis dolotibus in moliere que non poterat ambulare.

6 Agnes vxor lob. Hincken ex Gruibingen annorum 30 aliquoties enixa, ab octo annis vexatur vlcere magno in interna parte tibiae sinistræ: quod ei accidit à partu, dum adhuc bæreret lecto: abortiuerait & 12 septimanis ante tempus perecerat: 15 autem diebus ante abortum circa coxendicem dolorem sensit ingenitem, vretem, ita vt non posset in lecto manere, nec crux mouere, sed retractum haberet. Perpessa est dolorem post partum etiam per sex septimanas: tandem descendit in tibiam rubor à genu ad pedem usque ardens: applicito tunc pane cum vino albo superuenere parue pustulae, postea paruum foranum, ex quo tandem magnum vlcus: Consuluit rusticum qui applicauit vnguentum quoddam per tres septimanas, quod non tantum non profuit, vt vlcus sit auctus: dixit deinde Chirurgum, qui aperuit saphenā & apposuit emplastrum per sex septimanas: a chirurgo penè curata, reuersa est domum rbi mansit per mensim. Verum cum iterum augeretur vlcus, ad Chirurgum reuersa apud illum morata est per 9. septimanas, donec diminutum vlcus: Intercia impregnata gestauit ad sextum mensem. Dum à partu decumberet, chirurgus iterum illam iniunxit & paruum vlcus voluit corrogius curare: vnde mirè auctus est. Postea uia est operâ Sacerdotis per annum, sed frustra, vt etiam aliorum. A quinque septimanis balneat. Spacio sex annorum non prodijt domo nec poterat ambulare: iam venit ipsa met ad fontem: dolores etiam dies noctesque cruciabant: multò latius & profundi erat vlcus, vt penè posset pugnum imponere: erat quoque folidum: nunc potest ambulare, leuiiores habet dolores, vlcus replete carne, & mundum est: Iam ab anno curabat sibi adferri aquam, quia magnum sentiebat ex ea emolumentum: Nobilem vocat aquam: persuadet sibi, si per facultates omnia suppetent necessaria, se curatum iri. Statuit adhuc per quatuor septimanas balneare.

Cortosiuum nocu-
mentum.
Medicaster
Sacerdos.

7 Mulier quædam existimata à quibusdam elephantica siue leprosa (cui articulus pollicis in manu exciderat, facies deformis & tuberculis plena) habuit aliquando pedes insensibiles, uia est aquis acidis, quas ait ventriculum non posse ferre: Fuit etiam in feriniis Thermis: dicit se sape sentire frigus, deinde calorem: conqueritur de crebro capitis dolore & defluxionibus: à 15. diebus balneat ad horas octo: balneat quidem consilio D. Doctoris Gabelchower, sed diutius, quam ipse prescripsit. Ideoque rogauit ut à tam longa mora in solio, potissimum propter dolorem capitis, quem sentit, desisteret. Præterea hanc purgationem curauit illi parandæ Göppingæ, quæ sumpsit Aug. 28. Recipe herb. Veronicae, Borraginis, Cichorii, Fumi terræ, Agimonye ana p. 3. Omnium fiat decoctio pro una dosi: eos etis & his abieccit, iuri addantur Senæ, Polypodiæ ana 3 p. Sem. seniculi contuse 3 i. bulliant simul, postea exprimantur: In expunctione ebulliant Agarici troch: 3 i. Epithymi 3 i. 3. Trium florum cord. ana p. 1. in col. diffidue syr. ros. lax. 3 i. 3. Misce fiat potus. Hæc purgatio satis commode & copiosè evacuauit. Ante usum balnei D. D. Oswaldus conuenientem sequentem potionem prescripsit Maij 27. Recipe Rad. Polypodiæ querc. 3 i. Cichorij 3 p. Lapatij acuti 3 ij. Enule 3 ij. Sunt. Lupuloru, Fumi terræ, scabiosæ, Veronica ana p. 1. Flor. Borraginis, Buglossæ

Morbus ac-
cedens ad
Elephantia-
sin siue le-
pram.

Buglossæ ana m. β. liqui. rasæ ʒ. β. Passul. ping. ʒ. i. β. infundatur in lib. iiij. aquæ fontis. Stent per noctem loco calido bene tefta, mane facte ebullitione ad cōsumptionem in qua tæ partis colentur. In colatura infunde fol. Senæ sine stipitibus ʒ. i. β. Rad. Ellebori nigri, Epithymi, Agarici albiss. ana 3. ij. Stent per horas 6. loco calido, deinde vnicæ ebullitione leuiter bulliant & colentur per setaceum sine expressione. Recipe Colaturæ ʒ. iiij. Syr. de famo terre ʒ. i. de epithymo ʒ. β. misse pro uno & sic pro alijs duobus. Sumpsit continuis tribus diebus, deinde detraxit sanguinem. D. D. Ioh. Exlinus Medicus insignis Göppingæ Augusti mensis 10. doctè hoc medicamentum præscripsit. Reciperad. Cichorij. 3. ij. Cymarum Absintij p. i. β. fol. Senæ 3. vj. Agarici troch. Turpeti ana 3. v. Rad. Elleb. nigri præp. ʒ. i. Passul. ʒ. i. zz. ʒ. ij. Cinnam. ʒ. β. Cort. citri ʒ. i. Contundantur & in sydone R. pugillus signatus Laxier bündtlin in ein halb maß weins. Domianus Exlinus augusti 14. hanc etiam præscripsit potionem. Recipe rad. posypodij ʒ. fl. fol. Senæ 3. v. Agar. troch. ʒ. i. Rhab. eleet. ʒ. β. passularum ʒ. i. Sesaminis anisi, feniculi ana 3. β. zz. ʒ. i. Cinnam. nucis mosch. Caryophyl. ana ʒ. β. coque in aqua font. q. s. ad dimidium. Recipe iuris exprefsi ʒ. iiij. Syr. ros. sol. ʒ. i. β. aquæ cinnam. ʒ. β. misce fiat purgatio.

Conquerebatur tūc de dolore ventriculi. Ceterum ex potu calidæ aquæ mane ac frigidæ cum sitit, benè habet: Ex naribus melius solito spirat & ait in mamilis quædam tubercula prodijse, quæ curata sint. Oculus sinister rubebat, sed melius nunc habet: dolor capititis à purgatione remisit. Laudat hoc balneum adeo ut statuerit sequenti anno redire, nunc propter frigus & loci nondum adornati incommoditatem, diutius balneare non potest. Vlcuscum habet in naribus quia scalpit: Præscripti illi vnguentum diajompholigos cum plumbo vsto & oleo rosato. Non dubito quia plus profuisset, si non tam violenter balneasset, & tempore commodiore.

8 Iacobus Hoffmeister ex Boli annorum circiter 72. dicit ante 50. annos pñ scabies trem laborasse maligna scabie, quæ cum nō potuisset curari balneo aquarum aciz malignardarum, curasse parandum tuguriolum ad fontem Zitteren, & catabum eò deinceps ad calefaciendum aquam, ibique balnasse & curatum: Se præterea alios vidisse ibi balneantes, quibus eadem profuerit: Vidisse quoque bibentes & cum emolumento. 9 Se etiam, cum ante 15. dies sentiret dolores circa præcordia, bisisse aquam & subito melius habuisse. 10 Ante triennium, cum ei oborti essent magni dolores in tibia dextra, vt exclamare cogeretur, licet nihil appareret, balneatore apposuisse cucurbitulam cum sacrificione, inde ortum pruritū ribus. & vlcera, ex quibus fluebat ichor luteus, tentasse balneatorem per medium annum ea curare: sed frustra adhibuisse remedias: Tandem eo reliktō adjisse alium Chirurgum, qui sanitatem promitteret: verūm eius medicamenta magis exulcescisse: per duos annos ijs vlceribus vexatum. Tandem accessita aqua ex fonte Zitteren, postquam in calefacta balnasset tibiam ac lauisset sexies vel septies, curatum iam ab anno. Sanè apparent vestigia magnorum vlcerum. Idem dicit fonte

Dolor præcordiorum.

Dolor tibiarum cum vlceribus.

- Zitteren quā do fornicē obseptus. Zitteren à triginta circiter annis fornicē inclusum, cum ante esset sepe tantum & reuulatus: Pecora auidè ac petuiisse aquam, nec non etiam feras. Eadem etiā testatur. 11 Jacobus Schilkopff Bollenfis 80. circiter annos natus.
- Pecora & fetas appetere aquam fontis Zitteren. 12 Blasius Schilkopff Bollenfis, septuagenerius plus minus & qui natus est, ut ait, tempore belli rustici: narrat se à patre intellexisse quandam, cui tibia esset insensilis, parato tuguriolo ad fontem Zitteren, & delato eō cucabo ad calefaciendum aquam, balneasse & curatum fuisse.
- Vlceræ tibie 13 Henricus Eychelen Bollenfis annorum circiter 60. dicit se habuisse consanguineum, vocatum Beck Endeile ante annos circiter 30. qui cum haberet viscerain altera tibia, & frustra varijs vsus esset remedij, tandem vnu fontis Zitteren sit curatus. Fons olim, ut ait, non erat profundus: sed in plano sursum per ren qualis, olim fuerit, posset; supra innataffe aliquid ex cœruleo albicantis, quod maxu ab ijs qui bibere suus.
- Fons Zitteren sit curatus. Fons olim, ut ait, non erat profundus: sed in plano sursum per ren qualis, olim fuerit, posset; supra innataffe aliquid ex cœruleo albicantis, quod maxu ab ijs qui bibere suus.
- Sapor &c. 14 Etormus, assumptam etiam taies ructus excitasse, odorem fuisse veluti sulphuris. Quia autem animalia magna cum auiditate è acurrerent, utile viuum fuisse.
- Animalia appetebant fontem Zitteren. 15 fornicē tegere: tectum etiam fontem habuisse: in superficie aquæ quiddam cœrulei, subtus autem limpidam fuisse: Profuentes aquas etiam efflorescentiam sub cœruleam veluti florem lacte. Vnlchirium vocant, innatantem secum detulisse, ut ipsi & alij etiā narrant: odor eminus sentiebatur.
- Imbecillitas tibiarū à casu. 16 Ioh. Klein ex Birkfeld Neoburgicæ præfecturæ annorum 25. ante biennium decidit ex arbore in pedes, unde decubuit per septem hebdomadas: non posterat surgere, nec dorsum flestere, nec mouere tibias: Manebat ut locabatur: Per ostiadium non potuit reddere vrinam, elapsis 7. hebdomadibus cœpit parvum ambulare fulcris subinxus: ita tamen ut traheret tibias: Multis vnguentis usus est, ac in thermis ferinis & Marchionianis, in singulis ad quatuor septimanas fere balneauit: In utrisque cutis efflorescentie eruperunt: Verùm nibil profuerunt, nec sensit emolumentum. In fonte Zitteren balneat à 15. diebus, bis cutis effloruit, nondum meliora sentit, quæ speraret, si ferment facultates ut posset adbus manere ad 15. dies. Verùm penuria illum à balneis abigit: Ambulat quidem sine fulcris: sed cum magna difficultate, sensuque inter ambulandum doloris in dorso, & tibiarum imbecillitatis.
- Vlceræ tibie 17 Aug. 25. Ioh. Störitz ex Eberbach præfecturæ Göppingenfis 40. circiter annorum pastor à 15. annis, habet vlcus in tibia sinistra anteriore parte sive antenimio excitatum ex casu, quo ablata fuerat cutis: à qua tamen excoriatione fuerat curatus: Verùm superuenientibus erysipelatis ert a vicuscula, qua iterum ianabuntur. Verùm negleccis ijs à triennio factum magnum vlcus, quod tamen interdum occludebatur usq; ad magnitudinem vnguis. Triennium est quid thermis Badensibus Heluetiorū per tres septimanas lauerit, & quidē non sine insipaci profectu; verùm deficientibus nūmī, non potuit quādīn oportet, balneare. Post balneū igitur adit Chirurgum, qui adhibita aqua acri, erodente vlcus ex-
- Cortisius-
rum nōcu-
mactum.

acerbavit: circumforaneorum remedia multa frustra applicauit. Biennium est quod iterum adierit thermas Badenses & ijs usus per tres septimanas penè curatus sit. Postea impostrit varias herbas, folia Quercus & alia ab empiricis desumpta. Superiore anno circa vindemias, tertio in aquis Badensibus Heluetiorum, postquam dies 14. lauisset, cessauit per tres septimanas, & iterum ingressus solum balneauit ad septimanas tres: hac vice non profuit balneum. Circa festum diui Martini conuenit Chirurgū, qui per quadrantē anni tentauit eum medicamentis curare quæ summos excitabant dolores, vt non posset dies noctesq; quiescere. Circa huius anni Pascha cum maxima effet ulcus, doloresq; magnos sentiret, nec posset ambulare, accersit aquam Bollensem ex fonte Zitteren, quotidie bis in ea balneabat: superpositis postea folijs herbæ quæ vulgo Leuitiscū dicitur, idq; consilio cuiusdam mulieris, quibus postea semper usus donec ad fontem resedit, interdum sedabantur dolores aliquantulum: qui recurrebant vehementiores: Ulcerā tandem curata, sed iterum aperta. A quatuor septimanis balneat: Cum adseruit, tibia erat valde tumida & ulcerā admodū magna, dolores vehementes fini gulis horis ad exclamationem commouētes, & nunc cessarunt: multum detumuit tibia & plus quam media parte occulsum ulcus, ex quo adhuc stillat aqua crocea. Octauo die ab ingressu soli corpus effloruit, & proximè iterum ab octavo: quoz tide ferè balneauit ad horas 8. vel 9. Habuerat etiam ulcerā in dextra tibia, curata tamen antequam inciperet balneare. Sept. 12. cum mibi secundò monstraret tibiam, ulcus erat penè repletum carne, & cicatrice egregiè obducebatur. Octobris 14. tertio vidi ulcus adhuc satis magnum, minus tamen quam ante. Suas ut desisteret à balneo, quia diu lauisset & corpus macilentum ante, factum nūc habitius effet, uteretur emplastro sequenti, & lauaret tibiam quotidie aquâ medicata frigida. R. vnguēti diapomphylagos. 3. ij. pulu. plumbi vsti & loti cū aqua Solani. 3. i. Ceræ & terebinth. aquâ eadem lotæ q. s. Ol. ros. parvū, fiat emplastrū.

16 lob. Schurbraut ex Breitholtz Tübingensis praelector, 56. circiter annos natus ante quinque annos laborare cœpit imbecillitate crurum, ita vt non posset ambulare, quæ imbecillitas ex improviso aduenit. Accersitus Tübinga M. Andreas Chirurgus, per quindecim dies adhibuit vnguēta, unde restituta ingredie- di facultas. Postea ortus pruritus & ulcera, quæ curauit folijs querñis: in crure Folia querñistro remansit ulcusculum foraminis in star. Quatuor sunt anni quod fuit in thermis ferint per tres septimanas, sed sine profectu. Tertius agitur annis ex Scarificatio-

Vlcerā tibiatum cū tumore &c. doloribus ac spirandi difficultate.

quo balneauit in aquis Antigast per tres septimanas absq; vlo emolumēto. Ab eo tempore aucto ulcere cōsuluit balneariorē qui stipulatus s. florenos, sanitatē pmisit: supra ulcus usus scarificatione, planè curauit: perū quo loco scarificationes facte orta ulcera, quæ ipse æger herbis exsiccauit: sed inferius alia orta, vbi primū ulcus erat. Ante biennium exortū ulcus in dextræ tibiæ interna parte circa malleolū, quod ipse curauit, adhibitis solis folijs Quercis. Hæc ulcera per totū biennium mul- Folia Quercus.

tū torserūt cū tota nocte ardenti dolore, ita vt nō posset quiescere, interdiu tumescat, mane detumuerant. A quinq; septimanis ulcera tibiæ finistræ circa mallicolū

profundiore euadente, adiit suum Chirurgum Tybingensem, cuius suprà membra nimis, cui non displicuit consilium de adeudo nouo balneo, ut in eo lauaret: quod cœpit à quinque septimanis. Prima die qua ingressus solium, cessarunt dolores & commode dormiuit: Ulcera autem in vtraque tibia non erant maiora denas risis, que ita torquabant. Iam verò non injurie sunt amplius tibiæ. Difficulter spirat, cibi semper bene sapient. Multum quidem sudauit, sine omni tamen eruzione, licet copiosè biberet aquam medicatam & iuscula ex ea paranda curareb. Curato discedenti suasi ut post mensem adeat Medicum Tybingensem, curet se purgandum medicamento quod educat serosa excrements. Oëstiduo verò post detrahatur sanguinem è brachij sinistri siexura, ac octo diebus postea in vaporario cucurbitulas cum scarificatione curet adhibendas scapulis & brachijs, non autem femoribus & tibijs.

Varices maxima cum
vleribus.

17 Georgius Berg Bollenfis annorum circiter 44. rusticus, militiam secutus à multis annis diuexatus erysipelatis in tibia sinistra, in qua à septem etiâ annis cœperunt se ostentare varices: ante quinque annos habuit ulcera quæ furent curata. A quinque annis interdiu intumescit tibia. A medio anno iterum adiunt ulcera sparsim per tibiam quæ pruriunt. A tribus septimanis magnus bubo in inguine & dolores: una è varicibus ei scapello septies vel octies in interna parte tibiæ aperta: à sectione vene cessant dolores ad octiduum. Ab iennio sepius scarificauit supra genu & supra pedium versus digitos: Ulcera quidem non sunt profunda, sed varices magna, etiam supra genu: hoc anno non emissus ex ijs sanguis. Suasi ut bis in anno aperiat venam in brachio sinistro: & cum dolores erunt magni, curet ex varicibus extrahendum sanguinem, quandoquidem effuseuit: scarificationem nō curet faciendam supra pedium sed supra humeros singulis mensibus, & sudet: Posse etiam experiri aquam fontis & balnei mirabilis pro curatione ulcerum.

Ulcera ti-
biarum &
erorum cu-
magnis do-
loribus &
aumore.

18 Georgius Franck ex Eckerdingen uno miliari à Stuccardia etatis circiter 28. annorum, à 7. anni capite vexari pustulis tibiарum ardentibus, ex quibus stillabat ichor croceus, fluxerunt per triennium priusquam adhiberet remedia Quartzus nunc agitur annus ex quo in balneo dicto Sewbad lauit per tres septimanas accuratus fuit: verum cum aliquot diebus post à venatione incalescens transiisset per multas aquas (vnde frigus etiam passus ac calorem) eruperunt de novo pustulae lucentes, quæ deinde nigredinem acquisivere. Paulò post à Chirurgo quodam apertis venis internis sub genu vel proplite (vocant Brandader) in vtraque tibia, inde emolumentum sensit: Verum cum Chirurgus ille esset balneator, interdictum illi ne amplius ita sordida tractaret ulcera: utebatur vnguento albo Stuccardiano quod proderat quidem, sed non curebat. Sex sunt septimanae cum venit in balneum: In sinistra tibia erant magna ulcera & multa: restat nunc tantum unum paruum: In dextra tibia habebat ulcera quæ ad femur & inguinem pertingebant eaque magna, tumebant valde tibiæ, dies non esseque non poterat dormire pre dolore, nec nisi bacillo innixus ambulare. Ve-

rūm secundo die à lotione effauit dolor, sic vt non amplius senserit: detumuerunt tibiae: femur & tibia dextra non curata, quotidiè manebat in lauacro 8. horas: Ter facta expulso per totum corpus. Ulceri inspergit puluerem è cacabo. Potissimum bibit aquam frigidam medicatam, quæ ei non nocet: interdum bibit aliquid vini: aqua mouebat illi alium: vult adhuc balneare. Sept. 23. abituriēs me conuenit ac indicavit se Deo gratias agere ob recuperatam integrā sanitatem: Corpus suum à 27. Augusti quartō effloruisse, à tribus nunc septimanis nibil eruptionis aut ruboris amplius apparuisse: Eruptionem excitasse magnū pruritum & cutis ardorem. Noctu səpius sudasse & multū: tribus septimanis se non multū bibisse, restincta sit quatorquebatur. Ab octiduo deſjt violenter balneare. Consilium discedenti dedi vt ſæpe detrabit ſanguinem, & in brachij & ſcapulis procuret scarificationes non autem in cruribus: pelle caninas eaſe ſæpe illitas oleo roſato ne indureſcant, curet adaptantur tibis.

19 Iacobus Boff tabellarius Stuccardiana cancellariae annorū circiter 30 afficitur dolore tibiae ſinistra: cuius principium eiusmodi. Ventris doloribus per magnis doloribus 8. circiter septimanas ut existimaretur moriturus, laborauit: qui verſura ſaz fabie to Etia in tibiam dederunt: ſubsecutus tumor magnus in inguine, insigniter quoque intumuit crus, vnde apostema in femoris posteriore parte, qui ad ris. furam vſque peruenierit, adeo ut non potuerit per tres septimanas ambulare. Tandem ulcera aperta in tibia, quæ chirurgus quidam fruſtra conatus est ſpatio 6. septimanarum curare: Vſus deinde balneo diēto Sewbad per 20 dies, nec tam ſanata ulcera. Biennium eſt cum fruſtra fuit in ferinis thermis. Ab eo tempore imposuit tantum folia arborum & herbarum obuiarum, & curabat aperiendam venam poplitis quam Brandader vocat. Ab octiduo lauat: tibia ante balneum valde tumebat, dolores magnos patiebatur dies nocte 3. Quædam ulcera iam curata ſunt, alia multò minora, quæ ſanantur: cefſarunt dolores & dormire potest, detumuit etiam. Hic factus eſt primitus totus ſcabies, nunc tota ſcabies curata: beri caput eruptio: per octo horas quotidie ferè b'neauit. Bis per aluum. bit aquam medicatam calidam & frigidam, quæ eum euacuat per aluum copioſe: vult adhuc diutius balneare, ſperat ſe in totum curatum iri: vericofa tibia eſt. Sept. 25. ad me venit, ostendit tibiam quæ bene ſe habet, reſtat tantum ulcus culum: mirè laudat, adeo ut quanquam in opia prematur, grandi eri vſum balnei preferat, Me ſuadente balneabit adhuc per aliquot dies, tantillum quotidie. Consului ut curet ſibi tibiale e pelle canina parari, venam ſecare, & cucurbitulas humeris & brachij applicare.

20 Melchiori Stolz ex Haufstetten propè Auguſtam fabro lignario 44. annos Maxima vi nato, à biennio fractum vtrumque crus & carnes contuſæ à trabe quæ in crura cederat. Dextrum quidem crus fuit tractatum per 13. septimanas, quod tandem ex fratura gangrena ſuperueniente, ei fuit exciſum & ademptum à balneatore, qui pefſi- & contuſio ne. mē amputauit, vt ſententiam contra illum tulerint tres Chirurgi Memmingen-

ses, quod vidi. Os femoris extra neruos ita eminebat retractis masculis ut post multas septimanas iterum solum fuerit os. In crure multa sunt ulceræ: quæ autem erant ex vulneribus, occlusa sunt: hæc vero orta recens apostematæ & ulceræ. Præterito anno lauit in balneo dicto Vendling Vvildbad (duobus miliaribus à Nerling disto) quod calefaciunt, in eo mansit per sex septimanas: verum nihil planè profuit. Hoc vere lauit Badenis Marchionum per septem hebdomadas: tantum abest ut adiutus sit, ut in deteriorius abeat crus. Sex sunt septimanae ex quo vtitur solo Bollensi, ex quo sentit magnum emolumentum: speraret se curatum iri si per facultates posset diutius in hoc lauacro perseverare Aug. 31. vidi miserandum femur paruis apostematibus & ulceribus scatens quorum quædam curabantur, multa curata.

Ulceræ tibiæ 21 Michaeli Beiteilchieser ex Brucken Kirchenfis Praefecturæ annorum inueterata. 20, rustico quatuor sunt anni cum orta est pustula nigra in tibiae externa parte: cui varias herbas apposuit. Ad Chirurgum balneatorem totos noveni mensis itabat, non potuit tamen curari, ante biennium fuit in Schwbad, balneauit per 20. dies: sanitas restituta, sed non diurna. Post trimestre enim iterum ulcerata tibia: ab eo tempore tantum herbas imposuit: 10. diebus balneat: ante balneum tumebat valde tibia, magnos habuit dolores hacestate, qui nunc cessarunt & incipiunt ulceræ curari: Statuit ad perfectam usq; sanitatem lauare Sept. 17. illius vidi ulceræ curata: in uno restat tantillum nondum occlusum nec cicatrice obductum, benè habet, sicut ut balnearet adhuc donec in totum inducatur cicatrix: non ita tamen diu, ut ante: canina postea pelle inuoluat ulceratas partes sapius detrahat sanguinem ex brachio: sive in Laconico sedeat, scarificet si velut supra humeros & in brachijs. Mansit ille quidem ad 21. & ulceræ omnia curata sunt.

Ventrissator 22 Aug. 28. Accepi D. Adamum Iung Medicinæ Doctorem balneare in aqua mina. fontis medicatiæ Bollensi ob ventris, ut aiunt, tormina: aquam autem curat ex Boll Göppingam deuebendam.

Empirici cu*m* iusdam cœ*m* 23 Mibi demonstrata epistola, in qua hæc scripta. Due sunt aquæ Bolleniæ diversæ, nuper quædam est inuenta admodum falsa, que non videtur apta qua Bollensi medicinæ: altera aqua (qua pro thermis habetur à quibusdam) habet aluminiis aliquid & multum sulphuris, quod in vaporem est resolutum Non posset autem aliquid aptius esse Sulphur, pro curanda scabie quam hoc ipsum resolutum, tantum mibi constat de hac aqua.

Ventriculi interperies frigida. 24 Aug. 30 intellexi ex D. M. Tobia Cepario Concionatoris Bollensi synergo, suo ventriculo profuisse potum aquæ medicatæ Bollensiæ etiam ieiunè assumpsum, quamvis frigidum habeat ventriculum, iudicio etiam medicorum qui aciudalarum ei pota interdicunt.

Angustia pectoris: mēles sup. 25 Diaconus cuius modò meminimus, qui in concinnanda historia mea fontis Bollensiæ adiuit, hæc ipsomet de sua uxore scripsit. Coniunx mea Barbara a nobis pressa. gustiam pectoris perpessa tantam, ut si scalæ, aut locus acclivis esset ascendens,

fuffocationis periculum metueret. Accessit et mensium suppressio, quæ concep-
tus, licet falso, suspicione iniecit: quo nomine aquas Bollenses bibit. Vnde no-
tantum facilior redditia respiratio, sed et menses concitati, sic ut trimestri fluxu
continuo minimèq; interposito corpus exaltè sit purgatum.

26 Io. P'beber ex duob; Kirchenfis prefectoria textor; annorum, ante quas papulae &
triennium capiunt vexari papulis & ulceribus in vtraz tibia: quater versus est balz-
biatum. neo Sewbad, quod proderat quidem, sed non intotum curabat: varijs versus est re-
medijs, sed frustra: scilicet venæ pedum ante biennium, adhibita etiam cucurbis
tula cum scarificatione. Decimus quintus agitur dies ex quo solium ingrebus:
tunc aderant ulcera & papulae ad genua usque, ardentes cum surgeret, decum-
benti dolores cessabant: habebat quoq; in manibus papulas: biduo a lauatione in
totum cessarunt dolores & ita curatio succedit ut primâ septimana in totu[m] con-
ualuerit. Lauabat per 8. vel 9 horas & etiam 10. Eruperunt semel per totum cor-
pus exanthemata rubra: bibebat tantum aquam fontis medicati in pastu, eamq;
frigidam, non purgauit. Hac hebdomadâ statuit paulatim à lotione desistere.

27 Petrus Schleweis ex Biubingen annorum forte 55. toteutes, cui à 12. annis cum
incepert tunere tibiæ & ulcerari: versus est scarificationibus & venæ sectionib; doloribus,
bus in tibijs: ulcera sèpius curauit herba vocata *Hüffspickel*, quæ prouenit tumore, la-
bi in Gruibingen: Eam incoquebat vino, quo primùm ablucbat, herba pòst impone-
bat. ut ebatur etiā vnguento quod parabat, sed hoc anno nihil profuit. Lauat à 13. spirandi dif-
diebus: cum tornaret, tibiae tumebant vesperi, noctu derum secebant: magnos hoc Huffspicke
anno dolores sensit. vrenses potissimum ambulando: vtraz tibia erat ulcerata: herba.
cessarunt in totum dolores: in sinistra incipiunt in totum curari ulcera, sperat

breui sanatum iri. Existimat se balneaturum adhuc per quatuor dies: lauabat Euacuatio
per 9. vel 10. horas: effloruit corpus sexto vel septimo die: bilit aqua calidam & aqua.
frigidam: bilit etiam frigidam antequam in solium descenderet, quæ vehemeter
euacuauit multa viscosa, alba, fissa. Savus discessit 7. Septembris: 29. autem ves- Pilosella
tit ad me, allata promissa prædicta herba, quæ est Philosella maior Tragi: In- maior Trag-
dicauit se haffenus quotidie mane & vesperi baineasse tibijs per medium hos
ram vel quadrantem, impone elintea madejacta, tibiae potissimum dextræ, in
qua non nihil doloris sentit, licet ulcera curata sint: se alioqui bene habere: ante
à Chirurgo ei prescriptum vnguentum, quo inuixit brachia & dorsum, & panca diebus curatus fuit. Verum non ita diu post iterum per omnia membra erupere: circa diem Diuo Ioāni sacrum balneo per 21 dies in aqua fontis macelli Stutgardiani curatus, circiter diui Bartholomei festum longè deterius quam antea habuit. Anno 87. cum esset pauper, implorata ope magistratus urbis, cum laboraz ret morbo aspectu tetro, capite obducto horrenda crux & brachijs & cruribus squamis scatentibus, Medico & Chirurgo consulentibus repurgatus, detracetus sanguis, vsus per 5. septimanas ligno Indico, iterum curatus est. Dum vteretur autem potionē ligni, grauiter agrotauit ex punctionibus sinistri lateris; intra tamen tres septimanas cœpit melius habere, & multa sordida expuere, pus & sanguinem: metuebat apostema internum, sanus tamen permanxit ad diui Ioannis diem anni 1588. Tum verò recurrerit morbus qualis ante: Quamobrem ex mesdici consilio ad ferinas thermas se contulit, in quibus frustra balneauit. Anno 1589. sua medici & chirurgi vsus est potionē ligni Indici: imbecillitatē omnium artuum persenſit, non fuit curatus, tota kyeme decubuit. Anno 90. à Senatu allegatus ad fontes acidos baineauit ad septimanas 22. conualuit: sed sub autumnū recrudeſcente morbo anno 1591. propter pauperiem relegatus est secundò in dormum leproſorum. Anno 1592. iniunxit illi, ut vteretur balneo Sultzbad in Cannstatt, quo vius est per 14. dies: verum non curatus inde exiuit. Anno 93. vsus balsamo in domo leproſorum, sanatus est: verum sanitas parum diurna durauit tantum per 4. septimanas. Anno 94. in domo leproſorum iterum vsus balneo, conualescuit ut ante: iterumq. recrudeſcit morbus. Anno 1595. auſilio illi. E. C. cum non ſolum caput, sed etiam manus, axilla, & pedes ſcaterent abominabilibus cruxis, repurgatus fuit ab Ioh. Baubino III. E. C. medico hac formulā remedy. R. Polypodium, Sennæ ana 3. i. Borraginis, Fumiferra, Lupuliana m. i. Sem. feniculi 3. ij. Fiat decoctione pro duabus dosibus: In una dosi diſſolute Conſect. Hamech, El. de ſucco roſarum ana 3. ij. miſce, fiat potus mansum ſumēdus. Postea ſecta vena. Tandem eo conſulente iuit ad fontem nouum Bollenem, ibi lauit vitra horas 100. vnde in totum ſanctus & mundus redditus est, & nunc benē habet ac muſis ſuis fungitur ab anno uno & ſemiffe.

Vyolffgangus Bader Chirurgus III. Cels. Vviremb.

Hactenus bonâ fide & simplici cädore historias commemorauimus eorum, qui Aquas Bollenſibus ad Nouembris usque principium anni 1596. vſi sunt, quo tempore, licet alperiore, ideoque minus oportuno, plures adhuc lauabant,

DE FONTE ADMIRABILI
BOLLENSI LIBRI SECUNDI, IN
QVO DE BALNEORVM ET A QVARVM MEDICA-
tarum vsu in genere, tum in specie de Bollenium
aquarum legitima & vtili in varijs morbis
administratione agitur,

*Sectio prior de aquarum medicatarum balneo, potu,
vapore, sillicidio, clystere, fofu, luto.*

Aquas medicatas quasdam noxias esse, non tamen omnes: immo vetes
ribus nonnullas in potu usurpatas, non minùs quam hodie: An
Bollenses tutò & salubriter bibantur?

C A P V T. I.

*Acta nobis sunt fundamenta futurae disputationis in sus-
perioribus. Nam & à quibus mineralibus Bollenses aquæ
vires suas mutuentur, & qui qualibusque morbis affecti
salutarem earum opem senserint, fideli recensione abundè
explicauimus. Deinceps & rōvēnq; aquarū, que suprà com-
memorauimus, rectum usum Bollenium nostrarum, mor-
bosque quibus illae medentur colligemus: quod ut eò rectius
fiat, à carceribus rem altius paulò arcessemus. Quædā aquæ
omnibus quounque modo mortiferæ sunt tam potu quam lotione: ut Cycbri
in Thracia aqua. Aliæ sunt potu solum letiales, qualis olim Neptunius fons
Terracinae, ut est apud Vitruvium: quare ab antiquis obturatus fuisse legitur.
Prope Mompessulum maritimo quadam vico nomine Peraut, fons manat, rea-
ferente mihi Dalechampio, procul etiam aduenientibus odorem bituminis dif-
fundens, exuberans nonnunquam, & foras exiliens, sepius in angusto cau-
litecens, sed aquis perpetuo horrendo murmure strepentibus: Moriuntur stan-
tim aues quæ illius aquam liberint: exarescent & vruntur herbe quas profluës
rigauerit, ab aqua marina, quæ interdum eum locum operit, non tantum danni
accipientes. Narrant & incole, quod de auero lacu proditum fuit, preterea-
lantes volucres afflatas eius vapore mortuas aliquando concidisse: In eo tamen
fonte bituminis erumpit nibil. Nonnullæ sunt ex his quæ hominibus quidem
sunt noxie, sed magis animalibus cæteris. Iccirco animalia quibus solùm earum
balibus aspirat, qualis est ille qui exhalat è Charoneo specu, quod vidimus inter
Neapolim & Puteolos iuxta lacum Agnani ad dextram, vel enecant statim, vel
in vita*

Propre Mon-
spelii aqua
mortifera.

Charoneus
specus.

*in vita periculam coniiciunt, nisi illico succurras. In quibusdam animalia deges-
tis moriuntur, qualis aqua inter Strapetum & Seburgum, referente Agricola,
qua pisces certo tempore necat. Ex illis etiam quedam certo animalium generi
exitiales sunt, quales illae que in illis locis sunt qua ägäa, vulgo Auerna dicun-
tur, vt in Baiano sinu & vocatus Volaterranus : Præterea inter Scarlinum Se-
nensem & Compigliam Florentinorum non longè à Populonia ruinis: Doro-
manus. Kentmannus apud Gesnerum de fossilibus : Pyrites venenatus qui
plumbi candidi venis adiungitur Eberndorfii : Si de aqua in qua lotus sit, aut ho-
mines aut animalia biberint, intereunt. Certum est quosdam fontes piscibus &
auibus morte inferre, hominibus salubres. Scribit lac. Theodorus in Schwal-
bacensibus acidulis vivere non posse pisces & locustas fluviatiles, nec etiam ra-
nas : & alios fontes acidos nulla ferre animalia venenata, buffones, serpentes &
hydros caecos (Blindschleichen) & semilia, nullos mures sive maiores, sive mi-
nores. In Schwalbach esse cellas, in quas coniecti mures tam maiores quam mi-
nores, muscae & limaces suffocantur : In ijs etiam homines suffocari posse nisi sibi
caueant: Aues etiam si intromittantur, subit in ipso volatu perire: vermes caseo-
rum extingui, se in ijs caseus iniiciatur vermiculosus. Nihilominus tamen
salubriter bibi appareat ex eodem lac. Theodoro. Idem ego obseruanus in Griesba-
chianis acidulis & Petrinis in quas immisi pisces, ranae & buffones, quasi mor-
tui, in motu manent: in aliis autem aquam translati reuiniscunt. In aquas Can-
stadianas prope Stuttgartiam (sunt autem ibi quatuor fontes, & forte plures,
vnu in vrbe, alter extrè vbi balneum, tertius paulò longius in prato valde pro-
fundus, quartus ad Neccarum fluuium) si iniiciantur pisces, vli expertus sum,
moriuntur. Audio etiam olim, cum vnu fons angustiore adhuc orificio breuo-
ribus terminis circumscripto minus liberè difflaretur, aues prætervolantes cons-
cidisse. Hæc sanè consideratione digna sunt, quem ob causam optarim Medicos
Monpessulanos exhibere aquam fontis versus Peraut alicui qui mortem com-
meruerit, bibendam: vt certo constet an hominibus venenata sit nec ne? Mibi
quidem cum degustarem visa est acida.*

*Iacobus Theodorus rem consideratione dignam proponit parte 2. cap. 49. The-
sauri, cum ait: Aquas quæ subtilitates argenti habent, salubres, nec non eas in
quibus extinguitur argentum: Nihilominus dicit aquam quæ per venas & du-
ctus metalli argenti transeunt ac etiam argentum secum vebunt, à quibusdam
per ignorantiam falso aquam argenteam existimari, eaque homines perdi & in
periculum coniici: Omnem aquam argenteam potu salubrem, aquam autem me-
talli argenti venenatam, nocuam & insalubrem. Hæc ille. Egoverò intelligere
non possum, cur aqua transiens per argentum sit venenata, nisi iungatur illi me-
tallum aut succus venenatus, vt lapis Kobalt (Cadmiam metallicam vocat Agi-
cola) qui reperitur in fodinis argenti vallis Leberanae. Fallopius sanè, vt ante
indicaimus, dicit argenium & aurum benigna metalla, & se credere aquas et-
iam benignas. Porro Gypsum quoque in aquis medicatis reperi prodiit; unde*

Auctina.

Aq. Schwæ.
bacenses a-
uibus & pis-
cibus no-
ciuæ.Griesbachia
næ aquæ.Canstadiæ
næ aquæ.De faciendo
periculo &
qua vene-
nata prope
Monpeliæ.Aqua per
venas argé-
ti transeua-
tes lathe-
les.

Engesta balnea. balnei montis Groti in agro Patavino vsu non nequaquam in potututum esse. Idem ex Gesnero Engestorum balnearum eandem esse missionem creditit. Andernac

Aqua vocata Volaterrana sale, sulphure, & alumine copiose imbutae nec non peris lateranae. Nam adeo maligni vapores inde exhalant, ut aues illas prætervolantes necent. Fallopinus de thermis: An aqua medicata reperiatur que in se continet plumbum & stannum prorsus ignoro: Testatur tamen Gesnerus in Germania reperiri talem aquam. Balneum illud vocari à plumbo quod in se habet,

Plumbarium. Item cap. II. In vinae sunt omnes illæ aquæ que habent in se aliquid metallorum noxiiorum ineptæ sunt in potu, in primis que plumbum, quales sunt in Germania dictæ plumbæ vel plumbares, que in potu nullo modo aquæ Fallō: sunt exhibendæ, quia periculum est ne natura plumbi conuersa vel in litharion non bim: gyrum, vel in aliud simile, vt solet, hominem necet. Ineptæ quoque que habent in se substantiam gypsum, quales balnei montis Groti: item que habent bitumen liquidum præcipue Naphtam: Aquas æreas non exhiberem in potu. Hæc ille.

Aquas Plumarias caparet in ijs quibus globi in corpore per plures annos hærent, & ex eius vsu ad llore vehementi non possunt exhibendi, quia periculum est ne natura plumbi conuersa vel in litharyum, vel in aliud simile, vt solet, hominem necet. Ineptæ quoque que habent in se substantiam gypsum, quales balnei montis Groti: item que habent bitumen liquidum præcipue Naphtam: Aquas æreas non exhiberem in potu. Hæc ille.

Aqua plumaris non insalubres in potu. At cum plumbum non videatur naturæ inimicum, sed salubre, vt apertur in ijs quibus globi in corpore per plures annos hærent, & ex eius vsu ad vlcera: examinandum propono an calor humanus tantus sit, vt eo subtiles spissitudines vel vapores plumbi, si qui conuicerentur aquæ, posint conuerti in litharyum, reddere aquam mortiferam vel nocentem. Quid ad thermas attinet, que Plumbarie dicuntur in Lotharingia sitæ, earum aquam non esse

malignam, multò minus mortiferam scio, vt qui sibi ibi fuerim ipse, per plures septimanæ vsus in potu & balneo calido & frigido, magnis etiam exhibuerim salubriter, ac viderim salubriter exhibentes Principibus mulierum medicos Gallos, Lotharingos, Burgundos, idque anno 1504. cum comitatu Generosam Dominam Ludovicam vxorem Generosi Baronis Domini Constantini à Polwiller Mæcenatis mei. Tunc etiam Illust. Dux Carolus Lotharingiae cum sorore & filia ijs aquis vtebantur & potu & balneo. Andernacus sane non rejicit potum aquarum plumbariarum. Scribit enim, potas vesicæ vitijs opitulari, fluxiones siccare, antiquis febribus prodeſſe: albos mulierum fluores præsenter discutere, in quibusdam futuros postea prouocare: infuscandis mulieribus ob nimiam vulvae resolutionem & humorum copiam,

Qui dixerint Plumarias à plumbō dictas. valde prodeſſe. Interim scio, non solam Gesnerum & Fuchsium clarissimos meos Praeceptores, sed etiam Andernacum, Pictorium, Reinerum, Solenanus, lob. Gobelium, Thurnisum, Baccum uno ore dixisse Plumbarias tuberas à plumbō dictas, & copiosam quidem eius mixturam continere: Verum neminem video, qui sufficientem huīus opinionis rationem reddat. Ego

Plumieres dictæ a plumer. mihi potius persuadeo dictas Plumieres à deplumando, quod Gallis & Lotharingis est Plumer. Unde Andernacus sane in suo libro de balneis bene scripsit: Plumbarias vulgo Plumbersbad Gallicè dici Bains Plumiers. Pictoriū etiam scribit Plumiers, & bene quidem. Thermarum enim Plumariarum aliquot scaturigines ita calide & feruentes sunt, vt ijs deplumentur

An plumarix plumbū habeant.

ibum habeant me latet : quidam volunt afferere quia des
auger corpora : quod animaduertere non potui. Observavi quidem eos qui
non habebant industria denigrari : sed profectio non aqua in causa , reum sol
vrens. Sunt enim Thernie subdiales, vbi sol interdum cutem ardenter fecit,
præsertim si qui sui non habeant rationem , vel non induant industria , vel non
maneant sub tuguriolis. Curare insigniter ulcera maligna ac ad Elephantiasinm
accidentia certa experientia mea ac patris mei piae memorie loban. Baubini,
mibi constat : Nec tamen sequitur id fieri virtute plumbi : quandoquidem et
iam aliæ quedam medicare aquæ ea curant, & magnificè aqua fontis mirabilis.
Ioh. Gobelius lib. 3. de balneis scribit, diligenter obseruandum, aquas Plumbariæ
potui non esse aptas , quia natura plumbi facile mutetur in Quecksilber. id est bidraryrum aut in aliud venenatum metallum ex Fallopij sententia.
Miror unde tanta mutatio & tam subitanæ subtilium partium plumbi (si
que sint in aquis Plumarijs) que possint mutari in argentum viuum. Et certe
nihil tale inuenio apud Fallopium : nec, si Fallopius dixisset, possem verisimili-
ter dictum admittere : nisi Gobelius & Fallopius vel alij fide digni comparis-
sent, aquis illis metallica argenteo colore dealbari , vel proxime ad scaturigines
adesse plumbum, ex quo extraheretur Hydargyrum.

Thurnisius lib. 6. in suo Pisone cap. 49. ait Aquas plumbarias constare
plumbis. partibus, sulphuris 2. aluminis 1. salis nitri 2. aquæ non medicat. (Wildwasser vocat) 14. Verum quis credat aurifabro indocto , qui post de-
ceptos & fascinatos insignes Principes, magnates & doctos viros (ut solent eius
modi pollicitatores) diurno miserabilis carceris supplicio suas chymicas impos-
turas luit.

Baccius de thermis lib. 1. cap. 8. dicit : Prudenter vero que per fistulas me-
tallicas leguntur aquæ, cauendæ sunt ob æruginem quam concipiunt, bibens
tibus est uosam ac intestinis sua acritate noxiæ. Ex tegulis plumbis mis-
sus vitij aquas concipere quidam hodie scriptores existimant. Vñsi si quidem De aquis
eas esse Gallis , Belgis , ac Pannonijs & toti ferè Germaniæ : adeoque si que trans-
lædantur nonnulli , id aquis ipsiis, inquiunt , non tubis vitio vertendum.
De aquis
Veruntamen miror huic authoris paradoxon : Nam cum nos sciamus eas os-
mni etati suis damnatas , haud temere obtradenda posterioris noua opinio est.
Vñtruius vix aliud argumentum de earum malitia habuit quam à Cerussa: pa- Argumentum
riter nec eius materiam vacare vitio arbitratus est , ac propterea qui in vñtris
vñtruij à
nis plumbi lapidem fandunt squalenti facie esse & paucæ vita. Gal: 7. de Cerussa.
med. sec. loc. limum quendam ex plumbis tegulis aquas conducere afferuit, Prosternit
qui bibentibus varia alii profluvia sepe commouit &c. Quam noxam alij immis-
putant fermæ specificæ plumbi, alij quod partes ex eo ducant acres & tenues,
alij quod ex impuritate naturali substantia plumbi , qualitatem concipient pua-
tredini valde obnoxiam. Ego astum solis existimo, qui secundum regiones variat.

- Tubi plumbici olim Romæ. Quo contagio regiones illæ commemo rate ac vltiores maxime septentrionales quæ non adeò gaudent sole assiduo, carere possunt. Et ob hanc ipsam causam vis demus in antiquitatibus viris Romæ, quod sub prima illa artium luce, plerumq; tubi aquarum ductuum subterrani de plumbo fiebant, qui radiorum solarium expertes nihil eius generis virtutis contrahere poterant. Propterea neque in æreis, neque in plumbis hydrijs seruanda aqua, quamquam si vrcei stannati sint virus æris eo linctu obducitur, vt communi usq; Plinius attestatur. Hæc ille. Veteres tubulos aquarum fecisse ex plumbo etiam obseruatum in ruinis amplissimis Espaniæ duoduri, nunc dicti Mandœure prope Montembelgardum Ill. mei Princeps & Archiepiscopi Vesuntini: vbi etiam nunc pulchræ antiquitates apparèt, & Romanorum & Græcorum numismata plurima reperiuntur, ex quibus siccior ab Attila destruetum. Aquas autem non facile venenatam qualitatem acquirere ex ys tubulis mihi persuideo si acrimoniam non habeant & continuè fluant. Considerandum etiam an aquæ in puro plumbo putrescentes potissimum, acquirant malignitatem à plumbo, vel propter putredinem ipsius aquæ. Baccio lib. 5. cap. 11. Syncera aquæ atramentosæ in potibus inutiles, stomacho aduersantur, corrosæ atque ulcerantes sunt, farcè in quoconque medicinæ usu reci piendæ Item lib. 6. cap. 12. Obseruatum verò est quid quæ aquæ minium abluunt, recta caput ipsum impetunt, mentemque obturbant. Quales Plinius ex Ctesia recentiuit fonte rubro in Æthiopia, vbi minium natuum tradidit Hermogenes, & de quo Ouidius in admirandis cœcinit lib. 15. Metamorphoses
- Æthiopasque lacus, quos si quis faucibus hanst,
Aut furit, aut patitur mirum grauitate soporem.
- Alter similis in Bæotia ad Trophonium deum, qui bibentibus oblivionem edat fert, vbi tamen aliis adfert memoriam, Plin. Et in Gæa insula aliis qui bebes facit vt testatur Parro. Similiter lacus in Troglodytis, qui præterea infanus dicitur.
- Pôs acidus Padelborn venenatus. Iac. Theodorus in Thesano aquatrico c. 1. Propter permixtionem Arsenici venenatus fons acidus in Episcopatu Padelborn. Georgius Agricola lib. 2. de natura eorum quæ fluunt ex terra. Lyncestis vini modo temulentos facit. Sed quæ multum succum lapidescentem combiberunt, potu mortem afferunt. Is enim nō aliter ac gypsum in aqua dissolutum, sub humore durescit, & viscera alligat & venas obstruit &c. Atramento si fuerint nimium acres, necant. Talis videtur fuisse aqua Stygis fluuij Thessaliæ, quo Alexandrum necauit Antipater. Aquæ que sunt infectæ venis auri, argenti, plumbi, stibij, neruos duros efficere, contrahere, tendere, similiter artus pituita replere & inflare solent. Ex ipsis verò ait quæ gutturosos efficiunt, vt in Norico supra luuanium, nobile oppidum, quod hodie, Salzburgum nominamus, atque in Alpibus duobus in locis, in Cillera valle, quæ distat ab Oeno ad octauum lapidem, meridiem versus: Eius vallis incolas & habitatores nationem Medullorum Vitruvius vialetur vocasse: Et in Sondra valle, quæ abest à Curia oppido Rhetia circiter duodecim milia
- Cœnandum ab æneis ac plumbeis hydriis. Epamaduo. durum.
- Cur aqua putrefactæ in canali bus vel vasis plumbis sit malignæ. Aquæ attramentosæ.

passuum: ubi præterea fons est, cuius aquæ pota adeo ledunt cerebrum, ut flo-
ridos faciant: atque etiam in Italia Equiculis gutturi intumescit aquarum, quæ
bibunt, vitio. Attamē aurum argentumque purum lambentes cor reficare quidam
putarunt. Quæ verò aquæ argenti viui venis imbuuntur, pota rapiuntur ad cas-
put, idque multis humoribus quos secum ferunt, repletæ, qui rursus delapsi labes
faciant gingivæ & artus: quod satis indicant inundationes ex argento viuo com-
positæ, & catapotia inde facta. Non tamen nego alias res intra terram inueniri,
quæ similes habeant nocendi vires. Arabæ quidem peculiares morbi Stomacace
& Scelotyrbe partim ex aquarum oriuntur prauitate, quorum alter os vitiat, al-
ter crura turbat: & in Germania maritimo tractu fons fuit aquæ dulcis, qua vt
Plinius inquit, pota inter biennium dentes deciderent, compagesque in gemibus
soluerentur: nec disjunctilis Susis, quæ vrbs est metropolis Persæ, fonticulus, ex
quo qui bibebant, amitterebant dentes, vt Vitruvius scriptum reliquit.

Sed præter reliquos perniciiale earum virus, censetur Baccio lib. 6. cap. 12. quas
argentum viuum contemnerat, in quo numero habet aquam Stygis dictam in
Arcadia, aliisque in Thessalia cognominem, tante acrimonie ut nullum vas
enemus resistaret, solaque mulæ vngula conteneri posset, ex quo mortiferam eius
naturam satis liquet esse manifestam. Huc accenset ex Vitruvio quoque eiusdem
generis in Berojo Taurorum colle tres fontes sine remedio, sine dolore mortife-
ros: aliasque aquam in Crobi regno memoratam in Alpibus, quam qui gustant, Cribis re-
statim concidunt.

Ceterum, vt ex aquis, alias hominibus, alias cæteris animalibus, aut eorum
quibusdam exitiales esse non est negandum: ita vice versa nonnullas medicatas
in usum hominum tam potu quam balneo tuò & non sine ciuidenti emolumèto
venire certum est: adeoque & hunc morem ab ultima antiquitate repetitum, hoc
die iure reuocatum celebrari. Et veteres quidem aquis thermarum & fontium
medicatorum usos demonstrant varij autores. Strabo quidem lib. 5. vbi describit
Italianam mentionem facit quarundam medicatarum aquarum, vt Albularum
& Labanarum quas in crebro fuisse vsu & potu ait, & in seßione ad fugandos
morbos: Ante autem dixerat in Cotiscolys parum procul ab urbe reperiiri fontem
medicatum aquæ frigidæ cuius usus fuerit & in potu & in seßione ad morbos
profugandos: Item in Pithecusis esse insulam quandam Aenariam vocatam à
Plinio & nunc Ilibiam vulgo, vt inquit Fallopius, in ea scatere aquas que erant
in usu ad comminuendos calculos & ad exturbandas arenulas ex vesica. Pausa-
nias in Arcadicis dicit apud Cynethenses populos esse fontem medicatum Aly-
son vocatum, cuius aqua copiösè biberetur ab ijs, quos canis rabidus momordi-
set. Oribasius 10. Collectaneorum ad Iulianum cap. 5. ex Herodoti sententia
mentionem facit potus aquarum quæ aliquando calidæ, aliquando frigidæ sca-
tent. Scribonius Largus cap. 146. in ulceribus & humoribus vesicæ exhibebat
aquam in potu, in qua saepius extinctum fuisset candens ferrum, & hoc dicit se
facere ad uitiationem aquarum ferratarum scatentium in Tuscia. Plinio lib. 30.

Aq. in Rhe-
ta stolidos
faciunt.

Aqua æg-
ti viui.

Stomacace
& Sceloty-
be.

Aq. dentes
deturbans.

Argenti
viui aquæ.

Cribis re-
gni fontes.

Veteres bi-
bisse aquas
medicatas.

Albulae &
Labanae.

In Cotisco-
lis fons.

In Pithecusis.

Abyssos
fons.

Aqua in qua
extinctum
ferrum.

Aq. ferrata
in Toscana.

Aqua aluminosa & nitrosa.
Aqua ad affectus vesicarum.
Hemina quid.
Aq. Tuscinae vesicariae.
Aluminosa ad elephantiasim.
Aqua ad colicam.
Corseña aqua.
Aqua bituminosa & nitrosa aduersus strumas.
Aqua bituminosa vel nitrosa purgantibus.
Aqua circa Baianum.
Qualitates exhibendarum aquarum per se.

cap. 6. nitrosa & aluminosa aquæ erant in vsu ad euacuanda corpora. Atque lib. ii. cap. 30. monet ex sententia Archigenis, ut in affectibus vesicæ exhibeat mus aquas medicatas, & quidem prima die tres heminas (quæ mensura, insquit Fallopius est trium ferè librarum) deinde usque ad sex heminas. Marcellus medicus ait aquas Tusciae ex argumento vocatas vesicarias eò quod facerent ad affectus vesicæ inque magno usu essent. Paulus lib. 4. cap. 1. contra elephantiasim exhibet in potu aquas aluminosas. Alexander Trallianus in colica affectione exhibet thermale aquas in potu tum ut euacuet, tum etiam ut calefaciat. Aiu- cennia 3. lib. sen. 16. in dolore colico exhibet in potu tales aquas & lib. cap. 59. dicit aquas nitrosas in potu robore stomachi. Fallopius cap. 25. de Corseña aqua apud Lucenses, habere sal paucum, nitrum copiosum, calcem duplo & triplo copiosiorem, & quamvis calidissimam, paucum adesse vaporem sulphureum notabilem, optimam ad cibaria paranda, ad diluendum vinum, & ad alios omnes usus quos dulcis communis que aqua praestet. Idem, Vitruvium lib. 8. cap. 3. scribere thermarum aquas in usurratione bituminis & nitri fuisse, assumptasque in potum copiosæ, ad euacuanda corpora: & subiungit fuisse aquæ frigidæ genus nitrosum ut Pinnae, Vescinæ, Cutilij, alijsque locis similibus quod potionibus de purgabat, per aliumq; transundo etiam strumarum minuebat tumores. Galeatum quoq; quarto de tñeda sanitate videri dicere, reperiiri aquas aliquas bituminosas vel nitrosas quæ exhibebantur ad purganda corpora. Baccius lib. 5. cap. 13. Fontes qui ex naturali in venis suis admissione cum aliquo vapore vel vestigio bituminis, dilutas vnguine & nido bituminis aquas producunt, probat etiam in potu: nec bibentibus adeo insuaves esse aut noxias, nisi quatenus caput nonnullis replent, lenemq; saporem eo nido inducunt: quales nonnulli circa Baianum sinum fontes habentur. Idem lib. 6. cap. 13. In multis tamen aquis arsenici virus remittitur haud dubie, seu aquarum ipsarum copia seu spacio diluatur, adeoq; nonnullæ promedelis inoffensè sumuntur. Hypanis in Ponto fluvius (vt traditur) fonticulum ex Sandaracha recipit, quo amarulentus redditur, ad certum terminum. Alioqui dilute ad modum ex Sandaracha aquæ thoraci purgando laudantur, purulentas excretiones inhibent, suspironis, anhelosque auxiliantur. Talis fortasse aqua Zame in Africa, quæ (ut testis est Varro) canoram faciebat vocem, Item lib. 5. cap. 6. In Baiano & Puteolano, multæ habentur ad usum potionum medicatae aquæ quas lac. Elysius in re balnearia commemorat Giberosi aqua, Dirachule fons ex ære & sulphure, Nitrosa S. Georgij, Pugillæ aqua, Succellaria, Suballia sapore brodij, Potulentæ in Puteolanis, Cripta sapore dulci, Iuncaria, Fötanella nitrata, Petræ aqua, Flaga aqua, Aqua S. Anastasia, Aqua horti Domini. Eode auctore l. 2. c. 11 medicata in aquarū potus hodiè in Italia est frequētissimus. Vbi pponitur qualitas aquæ & minera, que ita se habent: eligendæ quæ nullam gaudiæ qualitatem exhibeant, non quæ exactè nullā præseferant qualitatem, sed quæ neq; odore, neque sapore, neque tactu, neque villa aliqua impre- excedant, aut certè parum ingratis alicui sensui qualitatæ

tem ostendant: quales sunt Albulae, quæ iam sapore subfalso, ac lacte tempera-
menti, similes que quæ se latè ad gustum diffundunt, tenuium videlicet partium,
ac modicè calidarunt: vnde vim obtineant facile penetrandi ac abstergendi. Ab-
stergentia dicebat Galenus ^{Albulæ} simpl. cap. 10, modicè nitrofa, ac amara cœse conuez-
tit, vel etiam dulcia que tenuium partium sint: quorum in cen' u' mel expérimus
absteriorum, terebinthina, serum lactis, marinasi aquam, & salis omne ges-
nus, Dioscoride etiam teste. Acque hæc circa qualitatem nunc dixisse sit satis.
Quo ad mineralam autem, nitri substantia in primis potulentis aquis maxime Mineræ a-
idonea est. & quæcumque misti species, quæ seu primò seu ex accidenti nitri na-
turam participat: vt sal, qui aridior nitro, vires absterioris aquis imprimit in-
signes, ac seruat diutissimè. Deinde alumen, quod quanquam stypticæ sit virtus
tis, in aliquibus tamen aquis soluta ipsius salfugine, vim utique abstergendi im-
primit, vt ipse iam dictæ Albulae plane ostendunt. Aquæ verò per æneam ma-
teriam transfuse, & benè digestæ, pare non inueniunt in medicatis potulentis:
subtilis admodum mistura partium, cum virtute mineralium subacuto: vnde
facile penetrant, ac egregie detergent, deteraque loca mediocriter corroborant: Aq. æneæ.
quales sub Viterbio aquæ calidæ, limpidæ, & potabiles. Nam quæ crassam du-
cunt ex æneis materialibus substantiam, quales in Cyprio virides, acresque, hæc Aq. virides
verrunt eridunt que nimis, ac minus tutò propterea usurpantur. Quod idem in in Cyprio.
atramentosis contingit aquis cinereisque & calcinatis, & in nonnullis admo-
dum sulphuratis, quæ sunt siccae & stypticæ. Alioquin sulphuris vel potius vapo-
rum sulphuris aliqualis mistura, hæc inutilis est potulentis aquis, vt quas Sulphureæ
plerunque reddit actu tepidas, ac minus stomacho ingratas. Quæ verò ferri
qualitates concipiunt multæ, ob eandem acrimonie participationem qualem-
cunque pariter obtinent detergenti virtutem, sæpe tamen languidam ob mala
tam illius minera astrictionem. At vbi ferratae aquæ ex accidenti mistura acus-
tiores in deterione habentur, hoc magis laudabiles sunt, quid soluunt confor- Soluentia
tando, id est, quid purgant quidem, ac refrigerant: & præterea (quod admodum cōfortatæ)
vtile est ab euacuatione, & in euacuatione ipsa) purgatas exinde, ac lassatas par-
ticulas mirificè corroboratas relinquunt. Quibus sanè proprietatibus, quedam
Sancti Caßiani balnea, & Patauina quedam, & Villa Lucæ, veniunt maximè
celebranda: & item Porretana ex alumine. Satiùs verò est, ac multi momenti
aquas ipsas experientia cognouisse, vt dicebat Gal. 5. de san: tu. Quas enim in
hoc, vel quocunque etiam minerali genere inueniuntur nimium stypticæ esse, Valde sty-
non admodum in potibus probandæ sunt. Qualemque enim tergendi vir- ptica da-
tutem habeant, si quis fortasse alio sit durior, vel certè minus dispositus eas inca- mnantur.
gurgitet, multifariam lædi contingit.

Constat ergo ex dictis & alijs quæ postea dicentur, priscis potum aquarum Aq. Ad-
medicatarum in usu fuisse: An autem aquas Bollenses similiter usurpare li- mirabilis
ceat, præterquam quid infinitus & quotidianis experimentis historijsque id a- fontis Bol-
lensi supra est uobis comprehensum, illud quoque arum momenti habet.

quod mineralia per quæ transseunt, nihil in se noxijs contineant. Ex ijs namque cùm primum sit bitumen, ab eo certè nobis non esse metuendum ex Galeno, Paulo, & Vitruvio suffragantibus modò demonstrauimus. Habet & noster fons sanguinem, cuius cum quotidianus v̄sus non tantum non sit noxijs, sed & sine eo nauis seam alij cibi pariant, non possum Bollenſes nostras salis participes à potu exccludere.

Obſeruanda & agenta ante aquarum medicatarum, vt Mirabilis fontis & noui Balnei Bollenſis, v̄sum, siue in potu siue lauatione, de qua temporis anni & aëris constitutione.

C A P. II.

Quemadmodum veteribus in v̄su fuerint in potu aquæ medicatæ satis discimus. & quidem eò fuisse, quo recentius putatur hoc quibusdam inuenitum. De balneis vero notior est prisorum confuetudo. Quare longiore probatione supersedentes, lectorum ad classicos authores relegabimus, vt Galen, lib. i. de ſimpl. facul. & s. Method. & i. ad Gleuc. item lib. de tremore & palpitatione: quem fecuti sunt Paulus Egineta, Aëtius, Trallianus, aliquæ non tantum Medici, sed & Historici & Poëta qui ante Galenum claruerunt. At in v̄ſe cautio est adhibenda. In obſcuro enim non est, inquit Andernacuſ in p̄fatione libri ſui de balneis, plerosque valetudinarios, qui temerè ſine periti medici consilio quafuis aquas, tanquam ſalutiferam illam p̄ſinam Bethesda diuinie p̄deditam viribus accidunt, non ſperatam sanitatem ſed nouos morbos prioribus deteriores, ne dicam perniciem ipſem domum reportare: p̄ſertim cum illis abuſi fuerint. Qui igitur ſtatuent adire aquas medicatas & thermas ac ijs v̄ti in potu & balneo aut ſillicidio, consulant doctos medicos, quales multi ſunt in ducatu Virtembergico & locis vicinis. Caueant ab impostoribus, qui medicinam iactant cuius vix principia deglauere: Bonis medicis indicent ſuos morbos particulatim: inquirant ab eis an Bollenſes aquæ ſuis ſint accommodatae morbis, an bibendæ vel in ijs balneandam, aut ſillicidio vtendum, vel omnibus tribus remedij, quo tempore, quamdiu, quid ſibi ant e illarum v̄sum agendum, an purgandum, an detrabendus ſanguis, qua vietis ratione ſit vtendum? Medici enim ſunt periti & exercitati à teneris annis in medicina (ars enim longa, inquit Hippocrates aph. i. vita breuis, experientia fallax) dignoſcere morbos & aſtimare que enīz morbo, ſexui, etati ex v̄ſu ſint aquæ. Accidit ſep̄e vt complicati ſint morbi, quorum unius reſpectu proſit aquæ medicatæ vſus, alterius ratione obſit. Etiam etiam ipſius medici eligere tempus anni conueniens naturæ ægroti & etati. Ipſius quoque est ritè praescribere purgantia, que praecedere oportet, & venæ ſectio nem, in quibus facile grauiſ error potest committi tam propter genus purgantie quam propter doſim. Considerent p̄terea ægri apud ſe an poſſint praescripta medicorum obſeruare, & tamdiu apud aquas medicatas hancre quamdiu illis ſeu medici ex v̄ſu fuerit. Non enim ſine periculo eiusmodi v̄ſus ſuſcipitur.

Ante v̄ſum
aquařū me-
dicatarum
confulendi
periti me-
dici.

quiſ

quān̄ absoluītūr: nec periculō quoque vacat si prauē administratur: vt demon- Aliquando
strabitur inter abusus. Andernacuſ de balneis dicit, aquas interdum noxias aquæ me-
cum pluuiæ circa ver continue durant, frequentes grauidarum abortas fieri, & dicatae insa-
lubres.
arborum fructus corrumphi solere: binc nonnullos grauia incommoda, nonnulla
los mortem ex illarum vſu incurtere, quemadmodum cūm alijs annis tum 60.
in plurimis expertus est. Verū id non vbiq; nec semper, nec omnibus acci-
dere. Quin etiam venti septentrionales & imbræ omnes aquas naturā calidas
vitiare, sed hos decem diebus potissimum, illos tribus. Verno, inquit, vt tempore Tempora
ratiore annitempore tum potutum balneis vtendum, nimirum mense Martio, cōmoda jis
Aprilī, Maio: & autumnali vt Septembri & Octobri, præsertim in Italia & in re studiis
alijs regionibus non nimium intemperatis. Apud nos autem (Argentinæ scribit) ruit.
vbi cœlum frigidum, in vere, in Maio & luno &c. Caniculares ad Octobrem
vſque. Verè idem dicit, Si menses prædicti à natara sua recedant & aquæ me-
dicatae sint iuxta sūmōs montes sitæ, aut niuea montium cacumina aërem
refrigerent, aut ipſe medicatorum fontiū ac balneariū situs, totauē regio sep-
tentriōnali oræ pateat: ad meridiem verò montium altitudine & vicinia confe-
gatur, aut ipsa regio septentrionalis sit, quæ omnia plerumque in Germania &
alijs similibus plagiis conspicari licet. tunc alijs quoque menses utiles sunt. Non
enim hic spēctandum qui menses, sed quæ aëris temperies existat. Atq; tunc
magis vſus illarum erit, cum aëris temperatus euaserit: etiam si talis in diebus Cas-
nicularibus inueniatur. Si non conceditur aëris temperatus, aquam in conclau- Quidā fe-
calidum quotidie deferre consilium est: atque ita etiam nonnulli media hyeme licet me-
balneis feliciter vſi sunt: quamvis laudabilis lauacrum sit, quod aëri expositū dia hyeme
est & solis radis perlustratur, cuiusque vapores foras exhalant. In hoc enim
lauantes liberius trabunt ſpiritus & minūs capite offenduntur. Vbi autē n. crassi
& nebulosi vapores balneas perpetuè obſident, vt in Fauorinis apud R̄etos, mi-
rum est quām cerebrum turbent & ſensus obtundant. Cum dura vrget neceſſi-
tas, nullum anni tempus ad lauationē refugendū eſt. Nam aquæ medicatæ tā
hyeme quā aëſtare vires suas cōſeruant. Sin autē aëris ambiens sit frigidor humi: Aquæ me-
diōr, igne in cōclauī excitato, ad medioritatem vel calidior fieri potest. Hæc ille, dicatae suas
Sūma eſt: Cū ex aquis medicatis alijs frigidæ emanent, alijs calidæ, illarū tēpore hyeme &
frigidissimo, harum calidissimo vſu interdicunt: Quare potissimum ver eligunt, ex parte.
frigidis per Caniculares & ſtus etiam vtuntur. Et hæc quidē apud plerosq; ſentē-
tia obtinuit. Ego verò cum Andernaco quā mirabilē fontis Bollenſis nō vererer
præscribere ad balneum tempore hyerno, ſumma neceſſitate id requirente, cum
præſertim aëris frigidior corrigi poſit: nec aquæ ipſe mineraleſ, ſi non confuſa
aqua pluiali aut niuosa cōſiſtit, minores per hyberna frigora habeat vires: mo-
maiores poſſideant, ſi Georgij Morelli de aquis medicatis agri Patauini, ſentē-
tia ſtandū eſt. Quid ergo tam ſuſpectum reddat per hyemem balneorum v-
ſum? Certè ambientis iniurias excluſerit hypocauſtorum multorum magna cō-
moditas, quæ U. E. C. curauit aedificanda, per quætum contemperari poſt aëris

tum ægri tutius possunt in hoc Mirabilis balneo lauare, potissimum iij qui raro sunt texturae, delicatuli, defluxionibus & affectibus pulmonis obnoxij, quam in thermis Plumaris, vbi interdum mensa Maio & aestate ingens subito exoritur frigus, non tecto interea balneo nec locis accommodatis: quod posset tamen caueri facilè ut ægri commodè balneare queant frigore ex improviso superueniente: multò melius etiam quam in balneis Griesbachianis & alijs multis. Aestatem in vsu balnei medicati Bollensis non reformidem quoque, quia tractus ille minus calidus & temperator, quod ad calorem attinet, quam Italia: adeò ut quæ hic æstas est, ver dici queat multorum locorum Italie. Adhæc aquæ Bollenses non videntur ita siccæ aut calide potentia ut sit verenda æstas: & cum actu calidæ non proficiant, potest a qua minus calefieri, ægri possunt minus diu balneare, quod melius ferant, nec resolvantur: Sub tecto balneant, quod æstus soles excludat: post pastum sunt vicina loca umbrosa vbi se recreare & refocillare possint. Locis denique oportunitas, qualem exigit Fallopius, dum vult eligendum non obnoxium pluuijs, non ventis, remotum à lacunis seu paludibus, & solium tectum si qui autem vaporum densam verebuntur caliginem siue ex suo, siue aliorum lassitudinum solio, quippe quam perferre nequaquam possint: ij, nisi sumptu terretur, facile huic malo prouidebunt, si cupas seu baptisteria in privata sua cubicula translata, diligenter vndique peripetas matis tegant, exerto duntaxat capite, collo linteis & corona munito ne vaporum iniuriam sentiat. Si etiam res frigescat aqua, calidam occulto infundibulo, ne per cubiculum diffusus vapor caput repleat, affundant. Posset etiam totum balneum cortinis, ad instar casstrensis papilionis, obtegi, ex cuius fastigio prodeentes tubi per pateniem fenestram fumos foras conducant, non secus ac in caminis videmus: cuiusmodi etiam tubulo laternis conclusum lumen à fumis expurgari apud mercatores quosdam aliquando confixi. Atque haec quidem mibi de Bollenium balnearum vsu superioribus consentanea dicta sunt.

Vapores la-
uando quo-
modo ar-
cendi, ne
lædant ca-
put.

De præparatione aquarum medicatarum usui præmittenda.

C A P. III.

Non ante topicis esse locum remedijs, quam uniuerso corpori generalibus præsidij sit prospectum in confessu est apud omnes, & ratio suadet: alioquin enim pleno corpore adhibita fluxiones maiores in partes concitauit iam ante imbecilles & morbo labefactatas, ex quo sit ut non tantum optatum si- nuen præpostera curandi ratione instituta minime consequamur, sed & ge- minato morbo maius ægryto malum cremus. Nam vero aquas medicatas in localium numero esse, tum potu, tum maximiè balneo usurpatas, notius est, quam ut pluribus probari debeat. Quare nemo nisi debita præparatione præmissa, cudeat se aquis committere. Cate um præparatio duplex est, una quidem

in corporis totius mundatione, altera in partium imbecilliorum meatibusq; excipiendis humoribus aperiendis. Quod ad purgationem, ea necessariò primita tenda semper in canonico aquarum v'ju, tum vt viæ referentur, tum vt crassiores materie educantur: Nam cum omnes aquæ naturales aut frigidæ sint, aut calidæ: hæ quidem etiâ vacuant, non tamen potenter, nec subito, adeo ut illuic in corpore relicta nec prius expurgata, futurum sit vt earum vis obtundatur nec speratus euentus conseq'etur: Illæ verò multò ignauins expurgant, unde vel idem vel maius periculum metuendum, ne videlicet in cano fecum restagnans aqua visceribus inexpiablem noxam inferat. Nec obstat, quod quibusdam rectè cesserit temeritas, qui nullo premisso cathartico balneis se commiserant: rara enim hæc felicitatis temerariae exempla, artis iusta ratione constituta theorematu're quoquā debent infringere. Quanquam interim minore periculo bibituri quām balneaturi, purgationem posunt omittere interdum. Si enim aquæ salæ fuerint, teste Montagnana cons. 303. tratt. 2. illæ ipsis vi deteriorâ pharmaci neglegtionem supplerent: neutris tamen consulucrīm pharmacum contēminere. Probo igitur dñernacis consilium, & ēgeri, inquit, ante quam ad fontes proficiscatur, expurgari domi aut in ipso loco vbi scaturiunt, debet: per initia purgantia quidem medicamento leui, quod primas venas euacuet, quale est Cassia fistularis cum Anisi & Zaccari momento, aut Manna, aut Benedicta, aut Catholicō aut Electuarium mistum ex Benedicta & Diasereos, utriusque semuncia, aut syrapius noster Diasereos cum aqua adianti pro periti medici iudicio. Hæc ille. Cæterum nos plures purgationum formulas hic non proponemus, quia medicorum peritorum est ea præscribere pro naturâ ægrorum & genere morborum. Eæ enim non possunt ita tradi ut individuis conueniant. Sparsim tamen quædam proponentur vbi de morbis particularibus fiet mentio. Porro præparationis quoque vniuersalis pars est in sanguinis detractione, quam maxime sequi purgationes, quām præcedere, atque etiam probo in nostris Germanis ei affectis. Nolim tamen balneaturos lauaturosque aut bibituros aquas medicatas temere sine consilio medici, id remediij genus tentare ex sua vel ignororum Chirurgorum, aut Pharmacopœorum, vel Chymicorum opinione: qui plerunque in affectibus tibiarum ex ipsis tibijs solent, magno cum ægrorum detimento, sanguinem detrabere.

Alteræ præparationis pars proprius iam balnei v'sum attingit: Summo mane inquit Montagnana, surgat qui vuli balneare, & ambulet per horam semis, donec emiserit vrinam & fluxerit aliuns: si non fluxerit aliuns, statut suppositorijs (de quibus post) mungat nares, abluat os, peccat caput. Deinde obseruet, inquit Fallopius, an ventriculus sit vacuus à cibo. Nam, vt ait Herodotus, à medice canitis istis validis solent nasci nocumenta magna, si eis vtanur nondū peracta prima concoctione. Atq; vt maiore cum fructu ægratus balneum experiatur, Laconicum seu vt vulgo vocat sudatoris, suadet Andernacus cutis meatus aperiendos, ut aqua facilius ad interiora penetret. Quibus peractis, tēpore quidē calido, horas

Purgatio
ante v'sum
aqua
medicatae

Purgantia

Venæfectio

Præparatiō
paulo ante
ingressum
balnei.

Laconicum
ante bal-
neum.
Quibus ho-
ris diei la-
mandum,

eligit diei remissius calentes, quales sunt matutinæ & vespertinæ. Tunc enim minus existimantur corpora resoluuntur, minasq; debilitari: cum alias ambientis casuore aeris cum ea que a quarum est iuncta, animatum corpus digeratur ex hauriaturque. Sed nec summo manet, etiam si frigus cius tale quid suadere videatur, descecedendum in solium, donec a nocturnis vaporibus expargatus fuerit aer, id quod duabus ab ortu solis horis fieri assolet, plus minus pro regionum varietate. Si cui autem catesiendi ventriculi causa in solium descendendum est, cui hec par vel renes calidiores timorem supercalesationis inuehat, consultat Fallopius inungo ante ingressum balnei, cerato myrtino vel rosaceo, vel vng. sanda ins vel comitissæ. Si balneo refrigerante vtendum propter caliditatem hepatis alteriusue partis, etiam præmuniendus ventriculus cerato Mastichino vel Spicato hoc est facto ex oleo spica & cera, vel inungatur cerato mastichino vel oleo despica cum quo mixta sint aromata. Quibus partibus vbi fuerit prospectum, capitio quoque erit habenda ratio, quod, ne vaporibus repleatur, erit optimè munientum. Tunc verò in ditta manu in aquam calidam confidiret an balneum pro sua natura non sit calidius vel frigidius; si conperierat secundum suam naturam dispositum, ingrediatur balneum, & vt vult Fallopius, sensim descendat, non præcipitet. Vidi enim plures, inquit, qui balneum non potuerunt ferre si superabat regionem diaphragmatis, assuecat paulatim balneo. Omnes enim mutationes subitanæ periculose, teste Hippocrate. Quare ut prudenter etiam monuit Anders nacus, lenite in lauacrum descendant, eique primis diebus non ita calido siue natura siue manufacto ieunus ad umbilicum, si inferiores partes laborant, insidet: Sin autem mediae aut supreme, ad ceruicem & demergatur ad dimidiam circiter horam aut paulo diutius in eo perseverans.

Si hepar &
renes cali-
diores.

Vétriculus
quomodo
præmunié-
dus.

**Paulatim
descenden-
dum in so-
rium.**

Quot horis, quot diebus lauandum : quibus signis cognoscatur posse laborantem cum fructu solium perferre : quo argumento sufficienter lauisse, deque lauantum eruptionibus.

C A P. L I I.

MEdicorum aegris assisenium officium est, particulatim ijs praescribere, quot horas quotidie sit in solio desidendum, quot etiam diebus balneos sit utendum. Quod, vt retinatur fiat, considerabunt, vt ait Fallopius, etatem, temperatorem, habitum, vires, temperaturam & similia. Eadem consuetus dies rum numerus balneandi est ad quindecim: praecepit si aquæ fuerint valde calidæ: si verò mediocres, ascendimus usque ad viginti vel ad viginti quatuor: si ads hic imbecilliores, usque ad triginta dies. Non est determinatus dierum numerus balneandi: consideranda natura aquæ, & morbus. Neque enim omnes morbi sunt pariter rebelles, vires etiam aegri & commoda quæ aeger consequitur ex

balneo: si appareat sanari morbum, pergendum donec euretur. Sunt qui vtuntur ad quadragesimum usque. Quod moram attinet in aqua, aliquæ aquæ requirunt longam, aliæ breuem: in aquis frigefacientibus mora conueniens trium, quatuor, & quinque ad suum in horarum, sed nunquam supra quinque est in balneo morandum: idem in tepidis: Ita solent facere qui vtuntur balneo dicto de Aquis quod balneum, vi ipse Fallopius ait, est in Pisano agro cuius aquæ tepidissime, licet sint qui dixerint constare ferro, alumine & ære, sola aqua potabilis constant, quæ habet sedimentum quoddam arenosum, quale reperitur in omnibus aquis dulcibus simplicibusque. Ingrediuntur igitur hoc balneum mane & ibi manent tres quatuor & aliquando usque ad quinque horas, totidem etiam vesperi: quod idem potest fieri in alijs eiusmodi aquis: quia longa in ipsis mora nullum (cum frigidæ sint) affert incommodum. Sed in aquis calefacientibus mora est horæ vnius cum dimidia vel duarum ad summum, se habitus corporis sit frigidissimus. Mora balneandi, vt inquit Antyllus, diuidenda in tres partes, & sensim procedendum in mora, quo usque deuenientum sit ad summam moram: illuc usque cum peruererit æger, sensim retrocedendo minuat moram, donec rebeat ad primam. Exempli gratia: si æger vult vii quindecim diebus balneo, prima die manebit in eo dimidiam horam, secunda die paulò plus, & sic augebit singulis diebus quo usque deuenierit ad sextum diem, quo morabitur horâ cum dimidia, & in hac mora perseuerabit usque ad decimum diem, postea incipiet retrocedere. Hæc ille. Montagnana meritò censet diutius manè balneandum quam à prandio. Quoniam autem mirificè mibi placent quæ noſter Germanus Andernacus scripsit de mora in balneo, ea subiungam. Prima die demergetur ad dimidiā circiter horam aut paulò diutius quam antea, nempe horam integrum, aut se- quiboram immorabitur. Altero die eodem tempore matutino balneum accedit eique paulo calidiori ad stomachi regionem usque immergetur, & horam integrum aut sequiboram immorabitur. Tertio die eodem tempore, balneis adhuc calidioribus infidebit, & tot horis quot nimirum vires tolerare poterunt, conti- nuabit. Aduentum autem calidos, raros, imbecilles vel ab origine vel à morbo, nam mora macilenta que diu balneis infidere nec posse nec debere. Frigidos autem, benè habitos & fortes diutius: mulieres diutissimè: nempe in aurora horis tribus aut quatuor, quod etiam sati esse iudico, sicut prioribus horam dimidiā aut integrum aut summum se quiboram: alijs duas aut plurimum tres mane, unam vel duas vesperi, balneis infidebunt. Sic tamen vt quatuor, aut quinque, aut sex, aut septem, vbi natura tardius concoquit, aut multum cibi ingestum fuit, horæ à prandio ad vespertinum lauationis tempus intercedant. Haſtenus ille. Nolim In principio tamen ægrum in principio ſibi quasi vim inferre & neceſſitatis legem imponere non manēdum in ſo- ad moram horæ ſemis, vnius vel duarum, vtque in balneo maneat donec ſe im- becillum ſentiat. Hoc enim ſifat, labuntur vires, resoluuntur spiritus, & humi- dum radicale, vt ait Montagnana, potiſſimum ſi qui natura ſint calidi, rarae tex- ture, & ſanguinis ſubtilioris, & vel natura vel per accidens debiles: quo fit, vt

Balneum de

Aquis in

agro Pisano

Sedimentū

arenosum

in omnibus

aquis dul-

cibus.

Tépus ma-

nendi in

Balneo.

Diutius

mane bal-

neandum

quam à præ-

dio.

Mora in

balneo ex

Andernaco.

Qui diutur-

nam mora

in balneo

ferre non

possint.

In principio

non manē-

dum in ſo-

lio ad im-

becillatè.

vixibus ita redditis imbecillioribus, plus damni adseratur, quam comodi: nec deinceps bene ferat balneum, natura minus robusta ad noxia pellenda, quæ ad iuanda erat potius vsu balnei. Optimè igitur Andernacus, Infirmi natura vel morbo non parum periclitantur, si diutius quam par est balneo insideant. Satius enim est antea exire quam omniño defiscere. Quare numerus horarum à me propositus vnicuique pro sua natura & statu faciet satis, nisi forte aliquid superuererit, quod vel abstinentia in totum à balneo, vel paucioribus in eo residendum horis, vel semel tantum lauandum in die suadeat, ut omnibus etiam imbecillis consulo. Porro cognoscetur an balneum sit profuturum si venter statim primis diebus spinam verius contrahatur: si autem infletur, aut terminibus affligatur, inutile erit, sicut etiam si quis in primo ingressu viri & rodi intus videatur, deinde horrere incipiat. Quot diebus autem in totum balneis citra potionem videntur sit, certò prescribi nequit. Nam alijs efficaciores: Deinde bi diutius, illi minus in eis perseverare posunt. Quæ naturæ calidæ sunt, citius vires suas corporibus insinuant: quæ igne calefiant tardius. In Germania medici ægris alijs octoginta, alijs nonaginta, alijs centum, alijs plures lauationis horas imperant, cum tamen ignorant quot quisque ferre potuerit. Sauanarola meminit quosdam suo tempore mens duos & plures balneis usos fuisse, indubie paucis quotidie horis. Sunt autem qui tunc à balneis abstinentia esse doceant, quando cutis ex facultate illarum nimirum ex sa'e ulcerata, rursus consanuerit: quanquam inueniantur qui bis aut ter exulcerentur, conualecantque: Alij vero ne semel quidem, sed materia in his paulatim per meatus degeritur, quod indubie pro corporis habitu fuerat, siue denso, siue mediocri accidit. Nō mirum est eos qui iuxta fontium venas calidissimas per totos aliquot dies & noctes resident, statim exulcerari. Non est facultati ac laudi balnearum quarumcunq; cutis erosio exulceratioq; tribuenda, sed potius acrimonie salis ac nitri qua in eis continentur. Si eiusmodi aqua medicata bibatur, cutis multò faciliter exulceratur adhuc recens & molis, siccata iam rufus per se consanescit. Valde igitur errant qui tamdiu lauandum esse censem, donec cutis erodatur. Non est expectanda exulceratio, vt paucis diebus curatio absolutur, cum non sine periculo fiat, præsternim in ijs qui corpore tenui, vel non satis purgato, sed cibis etiā in balneis assumptis pleno adeo continentur eis insidet. Certius signum curationis in balneis absoluta est, si corpus melius quam antea habere cœperit, & functiones naturæ vegetiores existat. Nam qui non adeo multis recrementis humorum redudant, & probè antea purgati sunt decenti, vietu vtuntur, eorum cutis nō tam facile sicuti aliorum, qui contrario modo se habent, rubescit eruditurq; nisi violentia illa & continua lavatione vim naturæ intulerint. Quanquā nonnulli ne sic quidem cutis ruborem contrahunt, sed mortem potius sibi accelerant, vel tantam viscerum imbecillitatem accersunt, vt nunquam ea ad pristinum robur restituere possint. Eteor quidem exulcerationem illam ex balneis contractam ægris non unquam commodi aliquid adferre, sed id quoque citra illam evenire potest. Hec ille. Ego sane obser-

Quomodo
cognoscemus
prosternere
balneū

Quot diebus
in totū
sit balnean-
dum praes-
senbi certò
non potest.

Error quo-
alijs nationibus Verba agitur àndernaci hæc sunt: Mensura aquæ medicatæ bis bendæ huic maior illi minor conuenit: hinc alij tres alij quatuor, alij quinque cyathos sustinere citra incommodum possunt Quantæcumque autem vnu quisque requirit, eam omnem horæ dimidia aut certe integra assumet: deinde leviter inambulabit, sed extra ærem frigidum. Sunt qui tribus vicibus ac paulatim illam bis bendam esse dicunt, prima libram, altera sextarium: id quod prudenter faciunt, si aliam non antea assumant, quam prior sit redditus. Vulgares tres sextarios propinant, sed ita ut singulis potionibus interponant horam. Hic autem ad auertendum est, quemadmodum parvas, ita copiosas nimis aquæ potiones uisibil proficiere. Haec enim ventriculum grauant, relaxant, & statim sine bus moribus educendis efflidunt, ut etiam usquam vim corpori insinuent: ille imbecilliores sunt quam ut in corpus aliquid agere possint. Minimus itaque modus non multò infra librā, praesertim in adulta etate subsistet: maximus sequi sextariū non excedet. Haec mensurae corporibus mediocribus, hoc est non nimium exiguis & imbecillis, aut contra plus aequo amplis & valentioribus, bibacioribus que satis esse poterant. In Italia tres sextarios aegris permittunt, imo quatuor & dimidium cum triente, (vocant Bocasia) & vincias quatuor. Singula illa constant sesquisextario. Germani etiā quatuor sunt, tamen aquam siue dulcem siue medicatam copiosam ferre nequeunt. Quia de causa medicus cuiuscunque nationis & naturæ cognitionem rationemque habere debet. Hoc interim negligendum non est, ubi locus longissime à ventriculo distat, maiorem copiam aquæ permitti solere, modo ille bene sine molestia digerere posset. Vbi iam aqua potarursus aut semel aut per vices reddititia fuerit omnis vel certè maior cibis portio, siue per vrinam siue per aluum, (vrina autem in etate, quæ a sequenti subsequi solet, excretam illam esse pterunque, sed non semper indicat) cibum capere tempestivum est. Si primis diebus illa inferioris non descendenter clystere eduenda, & cibus longius deferendas. Idem etiam faciens dum est, si illa per vrinam aut vomitum duntaxat redditia fuerit: nec cibus ante sumendus est, quam venter eà liberatus fuerit. Nihil enim est deterius in medicatæ iissius aquæ usu, quam si pota retinetur, eoque, si id fiat post tertiam eius potionem, vitanda est. Apianus scit etiam post aquæ medicatæ potionem, somno intermixti debet. Sin autem caueri nequit, saltum duabus horis post cibum ineat, non decumbendo, sed in sedili capite elevato: quanquam præstiterit vigilem esse, & tempus incundis honestisque colloquij terere, & si aer non dissuadet, modice deambulare ut cibus faciliter ex stomacho descendant. Fesperi autem canandum non est, nisi ager valde esfiriat, & cibum in prandio probe concorcent. Tunc enim duorum ouorum lutea, albumine reiecto, assument, & modicum vini merari superbibet. Sin oua abhorreat, micam panis vino intinēbam comedet, & coriandri Zaccaro conditi, quod fasis est, sesquiora post lecto se committet quiescetque. Ioh. Göbel. de thermis, scribens de potu ad purgationem, sua letis qui sufficientem quantitatem bibere non possunt uno haustu, ut post horam unam sumant aliud banustum. Ego meis aegris non præ-

scripsi serim eam rationem : eis potius consulo ut tantillum deambulent, paulo post iterum bibant. Si ventriculus sit nauseabundus, eò magis se cogant ad potum, deinde moueant vomitum, vel digito vel pennae in oleo intineta : Sæpe hæc ratione viscida pituita & bilis crassa quæ difficulter per intestina descendit, magna cum utilitate ejicitur. Dum aquæ medicatæ libuntur ad mouendam aluum & purgationem, non probbo exhiberi tabellas Diamoschi dulcis aut Aromatici rosati : quas non improbo pro ratione personarum in morbis, vbi ad roboranias partes internas prescribuntur cum potu aquarum medicatarum. Porro quod ad tempus generale attinet, grauis est illa Fallopij censura de ther- mis cap. ii. Sunt qui nullum tempus in exhibendis aquis medicatis obseruent: aliquando istos securus exhibui & bibi etiam ipse hyeme, sed maximè laedunt. Ego preterquam quod non excruei aquam illam, incidi in crurum conuulsio- nem, ita ut amiserim quasi omnem motum earum partium. Idipsum vidi ac- cidiisse cuidam nobili, cui hyemali tempore thermales aquas exhibui, & ei con- nulla sunt crura, ut ne extendere quidem posset pedes: & hoc etiam alijs acci- disse vidi. Sed obseruaui aliquos quibus aquarum medicatarum potus hyerno tempore profuit. Hyeme præterit in hac urbe exhibebam aquas mulieri, & cuni in eadem domo habitaret altera mulier eius consobrina, videretque po- tum aquarum eo tempore illi prodesse, voluit & ipsa thermalem aquam tunc bibere, & post aliquot dies incidit in magnam conuulsionem, doloremque crus- rum, & imbecillitatem ventriculi talem, vt egereret excrementa viridi colore tincta. Cum itaque ad potum harum aquarum hyerno tempore soleant ut plurimum succedere conuulsiones, moneo ut non exhibeantur hyeme, & si sint exhibendæ corrigatur aer cubiculi & calidus reddatur, ac si esset aestiuus. Aqua quæ calida est exhibenda pro potu tempore quidem calido, sed non cali- difissimo. Tempora oportuna pro exhibendis aquis calidis, erunt principium autumni, principium aestatis, & ultima pars veris. Si ad refrigerandum & con- temperandum totum corpus opus esset exhibere frigida aqua, tempus oportunum esset constitutio anni calidissima. Errant illi qui uno & eodem tem- pore exhibent aquas calidissimas & frigidissimas. Falsa est omnino opinio, dicens po- tum aquarum thermalium non esse tutum anno bisextili. Eadem ex eodem lo- giamen Gabelius. Potum aquarum medica' urum quamvis minus probò hyemali tempore, non tamen in totum reiciendum hyerno tempore existimari, si con- fusiis alijs aquis vires non sint imminutæ: Siquidem hyeme ventres ex Hipp. ca- lidiores melius concordant: id quod de potu qui per secessum vel vrinas vim suā exferat insaudiri volo, non de eo per quem sudores mouere consilium est. Pericu- lum enim ne ambienti algidi frigore poros constipante & difflatione evacuatio- nemq; propulsatorū ad custim humorum impidente, aliò viam capessentes a quæ dolores artuum pariant. Valeat inquit Morellus de balneis Patauensis, qui tempore hyemis aquæ thermalium nolunt exhibere, existimantes eās brumalit tempore aliquid virtutis acquisitæ & dimittere: cum tamen eo sint tempore perfectiores q;

Aq. medi-
catæ hyeme
quibusdam
nocet, alijs
non.

Crutū con-
uulsio à po-
tu aqua.

Aeris corre-
ctio hyeme,

Tēpus anni
quo conue-
nit exhibe-
re potum
aquarem
medic.

Nullū peri-
culū à bisex-
tili anno.

Aq. potus
hyemis tē-
pore non in
totum reii-
ciendus.

Aq. medi-
cata præ-
stantiores
hyeme.

mnibusque qualitatibus potentiores. Frigus enim ambiens non sinit aquas ita diffolare & spiritus exhalare, vnde perfectior illarum actio redditur. Quare ex parte aquarum hyems videtur magis oportuna quam aliud tempus: Idem ex parte ægrotantis est, quandoquidem virtus sit fortior ad sustinendam tantam aquæ copiam, nec aer frigidus debet hanc aquarum administrationem impedire, cum ad libitum nostrum possit alterari. Ideo quotiescumque adest necessitas & datur occasio aliqua exhibendi fiat quocunque tempore, alterato aere prout existit morbus curandus. Hæc ille Bacchus lib. 2 cap. 10. de tempore potulentarum aquarum medicatarum hæc scribit: Tempus sumendum aquas confusè expressit Archigenes: nam matutinum proponens, bene quidem, ut communiter sit, sed subinde hora, subiungens, calidiore confusorem fecit: nisi hæc forte culpa sit errantis interpretis. Nos distinguemus de vniuersali tempore, & particulari. In vniuersum anni tempus idoneum est inter utrumque æquinoctium per aestatem, & omnino temperate qualitatibus, vere & autumno, ex Galen. iii. de Sa. tu. Sub. Cane, & ante canem difficiles sunt purgationes, dicebat Hippocrates. Et ratio triplex Galeno ibi interprete, quæ & in purgationibus medicatarum aquarum militant. Primo, quia corpora tunc exusta non sustinent medicamenti acris moniam: quare plures hoc tempore purgati incident in febres. Secundo, quia imbecilles dissoluuntur. Tertio, quia aeris ambientis calor in partem trahit extirsecam, contrariam ei, ad quam purgatio ducit humorem: quo nomine vidimus saepe non purgatas aquas putrefactas in corpore, itaque conuersas in acrem bitem accendisse maximas febres. Militat & Aphorismus in altero solsticio:

ErrorArchigenis.

Tempus
vniuersale.

Solstitium
æstiuum vi-
tandum.

Bruma vi-
tanda.

Aq. quedā
quolibet
tempore
idonea.

Aq. S. Cass.
Porretana
&c.

Aqua non
parè viri ad
icaturiginē
bibita &
exportata
habent.

Quales aq.
vere bibēde

nam matutinum proponens, bene quidem, ut communiter sit, sed subinde hora, subiungens, calidiore confusorem fecit: nisi hæc forte culpa sit errantis interpretis. Nos distinguemus de vniuersali tempore, & particulari. In vniuersum anni tempus idoneum est inter utrumque æquinoctium per aestatem, & omnino temperate qualitatibus, vere & autumno, ex Galen. iii. de Sa. tu. Sub. Cane, & ante canem difficiles sunt purgationes, dicebat Hippocrates. Et ratio triplex Galeno ibi interprete, quæ & in purgationibus medicatarum aquarum militant. Primo, quia corpora tunc exusta non sustinent medicamenti acris moniam: quare plures hoc tempore purgati incident in febres. Secundo, quia imbecilles dissoluuntur. Tertio, quia aeris ambientis calor in partem trahit extirsecam, contrariam ei, ad quam purgatio ducit humorem: quo nomine vidimus saepe non purgatas aquas putrefactas in corpore, itaque conuersas in acrem bitem accendisse maximas febres. Militat & Aphorismus in altero solsticio: Hyems enim frigore hebetantur tam balnearum vires, quam corporum: nam aquæ ipsæ variarum confluxu aquarum non modice alterantur, ut pluries diximus. Aeris vero ambientis frigiditas aduersatur balnei operationibus, quæ sunt aperire, sundere, laxare: at frigus constipat, & vel planè nocet, vel non facit ad usum. Cæterum sunt quædam aquæ, quarum priuata ratio in electionibus esse debet: tum ob specialem earum naturam quolibet tempore usui idoneam, tum ob patientis urgentem necessitatem. Ergo quæ semper sincerae seruantur, semper utiles. Quo modo Sancti Cassiani aquæ, Porretanae, Villa Luca, Salsulae Montis Catini, & quædam aliae, quæ deferuntur per vniuersam Italianam, atque etiam in Galliam, ac toto anno (quando scilicet cumque uenient) reperfæctæ biberuntur utiles, etiam in medijs solstitijs: quanquam vel me tacente patet, quod nulla balnei aqua eodem cum successu, a laude bibitur longè exportata, quo ad fontem proprium. Maxima enim pars ex ipso fonte haustæ, ac delata amittunt omnem virtutem. Recepit ergo dictum est, quod quas non constat experientia esse utiles, & bibendæ non sunt, nisi ad proprias venas, ac proprio tempore. Quapropter quæ nō adeo accidentalibus pluviarum riguis contemerantur, quales multæ habent, diuini vena latis, ac operis cuniculis, vere statim ineunte possunt asseri. Hoc enim tempus, vere scilicet ipso, ac per aestatis initium, totius anni eius vere bibende etiissimum est, ut ceteris purgationibus, ita & balneis. Quæ autem ipso etiam vere,

vere, vel pluvijs, vel longis niuum distillationibus sunt obnoxiae, vsque ad Cau-
 tione
 ticule ortum non sunt eligibles: tuncque per quadraginta circiter dies, vbi ma-
 xime illa obstatula cessant, optimè eliguntur. Quo tempore Aque Vallis Sancti
 Marini bibuntur communiter. Nisi aliquid obstatuerit. Sunt enim que magnis
 caloribus sumptae non digeruntur (vt iam diximus) unde vel oppalent, vel in ma-
 lum cōvertuntur humorem. Sunt aliae, que quanquam forē & state electissimae,
 ob aēris tamen illius temporis eo loco inclem tam, sunt omittendæ. Hac Bac-
 cius. Porrò autem quandoquidem constat ex mixtione metallorum & succorum
 Bollenis fontis, nec non ex historijs aquas eius non tantum impure, sed & cum
 emolumento bibi posse, non displicebit à medicis eius usum praescribi in potu, eo
 potissimum modo quem proposuimus ex Andernaco, & quidem ijs qui acidula-
 rum & sualem frigiditatem ferre non possunt, praesertim verò ad morbos quo-
 rum postea fiet mentio libro tertio. Quamdiu medicatæ aquæ sint, inquit Ans-
 dernacus bibendæ morborum natura & status indicabunt: Alij siquidem die-
 bus sex aut septem, alijs quindecim aut pluribus indigent. Certior autem absolu-
 lutæ purgationis nota est cum aqua talis excernitur qualis assumpta est. Post
 absolutam potionem balneum experiendum. Nam hoc cum singulare & parti-
 bus idoneum sit remedium, potionem & in uniuerso corpori accommodatum se-
 qui debet. Baccius lib. 2. cap. 20. scribit: Bibenda aqua balnei tres dies ad minùs
 consulit, in leuibus scilicet casibus. Communiter ad 10, vsque vel quindecim
 etiam dies bibendum: quod & pro morbiratione & pro tolerantia patientis,
 medicae prudentiae determinandum relinquitur. Non sine ratione, obiter hoc De acidulis
 loco instituimus scribere de acidulis ac earum potu. Nam præterquam quod fre-
 quentissimè in potu usurpatu, sepius earum sparsim mentionem facimus, &
 cum usu nostris fontis admirabilis praescribimus: magna est etiam ijs utendi com-
 moditas. Si quidem primo libro plures fontes acidos bonos prope balneum admis-
 rabilis fontis esse diximus, quorum etiam usum magni facimus in potu tum per
 se ad varios morbos, tum in fine lauationis balnei nostri, denique & inter lauan-
 dum: Addere multis constare mineralibus communibus nostro fonti admirabili.
 De fontibus autem acribus & acidis scribit Andreas Baccius de thermis lib. 1. De fōtibus
 cap. 12. que sequuntur. Acres aquæ, fortes, acidæ, per gradus suos viuis sololis actibus &
 sunt. Acres igneam magis & siccum indicant qualitatem misture: fortes cum
 ignea terram admistam: acidæ minùs igneam & mediocrem. Acris saporis pro- Argentum
 priè est argentum viuum, & vapor eius: deinde aeris materia & eius excremēta viuū acris
 precipue, quales emanant ex aeris mineris acerrimæ aquæ in Cypro, & in Neu- saporis.
 jola Dacia. Horum acrimoniam consequuntur armamenta, nec non Soryos, aut Aeris ma-
 Misjos, chalcitidis succi, ex quibus fortes dictæ sunt aquæ: quo nomine celebres teria.
 in Volaterrano ex atramento. Acidæ tandem sunt que in substātiā suam acris Atamenta.
 moniam aliquam suscipiunt vaporum aliquorum terrestrium, nimirum mes Acidæ.
 talli aliquius, que plus minus participant argento viuo, aerugine, chalcantho, viuum.
 Acidula aliquæ manifestam in se continere videntur misturam vel gluminis,

Cinis. vel nitri, vel salis, atque cineris. Harum porrò naturam consequuntur vinolentes,
 Vinolentæ. que & ipsæ aliquam imbuunt metalli acrimoniam. Sunt verò rariores inveniuntur.
 Fons Paphl. ut quem in Paphlagonia fontem scribit Theophrastus. Nisi superstitionis alius
 Andriæ fons
statis dieb.
vinum mit-
tens.
 quorum fontium exempla posita sint: qualem Andriæ fontem Liberi patris re-
 citant Mutianus & Plinius, quem statim diebus septenis eiusdem diei vinū mit-
 tere, sed si auferatur è conspectu templi, saporem transire in aquā, evaporata for-
 tasse illa virtus. Et quæ vini, non sapore, sed potestatem imitantur, ut Lyncestis
 Lyncestis
aqua temu-
ratos faciēs.
 Bituminis
impressio in
vinois.
 Asperæ &
austeræ.
 aqua, quæ ebibita vini modo temulentos facit: quo effectu, ac etiam sapore ipso,
 aliqua bituminis impressio notatur. De asperis autem, austericis, & huiusmodi sive
 pticis, ac adstringentibus, haud tam rationem habebimus, nisi banc, quod
 quia communes sunt differentiae, misli alicuius consequuntur naturam, aut ferri,
 scilicet aut aluminum, aut lapidum eiusmodi. Item lib. 5. c. 21. Omnis metalli acri-
 monia habet proprietatem ad acorem. Quod constat experientia, nam alio loco
 repertur chalcanthi, vel æris lapis, alio loco cinis, & calx. In Hispania, & Aqui-
 tallum acce-
aquis aciditatem
conci-
liat plus,
minus.
 Omne me-
 tallum acce-
aquis aciditatem
conci-
liat plus,
minus.
 Sed præter
cetera, æris
atque chal-
canthi ma-
teria.
 Aeris metal-
super reli-
qua pluri-
mū gignit
extremen-
torum.
 Cur nō vbi
ibi aq. a-
cidæ seper.
 Acidarum
facultates.
 tania acres sunt putei, qui aquas longè concipiunt ex fibris argenti viui. Quandam
 acrimoniam imprimit quoq; vena ferri, subinde alumen dulciorem, & nitrum. Al-
 terum haud minus est manifestum, quod inter omnes succos, ac materias ad as-
 crem impressionem idoneas, idonea super ceteras est acidis lignendis aquis, ma-
 teria æris atque chalcanthi. Primum veluti seminarium, ac matrem æris suprà
 ostendimus esse Chalcitum, Sory, Misy, Melanteriam, Chalcanthum, quæ gustu
 omnia mordent, affera, acria, ac ubi madorem aliquem senserint, aescunt. Et
 postea, quod multi in hoc est momenti: Nullum est inter cetera metalla, quod
 tantam ageneret in se excrementorum copiam, & acrium, quam æris metal-
 lum. Quæ quanquam de essentia æris non sint, sed mera eius excrements, quæ res-
 dundant in formam aut succorum, aut salium, aut vaporum: prudentissima tas-
 men natura, quæ nihil patitur ociosum, per assiduum cum eo metallo digestio-
 nem, in aliquam reducit perfectionis speciem. Nam in metallo æris ex alio excre-
 menti genere facit cæruleum, ex alio chrysocollam, ex alio diphrygen, quasi ter-
 reum, & bis vatum totius lapidis excrementum, & aliqua præterea genera relin-
 quit indigesta, aut quæ in via sunt ad digestionem aliquam, ut est æugo, quam
 viride æris emulatur, gustu mordacissima, & acida, chalcanthi materia, ochra,
 rubigo, & id genus multa: Quorum omnium nulla est acida aqua, quæ non ali-
 quod educat, præseferatq; vestigium, ac argumento pariter sunt nobis certis-
 mo, saporem acidum in terris, si aliquam habeat propriam materiam, nullana
 habere magis certam, aut idoneam, quam metallum æris, quod & operatione
 bus earum aliquibus postea confirmabitur. Cur verò non omnes ex æris mate-
 rianascantur Acidæ iam manifesta est ratio, quoniam hæc acritas ut plurimum
 ipsorum excrementorum est potius, quam æris atque hæc vbi plus, vbi minus
 redundant, vbi alterum, & non alterum. Acidæ refrigerant in primis atque ex-
 iccant, præsertim ehibitæ. Deinde pro tenui essentia, pro quo acquisiti caloris
 igniculo, penetrant crassasque humiditates dissolunt. Hincertia virtute lapis

dem tam in renibus, quam in vesca frangunt, arenulasque ejiciunt, que prima est, ac insignis harum aquarum praerogativa. Vbi enim venter cressa redundantia situta, dantur utiliter ad tenuandum, ad siccandum, ad tergendum. Obstructiones aperient hepatis, mesentericarum, ac etiam lienis per initia. Resistunt pustrefactioni, ut acetum exiccatoria facultate, nec non tota substantia. ut *[al]*, alumen, nitrum, cina, chalcanthum, cuiusque horum seboles sint. Lumbricos encant, ab ebrietate vendicant, partim repressis, partim dissipatis vaporibus. Torro tandem non adeo Melancholicis laudantur: nec his qui multam congregant in corpore pituitam. Nec stomachis frigidis bene faciunt, nec nervis, nec vtero, nullis frigidis affectibus conueniunt. Haec Baccini: cuius sententiar de cinere acidulis aamissto minus probare possum, nisi aetate calidæ sint. Nec scio quid velit lib. 2. cap. 5. de iudicij particularibus operationum aquarum natrualium, vbi ait, de facultate à coloribus infirmorum iudicium esse. Nam in albis vel alumen subsidere, vel calcis mixturam, vel cineris vel gypsi vel etiam argilla: A calce, inquit, calidam, ab alumine aut gypso adstringentem, ab argilla simplicis naturæ aquam emanare videmus. Miror vbi terrarum conficiatur per se vi ignis subterranei spontanei calx propriè veteribus dicta, qua colore albo interficiat fontem aliquem. Verum ut ad fontes acidos evertantur, cum pro insistero nostro, sufficient quidem in genere quæ modò diximus, opera pretium feremus, si subiungamus aliquid de acidulis balneo admirabili vicinis, de eorum mixturis & viribus. Scribit Martinus Rulandus in suo balneario Actitudulam in Ducatu Virtembergensi iuxta oppidum Göppingam infici chalcantho, ære, ferro, sulphure, pyrite & saxis atque calcarijs. Iac. Theodat habere spiritus pyritæ, æris, ferri, vitrioli, bituminis, & sulphuris. Vires ex sequentibus subiiciemus. Fuchsii in institut. lib. 2. seet. 5. cap. 28. In ditione Virtembergensi prope Göppingam urbem ad fluvium Vilsum, fons est alter acidus, quem Germani etiam Saurbrunnen vocant, quid aciditate iam dictum longè superet, & ob acidum suum saporem, in potum hominum illic degentium magno studio hauritur, & expeditur. Ventriculum & iecur propter insignem adstrictio nem iuvant, & corroborant, hocque nomine luxatis corporis partibus prosunt. Cum verò acidulis penetrandi & abstergendi vis insit, iecoris lienisque obstrunctiones solvunt, adeoque idelicis & malo corporis habitu laborantibus succurrunt. Febres tertianas propter causam paulò ante expositam, discutunt, & calculos frangunt. Vomitum biliosum restringunt, & ulceribus mendentur. Iacob. Theodorus addit pellere lumbricos, sedare dolores magnos colicos & iliacos, extenuare adustam villem & pituitam evacuare aut preparare ad facilem evacuationem per catartica, purgare refrigerantū vterum à viscidis & putridis humoribus: venenū assumpsum expellere & dissipare: intoxicateis acidulas Intoxicatis bibendas, esse eis viles. Narravit (inquit) mibi II. Frider. III. Elektor Palatinus, ex historiâ tempore II. Duciis Vladiaci Virtembergici intoxicatos his aquis feliciter v/los, eius epigra filii II. Ducebat Christophorus cum variè affligeretur ob reliquias assump-

An cinetis
mixtura in
acidis.

An calx mi-
neralis in-
ficiat colo-
re albo.

veneni, primo anno quo bibit, melius habuisse, non tamen omnino restitutum donec etiam tertio bibit ad duos menses, tandem integrum sanitatem recuperasse. Rulandus addit prodeesse balneo & potu contra testium inflammiones & tuas mores, hydropem, profluvia ventris, menstruorum fluxum superfluum, vleera, scabiem, pruritum, spirandi difficultatem, pectoris compressionem, sitem, sanguinis fluxum ex naribus alijsque locis, semen augere & venerem stimulare. Huins acidulis fontis vsu abstinentem ijs, qui patientur chronicos morbos, quartanam febrem & hypofarca, hydropem eiusdem initium. De Yebenhausenensi fonte vis cino dicit lac. Theod. ratione virium subtilium eadem ferè praestare que Göppingen. Minus tamen habere pyritæ, & plus spirituum vitrioli. Rulandus vero fontem Ebenhausenum qualitatem & viribus equivarari acidulis Göppingenisibus. Iacobus Theodorus tertium fontem nostro vicinum (de quo supra lib. 1.) asserti eandem habere mixtam & vires cum Göppingenis. De fonte Haths mensi propinquo etiam scripsimus in precedentibus. De quibus omnibus, ut & alijs alibi acidulis, cum metallicorum & mineralium, quorum impressiones recipiunt, mixtam temperationemque considero, illud semel dictum sit, mibi vis deri eas non esse simpliciter & potentia frigidas, quantumvis ex acido aut viso sapore id adstruere nonnulli conentur. Quid autem refrigerent (sæpe enim id facere non diffiteor) id partim frigiditate actuali, partim ex accidente facere, mibi persuadeo, & quatenus aqua ex se frigida est, quæ superat sua frigiditate calorem qui imprimitur per metallica. Scio de etisum Baccum hæc dicere, Ratio dictat aliquas thermales aquas refrigerare per accidens, discusso scilicet per calorem balnei calore noxio: aliquas per se, ob maiorem aquæ quantitatem in pauca mistura mineræ, etiam calidæ: aliquas ne calefacere quidem posse, quas rum misturas (si non in summo) ad humanae natura temperamentum, frigidas esse experimur: multas salinas, nitroas, & aluminas: multas etiam ferreas, & aliquas plumbeas: quæ omnes ebibitæ manifestè refrigerant. Baccio concedo multas aquas medicatas infectas metallicis calidis refrigerare, & quidem salubrissimam aquam communem vel simplicem, non tamen magis refrigerare nisi id faciant per accidens: nec villas existimari ratione ferri frigidiores: nescio etiam an experientia constet plumbeas ebibitæ refrigerare. Nondum mibi constat aciditas participare argento viuo, in acidulis amevis nihil tale haec tenus animaduertere potui: nec etiam argentum viuum acris saporis propriè esse, nisi per chymiam mutatum sit, vt sit per præcipitationem vel sublimationem. Agris collab. s. foss. Mauri cum ardore solis omnia torrentur, id in lacum infundunt, at que inieccio corio super ipsum strati se refrigerant. Nuper cum improba vxor marito aliquot vicibus argentum viuum dedisset deuorandum, id sine vlo nocuus mento egescit per aluum: quæ in manifesto maleficio deprebeschata, penas legibus dedit. Matthiolus in s. Diosc. cap. 28. Argentum viuum si largius bibatur, excessu summe frigido & humidu, putrefacit suo temperamento innatum corsis humorum ac subinde congelat sanguinem, vitales spiritus & ipsam denique

An acidula simpliciter & potentia frigida.

Metallica aq. per acciden-
tis refri-
gerant.
Plumbæ aq.
An argento
viuo parti-
cipent aci-
de, & an
acres.

Mauri argē-
to viuo se
refrigerant.
Quidā sine
nōcumero
assumunt
argentum
viuum.

cordis substantiam. Quandoquidem id medicis experientia compertum est, ut Conciliator testatum reliquit de pharmacopœo ardentiſſia febre correpto, qui multum ex eo potauit, & paucis post horis congelatus interiit: in cuius ventriculo libram inuenierunt, quin & sanguinem circa cor concretum. Quo argumēto palam sit magno admodum recessu frigidum esse. Auctiōna scriptū non deesse qui bibant, & nullam inde sentiant noxam. Goritienses mulieres aggrē partu rientibus vltimo remedio potandum præbent scrupuli pondere. Fallopius de me tall. cap. 37. Argentum viuum tutò potest exhiberi per os: nam video & brutis exhiberi sine noxa. In mea enim patria solent pastores, quando anhelitu cognoscunt vitulos laborare vermibus in eorum ventriculis existentibus, solent in quam, ne vituli macrifiant, accipere nucem auellanam, eamque diuidunt, & alteratam testa partem expletant argento viuo & deſciunt in gulam: idque ter quater aliquando faciunt, & nihil mali vñquam viſum facceſſe. Ego ſoleo, quando video puerulos poſitos in extremo periculo, & iam omnia alia ſunt fruſtrat tentata, exhibere. argentum viuum quantitate duorum vel trium gra norum milij & vidi ſemper à vermibus ſanatos. Licet itaque ex ſententia aetorum fit ſuapte naturā, & ab occulta quadam proprietate inimicum nature humana: tamen ſi in pauca quantitate exhibeatur, nihil certè obſtit, nec erodit. Hoc dixi quoniam Diſc. afferit quod hydrygyron corredit intestina, nos tamen videmus hoc non fieri: Quando dicit quod non ſeruatur niſi in vasis vitreis, plū= beiſ, ſtanneis, & argenteis reſtē à recentioribus accusatur. Solent noſtri ſeplaſſari ſeruare aliquando per integrum annum in testa nucis auellanæ clauſo fo ramine cera, conſeruatur, etiam in veficis, atque in vasis ligneis. Haec ille, qui poſt longam diſputationem de temperamento argenti viui, concludit calidum ſecundo gradu intenſo vel in principio tertij: ſiccum autem in tertio intenſo, nulla facta acrimonia aut roſonis mentione. Verūm haec ſint per tranſennam dicta in daga veritatis ergo non contradicendi. Reuertamur ad acidulas & bibendi modum ſubiungamus, quem medici agris aſſistentes aut conſulentes ſequi poterūt, vel aliter inſtituere, personarum & morborum habita ratione. Talem autem præſcribit Iacobus Theodorus in ſuo theſauro aquario. Qui acidulas volet bibere, ſurgat oriente ſole, & purgatis aliо, vefica, & ore, ſole bene exorto lentē (neni- mium incalſcat corpus) deambulandum uſque ad fontem (ſenes ſumant ante potum tabellam conuenientem morbo quo affliguntur ne ventriculus offendatur frigore) Primum bibat libram β. ex ſcaturigine quam vafculo teſto manibz aliandiu fouebit, vt immiuatur non nihil frigiditas, & non refoluantur ſubtileſ ſpiritus, in quibus borum fontium latent vires: deglutiat paulatim & ſupercomedat aliam tabellam, & deambulet moderate donec ſudor apparet: qui vt melius promoueat, teſtum ingrediatur, mediocriter tegatur: prima vice per medianam horam bene ſudet, ſe tergat calidis linteis, induat, caueat ab ambiēte frigido donec occludantur pori, obambulet parum donec tres horae à potu elapſe ſint, deinde prandebit. A cibo ad horae ſemifem minimum ſine multo motu

Pharmac. mercuſus ex multo potu argēti viui.

Partitionibus datur argenti viuum.

Vitulis datur argen- tum viuum.

Pueris da- tur aduer- fusi vermes argenti viuum.

Argentum viuum non corredit, vt vult Diſc.

Conſeruatur in variis vasis.

Teperamē- tum argen- ti viui.

Modus bi- bendarum acidularum ex Taberna- montane.

somno maneat. A prandio circa tertiam pedententim pergit ad fontem, comedat tabellas duas, superbibat vncias 12. deambulet per trientem horæ, sudet, postea exsiccatus in cubiculo, vel extra, si cœlum serenum, deambulet usque ad cœnam : A cœna etiam abstineat à multo motu. Tribus horis à cœna bibat ad minimum libram semi, deambulet parum, & deinde in lecto se componat. Sequenti die bibet libram, per horam sudori vacabit, à prandio horâ tertia bibat 20. vncias: in cœteris aget ut dictum. Sequentibus diebus perget eadem ratione, & potionis mane ac à prandio addet tres aut quatuor vncias, donec bibat ad duas libras plus minus pro ratione personæ & morbi. Hanc methodum bibendi sequetur donec elabantur tres septimane: quibus præteritis incipiet paulatim potum minuere, eo modo quo cœpit bibere, donec redeat ad libram vnciarum 15. & sic perseverabit ad 30. diem. Tunc verò poterit desistere, potissimum si mensilius habeat. Solet autem sanitas primum sequi post mensem aut sex septimas nam: quamuis primis octo diebus & in quibusdam post 14. mediocris conualeſcentia percipiatur, quæ in alijs metallicis aquis non ita citè appareat. Circa sudorem idem obseruandum, quod iam de potu diximus, paulatim ad duas horas ascendendo & deinde diminuendo ad horam, atque ita perseverando ad finem. Quidam curantur intra 24. dies, alij intra 20. Quotidiè post cœnam antequam ingrediatur lectum totu[m] potus tempore bibendæ acidulæ, quotidie autem potu donec bibatur ad libram. Si potus acidæ moueat vrinas & alium, omittendus est sudor. Hæc Tabernam. Plura ex eo non addemus cum non sit nobis de acidulis particulatum aut copiosè scribere propositum, sed ex vicinitate obiter arrepta occasione. Hoc tantum moneo me non futurum authorem meis ægris, ut bibant acidulas vel de fonte admirabili à cœna cubitum ituri (ne viz delict perturbetur concoctio) nisi tanta esset sitis quæ somnum impedit posset.

Quid agédam ut aquæ medicatæ potæ melius vires suas, pro morborum varietate, exferant: quamque diu sint bibendæ.

C A P . X.

Sæpè fit ut bibantur quidem aquæ, sed vel quod minore quantitate assumuntur, vel quod viæ impeditæ sint, siue quia nulla præcessit per catbaritica reseratio, siue quia natura arctiores sunt, minime reddantur: id quod cum evidenti periculo non potest non esse coniunctum: quamobrem Medicis opera danda est, ut tarditati descensus & ignavia aquæ obuiam eat, ita tamen ut, quæ pro calcari addet, morbo & loco affecto sint accommodata: hoc interim in omnibus adiuuantibus obseruato, ut aquæ cruditatem, ne flatus pariat, corrigan. Si ergo per aluum ducere est consilium, oportune primis cyathis solutum aliquod, imitatione Hetruscorum & Fallopij, admiscebitur: cuiusmodi sunt

Aq. medicatæ vim evacuantē iuuantia.

melrosatum, manna, & id genus alia: vel etiam salis pauxillum, hoc enim vi ab sterforia ignauiam aquæ excitat, & maturius per secessum deducit. Itali pura gatricis alterius cuiusvis aquæ ut Montiscatini præmisso cyatho, expeditæ az quæ potionem auspicantur. Vbi verò ea se non offeret commoditas, oportunè pharmaco, vt dictum, adiuuabimus. Altera via est, vt longiore itinere per venas ad virinæ destinatos meatus perforatur: quo casu illa addi possent, quæ eam qualitatem aquæ imprimant, vt à venis facilius, allecta sugatur: qualia sunt dulcia: quæ eadem vi deterforia, vlcis renum, vreterum, vesicæ (si tale quid ad aquæ rum potum hominem pertraxerit) expurgabunt, & ad sanationem feliciorē apparabunt. Sed nihil ad hæc loca citius aquam deducet, quam aromatica diu retica: quorum omnium is erit modus & delectus, vt affectui locoque affecto sint accommodata: id quod Medico in Medendi Methodo exercitat o indicatio[n]es dogmaticæ insinuabunt. Idem enim de alijs affectibus, quorum gratia az quæ naturales bibuntur, erit iudicium. Aquæ verè cruditatem distributionis Ad distribu- que moram corrigit Andernacus Tabulis ex cinamomi 3j. β. nasturtij, calami & crudita- odorati vulgaris ana 3β. anisi, foenic. ann. Ðj. exceptis saccharo, in aqua artemis. tem. soluto. Quorum tamen si nihil sit, sed citra adiumentum accessorium satis effi- caces aquas reprehenderimus, puras putas propinabimus eosque, donec desiderio Medici periti satisfactum erit, quod, seu de lauatione suprà nobis dictum est, circumscribent morbi conditio, habitus corporis, vires debiles vel robustæ, & similia. Neque enim, quod nonnulli dicitant, decem duodecimue diebus negotium concludemus: aliquando enim paucioribus, sœpe pluribus sperata sanitas obtinetur. Obiter illud quoque admonere licebit, in lauatione si infirmiores sint aquæ, posse eadem methodo efficaciores & ad morbum accommodatores reddiri: quod faciet & hoc, si plures diuersi affecti morbis in idem solium non descendant. Abusus enim est, si quis existimet eodem remedio diuersos affectus discuti. Baccius lib. 2. cap. 10. Error, quem frequenter videre est ad quasdam in Etruria Ferrea in aquas, quæ ferrea à prædominio minera cum sint, & cum quadam dielectoria Hetruria facultate, quando minus ebitæ vacuantur, stimulo aliquo indigent. Nobilio[rum] ribus enim cum manna commiscetur, vulgaribus cum salis gemmei frustulo, purgatiaq[ue] & pauperculis cum roscarum infuso, vel tartari momento. Quod si tormenta, aut addenda, id genus inflationes quandocumque gignant, discussorijs aliquid, ac aromatici cō misceri cum aquis Medici imperant, ut cinamomi, zinziberis, matis, gariophyl- lorum, galangæ, similiumque pollinem.

De Sudatoriis, atque vsu vaporum balnearum naturalium.
C A P . XI.

Sudatoria
naturalia ex
accantiora
stuphis vr-
banis.

Sudatorio-
rum vsus.

Præparatio
necessaria
ante Sudato-
rii vsu.
Modus su-
datorii v-
tendi.

Multifariā
sudores in
balneis cō-
statantur.

Sudaria hu-
mida ex aq.
vapore.

Sudatoria
sicca.

Spiracula
cuentila-
tionis ergo-

Quem locum habent Stuphae in Thermis urbanis, eundem obtinent in naturalibus Sudatoriis. Hoc excepto, quod stuphe, ut pote concalcefactæ simplicis aquæ calidæ vapore, magis humectant, satis idcirco utiles, & imbecillis. Sudatoria autem naturalia, pro ignea actu, & potestate virtute minerali, impensè exiccat, calciant, ac pro exacta tenuitate summe penetrant, valerè discutunt, promptissimè sudores elicunt. Vsus idcirco eorum præcipius, est ad calefaciendum, ad exiccamendum, ad emolliendum induratas partes, ad evasandum denique per sudorem vniuersum corpus. Commodissime atque naturales sudationes hydropticis sunt, & quocunque seu humore, seu flatu distentis. In his enim (vi inquit Celsus) euocandus est sudor, non modo exercitatione, Laconico, & Clibano, sed & arena calida, & sicco vase, quales maximè utiles suo tempore prodidit super Baia in Myrthetis, que ad hanc etiam etatem manent. Faciunt similiter ad ædemata, quacunque in parte corporis soluenda, in ab domine, in pedibus, in testibus: nam ex ipso didicimus bernias quacunque ex causa generatas, ac in principijs potissimum hisce sudatorijs percurvari. Faciunt item ad induratos iuncturaru, ac nerorum affectus, ad ischiadem, ad podagram, ad distensiones quascunque, præsertim ex resolutione factas, ac interdum etiam ex vulnere. Si qua verò in parte balnei, necessaria in hac est vniuersi corporis præparatio, atque purgatio. Nam hoc maximè vsu possunt humores impensè eliquari, atque hominem lædere. Porrò vtendi modus (mei iudice) esse debet, ut, quoniam vim adeo subitariam vix illa corpora benè recipieren, per suaves prius alias balneas disponerentur, vnde quasi exonerata multis superfluis natura, assuefactaque lenibus balnei sudationibus, facilius ad hos ultimos reliquias rum conatus aliceretur. Intret paties, ut in alijs vsibus iam diximus, iejunus, ac ventre vacuo, ac intret totus excepto capite: quod vel pileo, vel auero situ à vaporibus tueatur. Comparantur autem sudationes penes diuersam locorum aptitudinem varijs modis. Sunt qui ad aquas ipsas medicatas, & calidas, vapores excipiunt, vbi per aliquam loci angustiam exhalent, constructa super ipsis (quantum locus patitur) domuncula, saltem posititia: quod genus sudationum haud acris admodum virtutis est, pro aliquo, qui cum ipsis vaporibus eleuari debet, a quarum humore, ac innoxie fere sumuntur. In alijs vero naturales terræ cavitates reperiuntur, quas (vt in Pateolanis videre est) subiecti caloris ignei vebea mentia, ac a sensu dilatavit, vbi statim tanquam in hypocaustis, confertissimos statim sudores mittunt. Atque hoc genus acris admodum sudationes, & supra Laconici vires, molitur, nisi quantum quisque eas contemperare sibi potest, aut humiliat, aut medijs aspidens gradibus, aut supernis, quo maximè vaporis ignei copia eleuatur. Nec deesse debent in bene ordinatis spiracula quædā, vnde a sensu agri, aura interdum extrinseci aëris recrecentur, & vt ratio exigit, vaporis rarij

rarij balitus ad condecentiā euentetur. Quin etiam aliquibus locis hęc altera hęc
betur commoditas, vt immis̄is in quedam foramina, ad hunc vsum constata,
membris solis affectis, vaporum virtus vbi tantum opus est, recipiatur, in quo
membra ipsa affecta sensim dimouere oportet, ac paulatim ad naturalem situm,
quem intenderis, assuefacere, ac exceptis sudationibus, eadem condecenti aliquo
präsidio tota die, ac nocte custodire, vt vel vnguento, vel cerato, vel puluere id
genus aliquo, quę communiter in contrac̄tionibus, induratisq; tuncturis vſurz
pari solent. Ceterū qui hoc remedij vti volent, commonenđi sunt, quod ad su-
datoria naturalia, etiam balnearum salubrium, crypta etiam quandoque repe-
riuntur in aluberrimi halitus: quare haud minime cuiusquam interest, loci na-
turam vtunque prius habere compertari. In vniue sam vero, no[n]ent naturales
omnes sudationes naturis pr. mun calidis & fiscis, item longo morbo imbecillis,
& his denique qui facile propter aestū animi deliquia incurruunt. Prefert Mon-
tagnana quas vocat vaporationes ipsis balneis, quia vapores melius se impri-
mendo in membra sedent dolores, emollient durities, consumant hunciores, vt
longa experientia se obseruasse ait: quod mibi etiam placet in multis morbis, vt
suis locis particulatim dicetur, vbi agenus de morbis quibus conuenient. Quan-
tus autem non ea est vaporationum oportunitas, quę in Italia multis in locis pro-
pter aquas sponte & natura sua calidas occurrit, qualisque in Germania quoque
nostris in thermis Marchiorum Badensem, nec non Badenis Heluetiorum, ac
Plumbarijs magno cum fructu haberis posset non magno negotio: Nibilominus
tamen, quoniam (vt suo loco dictum) defectum hunc hypocaustorum tubulos-
rumque è caldarijs vapores artificiosè conducentium adminiculō supplere possus-
mus (sive ea m̄a uis cum Cicerone vaporaria, sive cum Celumella Laconica, sive
denique cum Seneca sudatoria) non pigebit ea, quę Fallopius lib. de Thermis
cap. 15. scripsit summātim subiungere. Habemus in balneis loca quedam vaporis
bus calidis plena: quę duū sunt generum, alia magna vt duos tres & quinque
in se recipere possent, & ista à recentioribus vocantur Stufæ: alia sunt parua, in
quę dantax at vnum vel ambo crura possunt inseri, & ista loca appellantur cas-
uerne & foue à recentioribus. Stufæ cum sint reserte vaporibus elatis ab a-
quis medicatis, & medicamentum sint magnum, in earum usu omnia ea sunt
obseruanda, quę in usu balnei, & habitus totius corporis, sexus, etas, tempus
quod debet esse serenum, & similia requirunt. Purgatio magna & maior quam
in stillacido. Summo mane oriente sole surget aeger, & necessariò excernat alii
fæces: deinde ingrediatur Stufam toto corpore excepto capite si opus sit Stufa
pro toto corpore. Sudorem copiosum emanantem non sisstat. Cum egredietur è
stufa ingrediatur lectum, & in eo maneat per horam, deinde prandeat. Si pars
tanum est affecta, ea sola inseratur in foueam, & pars superior que non infe-
ritur in foueam, tegatur optimè. Cum pars affecta ibi manserit quam diu opor-
tet, extrahatur, siccatur & inungatur aliquo cleo, quod eiusdem sit facultatis
cum vapore illius foueae, & interim dum aeger habet partem insertam in foueā.

Foramina
particularia
ad iudores
è certis mē-
oris eliciti
dos.

Vtendim
dus.

Cautio in
Sudatoris
siccis dele-
ctu.

Sudationes
naturales
quibus no-
xiæ.

Purgatio.

130 HISTORIAE ADMIRABILIS
moueat ipsam continuè. Utatur Stufis & foueis mane vel vesperi, m. in luto, vesperi laconico : vel contrà mane balneo, vespe i autem luto & stufa, nam post ad libitum permutare. Stufa n oportet semper calida esse, nunc magis nunc minus considerata constitutione aeris, anni, habitus corporis, etatis, morsbi, & aliorum dictorum de potu & balneo. Utatur stufis vel foueis bis in die vel permutet, vt dixi: Nunquam utatur stufis vel foueis plus duabus vicibus in die: Numerus dierum sit quindecim aut viginti ad summum. Baccius varia sudatoria naturalia recenset ad thermas in Sicilia, Sudatorium ad Baia, Sudatorium in Myrtetis ad Baia, Sudatorium ad lacum Ayanai in Tuteolano, Sudatorium ad Cumas, Sudationes in Vesuvio, Vaporarium ad Petram Malam, Sudatorium cum balneo in Anaria in insula, Sudatorium ad Minium flum in Hispania, Specum vaporis ignei ac pluviosum in Pantalaria insula. Scribit Guillermus Philander commentarij supra Vitruvium ad Bourbonum Aeneacirici ad Ligerim flum effe batnea aquæ calidissimæ vbi Calcaria, id est, Sudatoria olæ, vbi aperto per latus alterum canali perfluentes ea calidissimo complent vapore: Earum aquarum usum coquendis cibis nihil in ameni saporis habere. In Baianis est Balneum faxi cum fandelca, vbi sudatorium. Balneum in Calaguria Hispanie parte ex calidarum aquarum venis abundatibus sulphure: Habet sudatorium sub reposta antri cellâ per obscuram, quod per fenestram, à prisimo ipso amiculo vapores aquarum calidos recipiendo, attemperatur: veile ad dolores artuum antiquos, duritiesque iuncturarum, quæ ex vulneribus, vel alijs etiam causis solent accidere. Ad thermas plumarias est etiam sudatorium, ibidem plura parari possent valde utilia.

De aquarum medicatarum fistillicidio, clystere, & fotu.

CAPUT. XII.

Aspersione
vñs apud
veretes rati-
rus.

ASpersione vero usus ad balnea naturalia rarius videtur fuisse antiquis. Siquidem eius proprium vocabulum (quod sciam) nec apud Graecos legitur, nec apud Latinos authores εὐρεῖται, nec εὐρεῖται communius est, quasi impluuium, & impluere, infundere, conßergere. Nectam ex Galeno coligimus usum, quam ex eo, atque Archigeno corrigi abusum, vt in frâ ex s. de San. tucen. videbimus. Plinius, quem habemus rituum omnium antiquorum obseruantissimum, inter usus quos commemorat aquarum, de hoc non meminit. Meminit obiter Horatius, cum esset in Baianis balneis, ad Vallam illis verbis,

Qui caput & stomachum supponere fontibus audent
Clusinis, Gabiosque petunt, & frigida rura.

Duccia vo-
cabulū no-
num pro af-
fertione. De hoc ergo usu nos ad recentiorum nostrorum instituta tractabimus: & quando vulgus communiter Ducciam, nos idem vocabulum, pro re noua, aliquando resupnabimus, aliquando ad latina vocabula accommodabimus, ac modo fistillic-

diurno, modo aspersionem appellabimus. Sunt ergo in balneis, quae ad hunc usum probantur, constituta fistule, vel una, vel duæ, vel plures, quæ volubili epistola mio clausæ, aquas à communی fonte, pro eo ac quisque voluerit, vel reddere, vel retinere poterit. Delabantur autem ex alto aquæ, palmi vnius, vel ad summum cubiti spacio, vel in balneum, vel in subiectum ad hunc usum cluediorum. Nam Isq; duplex duplex est modus: Vnus quidem, vt si qui sola vtræ debet aspersione, super oblongo sedens scanno, vel succumbens peccatore effectam tantum capitum irrorat pars sem. Alter, vt se in balneum de more immersens, silicidium superne recipiat: qui modus in robustiore corpore, ac ventris effectu utilior est, attrahente simul infra balneo, ac aqua ipsa duccia ex ielu vehementer discentiente. Atque hæc fuit causa inßituti bruis, vt addito ielu ex alto cadentis aquæ ad calorem, vehementior fieret discussio. In duobus potissimum morborum generibus, frigidus silicet & inueteratus, ad calefaciendum, ac secundum, ad resoluendum, ad emolliendum induratæ, & ad corroborandum imbecillas partes. Aut ratione situs, vt potest vel in alto corpore hæreat effectus, vt exempli gratia, Ischias: vel (qua potissimum causa laudat Galenus perfusiones in caput) si effectus duro oſium & caluarie obice subiactens, vim aliquam praefaci peſtule, vt penetrare valeat, ac discutere. Qualem obtinet eo insultu virtutem quedam aquæ medicatae, sulphureæ in primis, quæ naturaliter sunt calide, & subtilis effentia. Ac potissimum si vel nitri, vel æris quidpiam admiserint, quorum mixtura maiorem acquirunt tenuitatem, ac penetrati virtutem: quo nomine Sancti Philippi balnea sunt Sensi, multis alijs anteponenda. Utiles & aquæ, quæ vel alumine participent, vel ferro, vel adstringenti mistione aliquæ cum sulphure, vt & discutere valeant, quæ est prima intentio, & membra ipsa subinde corroborant. Tales hodie ducciae mirificæ habentur ad Corseni balnea in agro Lu censi: incoparabiles alioqui eis commoditatem, ac amoenitatem. Sunt & Patauinæ perutiles admodum calidæ, cùm cineris, atque salis mistura, & amoenissimæ. Cum ferro, & ære ad Viterbiæ. Ceterum si villus yngquam apud veteres fuit ducciae usus, utrissima in primis, ac notatu digna est Archigenis præceptio, quam Galen. in s. de Sani. tuer. & ex eo deinde Aëtius asseuerant. Si quidem animaduertendum esse calidarum sponte manantium aquarum usum noxiæ esse capitibus natura calidis: frigido alioqui existente effectu. Quod declarans Galen. Caliderum enim (inquit) quæ sponte nascuntur, sulphurosa, ac bituminosa, propterea quod calefaciunt, nocentissimæ sunt capitibus natura calidis: aluminosa verò, quoniā angustos claudunt poros. Id est, quia aut incendere nimium poterunt caput, & febrem excitare: aut potius humores dissoluere, ac liquabiles nimis ad aliquam nobiliorem particulam reddere, ac suffocationis inferre periculum. Quamobrem his naturis (vt recte monet Galenus) etiam duntaxat calide aquæ erunt utiles, & extra noxam, que ritque dulces sunt, id est minus medicamentosæ: quoniā (subdit) non calidæ essent, si omnis calefacientis substantia expertes essent. Ex

Administra di modus.

Cassa in-
stituta due-
cix.

Duccia fac-
ultates.

Sulphureæ
ad duccia
commen-
datissimæ.

S. Phil. Baln.
Sulphureæ
cum ad strin-
gēti mistio-
ne ad ducc.
probantur.
Cors. baln.

Duccia ne-
cessaria
præceptio;

Quib. proprie diuccia colligitur ducciam frigidis esse proprium remedium : bisque tribus affectibus, naturis, membris frigidis. Facit ad affectus omnes frigidos, ac inuetatos, primum capitis, deinde neruorum, ac iuncturarum id genus morbis. Cæte: is locis, ut hepatis, leni, ventriculo, utero quoæ minus sunt natura frigida, frigido quamquam teneantur affectu, aut perperam duccia adhibetur (quod non nulli tamen omittunt) aut certe non nisi contumaci, ac iam desperato affectu conceleendum. De versu : debita ac diligenti supposita præparatione, tum corporis vniuersi, tum laborantis ipsius particular, maxime vero capitis, res ita inaeatur.

Versus duccie Incipiendum prima die leviter, id est exiguo, ac cepido stillicidio, & quan- diu non molestentur subeant, mox calidius indies erit comparandum. Mo- ris est autom caput prius deradere, qua parte saltem getta subeundum est, qua tuor digitorum latitudine, & dorum in star longitudine a coronali in sagitta- lem suturam : mox circundata leui piteo capitis corona, super scanno balneaz- rio subeundum. His quidem qui frigido, humidoque catarrbo, aut si oqui- humido, neque multum calido afficiuntur, ut ve:bi gratia surditate tenentur, bregina supponendum, quo loco cravum tenuissimum est, atque rarissimum. Qui autem aut resolutione debilitati sunt, aut detentione, aut spasmio, aut ali- cuius partis infirmitate, aut neruorum contradictione, aut aliqua huius generis mollificatione laborant. super occiput, ubi neruorum principium, impluuum recipiant, quod cadens per humeros totam spinam perfundat. Si defluxus vero cessauerit, partes ipsas solutas, contractaque duntaxat irrorandum: quod mul-

In catarrho. In hemicra- nia & parte frigido af- fectu inus- terato natura temporaria beato labo- denique, aut alterius membris frigido, vel antiquato affectu detentii, imbecil- lam, obfessamque iam particularim subficiant: idque mane diluculo, & vespere facilitandum, dno exinanita semper, ac ieiuno ventriculo: Velsi minus validi- sint, semel in die subeant, & ubi solitum est quindecim plus minus dies succum- bere, bi suppleant dierum numerum, ad viginti circiter dies, atque amplius.

Tempus vero particulare est pro conditionibus antea positis varium, & omnia no ad horæ spacium, & amplius, pro tolerantia: Vel, quæ certior meta est, quan- diu sentiant ægri aquæ caliditatem ad intrinsecas capitis partes penetrasse. Tum exiens, ac deterso lenibus linteolis capite, derafa capitis particulari panno laneo, & scuffia obtegenda est: tum quidem ut impressa diu aquæ medicatæ qualitas conservetur, tum vt ne laedatur extrinsecus, quin crustam etiam ipsam reliefam capiti ab aqua duccie, multis à duccia diebus seruandam consulimus.

A duccia facienda. In die cauendum à somno, qui hoc maxime verso solet obrepere. Simul atque nosxiæ à capite rheumati defluxionique, quam adeo detestati sumus, occurren- dum, cuius causa facchari rosacei semiunciam horâ somni sumendam consuli- mus, ac interdiu facchari candi quidam clambendum. Subinde per quadragesi- ta dies, viettu vtantur regulari, caput non lauent, ne crustam (yt dixi) remo- neant. Solem vitent, ventum & venerem: Baccus. De stillicidio inter alia

Somnus di- urnus ca- vendus. Rheumati occurredū Regimen victus,

scribit Fallopius: Riuulis aquæ salientis vel arte vel naturâ ita in struetis sube-
 giebatur corpus vel corporis pars aliqua, in quo vsu maxima est vis medica-
 mentos, quia ratione illius motus imprimitur vis: & ista vtendi ratio fuit fre-
 quentissima apud veteres, ita vt aliqui præter modum etiam riterentur, & vt
 ait Galen. in 4. de tuenda valetudine, quidem subiiciebant caput stillicidio
 aquæ sulphureæ. Frequentiss. quoque vsus iste est apud nos & frequentior
 quam fuerit ante, cum vigebat Sauanarola & reliquillius etatis. Item cap. Balneum
de Ducijs
 15. Balneum de Ducijs in agro Lucensi habet paucum nitrum & marmor com-
 bustum copiosum, & ideo valde siccat sed parum calidæ facit: sunt in vsu pro cas-
 pitibus humidæ & calidæ temperaturæ & præsertim humidæ & prosunt. Sed
 mirum est quod aqua illa scateat feruentissima, & tamen nihil sulphuris in
 se contineat, & quod etiam auget admirationem est quod inter quatuor decim
 stillicidijs, unum vocatum delphatorum est usque adeo feruidum ut depilet
 pullos si subiiciantur & tamen huianis capitibus nullam affert noxem, ego
 bis in meipso sum expertus anno etatis 14. & 18. Cum recipere stillicidijs
 videbatur mihi quod virga ferrea ignita attingeret caput in tota ea
 parte per quam fluebat aqua: Vnde mihi videtur quod à Deo optimo fuerit stil-
 licidium illud extructum. Utuntur stillicidijs his ad siccandos catarrhos, &
 sunt ibi in vsu tantum pro capite. Andernacus, Instillatio, barbaris gutta,
 Italicis dacia vocatur: cum syincipiti instillanda est caput linteolo circumde-
 tur, ne illa diffusat, vt postea dicetur: fiat non primis lauationis diebus, sed
 ubi corpus aliquandiu illi assueverit. Instillanda autem quotidie ad horam di- Periculosaq.
valde cali-
midiam,
 porrò obseruandum est omnes aquas sulphureas, bituminosasque, si vebemen-
 ter instillentur, capiti, ventriculo iecorique adeo periculosas ut persæpe
 mortem inferant. Præterea Germanis & alijs qui copiose alimento utun-
 tur, cuiuscunque aquæ etiam non admodum calidæ, instillationem esse peri-
 culosam. Hæc ille. Aquæ admirabilis fontis etiam non parvo cum fructu pos-
 sent in usum vocari (non sunt enim vebementer calidæ) modò ex medicorum
 præscripto diligentem vietus rationem & stillicidij usurpationem instituant.
 Poterunt quoque periti medici pro diuersitate morborum & partium, additis
 stirpibus vel metallicis conuenientibus, aquarum vires augere. Medicatarum
 aquarum alter usus est in Clysmate: quod genus remedij utilissimum, tam præ- Clysteres.
 sentis præsidij vt non tantum drepente tanquam incantamento dolores im-
 manes & intolerabiles partium in ventre inferiore sedet, sed etiam plerique
 earundem morbi grauiissimi vix alii vlli remedio cedant: nec abdome solum
 affecto, verum etiam superioribus partibus, potentissime reuelando. Quid
 autem faciat Medicus ubi astrictissima alio inferiore, peros exhibitat reuo-
 muntur? Quare meritè accusanda venit præpostera Germanorum nostros
 rum verecundia, vt ipsi loquuntur, vel, vt ego interpretor, inepta & damnosa

sæpe pertinacia, quæ magno suo incommodo, non raro presente periculo, Medicorum autem molestia & iedio tam generosum suo tempore remedium fastidiant: quod omni ætati (imò menstruae & à matre rubenti ac grauidae, experientia mea frequenti & felici) sex uique non tantum salutare, sed & honestum (contra quam vulgus dicitur) si exceptus liquor iniiciatur, syringe flannea vel argentea aut auriculacea citius, commodius, ab una etiam sola persona, & salubrissim ac honestissim quam cum vesica aut sacco scorteo. Oportet autem geminam fistula mobili donatam esse, quarum alteram sibi quilibet interposito linteo pertuso, indere potest: & iactepta omnibus partibus pharmacopeus vel obsterix aut pharmacopæi vxor indere alteram ac intropellere liquores, ut ne sic rusticum pudorem nobis obiectent inepti. Illud interim non in syringe tantum fistula, sed alia quacunque studiosè caendum venit, ne, ut, affolent, nimio tenacitatis acumine anum eiusu spinciterem offendat: quod fiet si crassiusculus nucleo glomeretur fistula finis. Iacobus Theodorus Tabernæ montanus ad tornina ventris ex acidulis in Langensdorffalbach infuso clystere cuncta materia bilio a dolores compescuit: Quid ergo de Bollensibus nostris sperandum, quas præter teponem intestinis amicum, tot mineralium, quibus cum nerofis pariibus maior consensio quam sit acidulus, mixtura commendata. Et certè impune aluum naturaliter calidus aquis proliu, attestari possum ipse, ut qui iuuenis in Heluetiæ um thermis Badensibus, periculum fastidius quantum caperent intestina, ipse mihi liberaliter per syringam thermales aquas aliquoties citra noxam insecerim. Quanta autem cum uitiate, quo modo, & in quibus iniiciendi clysteres, que etiam addenda, sparsim varijs in locis ex prædicto Iacobo Theodoro, Andernaco, alijs item Germanis medicis, Italij & Gallis dicetur. B. liensem calidam non nimirum, etiam sclam & multoties iniici posse non solùm sine rullo periculo, sed etiam magna cum utilitate afferere non aubito. Idem sentit Baccius de thermis libro 2. cap. 19. Sanè equidem ne errorem nunc dixerim clysteres ex aqua balnei comparare: id tamen in certis casibus factitandum, ut in colico affectu atque hydrope: Haud tamen eorum usum communiter conculimus, nec ex quacunque balnei aqua duas bus rationibus: tum quia ignorandum non est in plerisque casibus, qui curen- tur ad balnea naturalia, clysteres vel non sufficere vel nequit quam esse, tum quia non minoris noxae esse possunt quam virilitatis ubi per eos intempestivæ natura ad delectioriam partem proritetur fortasse inita. Item cap 10. Quibus ex affectu nature, vel aquæ ipsius vitio, vel ex constitutione eius tempestatis non adeo balneis oportuna, minus purgatio cibitarum aquarum succederit, infuso rosarum ex saccharo nibil suauius est aequa commodius. Ob quam causam ut aliquibus ex eadem aqua clysteribus non habemus absurdum, & tan- ex simplici ipsa aqua balnei, quam in cottis aliquibus vel lenientibus vel dis- cugoribus, saccharo addito atque oleo & sale, ut moris est. Proviso enim oportet,

omnem ebibitarum aquarum mensuram exturbare è corpore. Aliqui si quid reliquarum remansisse suspicio sit, post usum potulentorum, lauaca calida exundationesque instituant. Verum de his hac tenus. Paucula nunc subiencia de ^{Fetus.} fontibus qui in nostris aquis admirabilis fontis vires non paruas, ut patet ex his ^{Aq. Calder.} historijs, habent: de quibus Fallopius de thermis cap. 14. Aqua thermarum possunt nobis inseruire per fomentum, quando in eis madefacimus spongias vel paninos & fouemus corpus, qui usus frequentissimus est apud medicos Veronenses in aquis Calderianis, in alijs autem locis & balneis non viget huiusmodi usus. At Baccius lib. 2. cap. 19. de thermis: Fomentorum nullus inquit usus esse debet in balneis naturalibus: quippe balneum uniuersam simul corporis temperaturam, atque eius affecti membris respicit: fomenta vero ipsa quodpiam veluti refusgium sunt ijs, qui vbi non possunt ex aliqua occasione vti balneo, fomenta ipsa pro locali usurpant remedio. Vel, vti fit ad Porretanis aquas, si atibieantur circa peccinem fomenta his, qui sumptus minus reddunt aquas. Ut ego magnis viris Fallopio & Baccio subiungam meam sententiam, fatus ex balneis medicatis non parui facio, potissimum ad balneum aquæ fontis admirabilis & similes aquas quae ars calcificat, vbi etiam hypocrita que calcifera possunt, qualia multa diximus esse in splendido ædificio ab Illust. meo Principe instituto: in quibus commode administrari potest ægris imbecillioribus, qui non facilè solium subire possunt, aut certè diutius in eo manere. In ijs etiam, qui unam partem corporis magis afflictam habent: que maiori fato opus habet quam totura corpus balneo: Cuius sanè etiam fatus externis accidente prudentia Medici, additis morbo & partibus conuenientibus augeri commode vires possent, exempli gratiâ, si caput, ventriculus, bepar, & splen afficiatur, per foton impetrari quedam possunt vel corrigi quedam impressiones aquæ medicatae, quæ minus utiliter in una parte corporis existimantur balneando.

Decœno, crassamento, fœce siue limo thermarum aquarum è medicatarum, & eo deficiente in Balneo admirabili & fonte medicato Bollensi quid substituadum,

C A P . XIII.

Omnis terra (inquit Galenus) vi: n possidet desiccandi. Unde & pinguis agrorum terra, quæ colitur, utilis est ad curationem omnium partium resuscitatione indigentium, quomodo ea in Alexandria, & in Ægypto vntuntur. Vidi enim (inquit ipse) in Alexandria hydriacos, ac lienos aliquos terre Ægyptiacæ illustratione vti, qui sibi suras, femora, cubitos, brachia, tergum, latera, peccusq; linirent, ac perspicue insarentur. Eundem in modum & veteres inflammations, & laxos tumores, quæ Græcis edemata dicuntur, hec luth personat. Quinetia noui quosdam toto corporis habitu aquos

sos, ex iunctu modica haemorrhoidum evacuatione redditos, inde manifestum sensisse auxilium. Et quidam diuturnos dolores iuxta partem aliquam firmatos, prospicere hoc luto sanauerunt. Haec Galenus. Quam tamen facultatem haud equidem omnem terram, quae colitur, aequè arbitror obtinere, sed illam Aegyptiam maximè: quæ nimirum Nili quotannis diluvia recipit, ac tota barenoſa idcirco, & ſalſa, & nitroſa redditur, pro naturali, quam diximus, ſoli illius ſuminiſ qualitate. Nec terram ſolum dixit, ſed lutum pingue. Hoc enim differe lutum à terra videtur, quid hæc cum aut pinguis sit, aut arida, aut compacta multis modis lutum dicitur ſi cum humidio miſceatur, ſea terra ſimplex, ſen-

Lutum medicamentorum ſeu aquarum medicarum reſidentia. Lutum in iusta fit. Propriè autem ad hunc uſum, lutum intelligimus medicamentoſum, quod in fundo medicatorum fontium reſidere ſolet. De quo & Plinius memoriuit lib. XXXI. cap. I. & VI. Utuntur, inquit, & cœno fontium balnearum naturalium utileſ, ſed ita ſi illutum Sole inareſcat. Qui uſus hodie eſt frequentifimus. Ad emolliendum induratas partes: quo in genere balneum Sancti Bartholomei in Patauinis, eſt in toto orbe percelebre. Ad cataphaciendum, ac fiscandum, ad diſcutiendum, ſoluendumque contumaces in aliquo membro impatet, materias, infixos (ut dicebat Galenus) alicui parti dolores emouendos. Ad roborandum denique, ac firmandum maximè iuncturas, ac neruofas partes. Eſt autem lutationis uſus duplex: poſt balnei uſum plures dies, & cum ipſo balneo decem, vel quindecim dies, & vterque eſt laudabilis. Quoſit, ut iij, qui vel partis culam quampliam ex longo morbo, imbecillam conſirmare velint, vel reliquos tumores, vel dolores diſcutere, vel contracta membra extendere, ubi prius condecenter ſe prepaſauerint, ac balneo uſui fuerint plures dies, affectam partem luto huic inodi, actu calido, & quale ex ipſo fonte ſumitur, illinan. Vel balneum ingrediantur calidum ſummo manu, mox ſole inualeſcente vtantur luto, quod ſubinde reſiccatum, reliquo interim corpore, & capite defenſo à ſole, ad horam immutent. Vel facto cumulo nouum ſuper imponant, donec reſiccatum ad duas circiter horas, vel cadat ſponte, vel amoueat. Tunc lauent eodem balneo membrum ipſum affectum, ac exiſcent linteo, mox adhibito condecenti ad id quopiam præſidio, vel vnguento, vel oleo, ut dicimus prandendum eſt. A prandio qua uor at minus horas ſuper ſedendum eſt: hoc ſequidem tempus naturæ totum condonandum eſt ad diſtentionem amenti primam, & ut quiescant interim affecta membra. Faſta vero in ventriculo coctione (quo nomine paucius prandendum erit, quam coenandum) ad lutum redeant eodem tenore. Vefpere autem conſcendant rurſus in balneum, vel paulisper vtantur perfufione, ut una aqua, unaque opera, & lutamentum abluant, & membra ipsa iam lutata conſirment, mox inungant, & cœnent. Sunt qui anarsarcam patientes, prægressa aliqua diligentia (ut monet Aetius) inter initia admixto ipſi lutamento ex diſcutionibus quopiam, totos (ſi oportuerit) illuant, moxque in fine in balneis abluant. Ad dolores vero, & tumefactiones laxas, & neruos contractos, affectam partem illinire à balneo quoque

Uſus.

Bart.

S. Bart.

Baln.

Tholomei.

Patauinis.

In toto orbe.

percelebre.

Ad cateſaciendum,

ac fiscandum,

ad diſcutiendum,

ſoluendumque

contumaces

in aliquo

membro

impas-

et,

materias,

infixos

(ut dicebat Galenus)

alicui

parti

dolores

emouendos.

Ad

roborandum

denique,

ac

firmandum

maximè

iuncturas,

ac

neruofas

partes.

vniuersali satius est: ac ita assiduo illutamento vti, quod efficacius tū disso uat, tum roboret. Vtile vero, ac recipiendum quod Montagnana consuluit, vt qui contumaces id genus duritias, vel contractions, aut balneo, aut illutamento curant, aliquo ad eandem intentionem proprio linimento, per reliquum diem, ac noctes vtantur. Quale ipse habet, quod recipit. Olei sesamini, olei amygdalarum vnguentā, dulcium singulorum sefcunciam: medullæ crurum bouis, sepi castrati, pinguedinis gallinæ, singulorum vniciam: vitellos ouì duos: croci drachmam: cum aero possea, in quo dissolutum sit ammoniacum, conformetur linimentum: addito, si libet, pro narcoticis opio, aut chamaemeli floribus, ad dolorem leniendum vel esto ex bdellio vnguentum apud Mesuem, vel aliud huiusmodi. Cinerei, vel sal si cœni illutatio tumores lienis aliarumq; partium, ac cæteras inflationes ex crasso, frigido, ac impæcto alicubi phlegmate valenter discutit. Cocturas item ignium sanat vel etiam factas aquis feruentibus, si aut cinerem, aut calcem, aut lithargyri recrementalatum præse ferat, & ex terra ipsa, creto sique intratum vesicas eleuari prohibet, virginemque penitus abolet. Sunt qui illutamenta sibi arte quoque componant, quale extat apud Aëtium, Ad tumores corporis eminentias: atramenti futorij partes quatuor, aluminis scissi madefacti partes sex: luto fusco subigit, & ægro nudato, ac præloto, corpus illinito, deinde lauato, ac rursum codem modo foueto, linito: quod ubi ter feceris cum rosaceo inungito. ægrumq; per totam noctem contingito, reperies sanum. Dörtomanus de thermis Belilucanis: Utuntur cœno fontium utiliter si illitum sole inarefacat, teste Plinio: aut potius si prius impositum, & sole seu aprico loco arefactum eluatur, & deinde recens quoties inarucrit. Possumus eo vti liquido, exsiccato, vsto, quod tū exsiccat magis mordaciisque erit nisi eluatur plantaginis seu rosaceo flagmate. Fallopius de thermis cap. 16. Luti facultas est emolliendi partes indurat: cuius lutis ratione balneum Diui Bartholomei in agro Patauino celebratum in toto orbe & balneum de aquis. Luto etiam hoc modo utimur: Aeger habeat alueolum in quem imponat partem affectam, madefaciat eam in aqua calida balnei, statim superponat lutum primum parua quantitate, quā paulatim augeat, donec multum sit supra partem, quod sinet supra eam, donec refrigeretur, & tunc abiiciatur, aliud superponatur, & id ter vel quater faciat: ultima vice abluat partem aquâ balnei, siccet, inungatq; olco aliquo, & pannis obuoluat exerceatque si potest: id faciat manè & vesperi. Lutum oportet esse calidum pro ratione morbi, habitus, etatis, temporis anni, & reliquorum supra dictorum. Solent vtiluto spatio quatuordecim vel 15. dierum, idque vesperi & manè per horam & semiensem: qui excedant solent incidere in febres acutas. Paulatim procedendum utendo luto, & paulatim defistendum. Nos quilibet in Bolleni balneo desituimus, eius loco succedaneum parabimus lutum ex puluere lapidis fissilis nimirū, bitumine, succino nigro & argilla cœrulea (quam suggerunt loca fonti vicina & rimæ lapidis fissilis, quamque verisimile est & bituminis & lapidis fissilis naturam redolere) subactis ex aqua Bolleni ad lutis usq;

crassamentum: poterit etiam addi sulphur, vt facit Anderracus adramicem, vt dicetur suo loco: licebit deinde eo modo uti quo prescribut Baccius, Dortomanus & Fallopius, estate ad Solem, vel si cælum minus calidum, ut plerumq; existimo esse circa fontem mirabilem, ad ignem aut ad vaporem ebullientis aquæ in vasario, destinato ad vapores recipiendos, vel in hypocausto.

De viæ ratione quæ in sex rebus non naturalibus dictis consistit, ijs obseruanda quia quis medicatis vtuntur, quidque post usum tandem aquarum sit faciendum.

C A P. X I I I .

*Non eadem
in specie vi-
etis ratio
omnibus
conuenit,
qui aquis
vtuntur.*

*Parciūs prâ-
dendum
quam cor-
nandum la-
uantibus.*

*regula ge-
neralis.*

*Eibi vrenti-
bus aqua
medicata
concessi.*

*C*um varius ob causas in usum veniant aquæ medicatæ, & varijs sint praediti temperamentis, varijsq; morbis obnoxij, qui ijs utuntur: difficile est viæ rationem prescribere, quæ omnibus ex æquo conueniat. Qui enim p dagricon effectuum causâ defluxionumque ad aquarum usum accedunt, his non est dubium quin viæ prescribendus sit tenuor, ubi humoris frigidj, viscidique: At si non ex eiusmodi humoribus pendeat morbus, quis non viset pleniorum viærum & posse & debere interdum usurpari? Quia in re quoque affectuum constitutio obseruanda pertinax aut leuis, qui que facilius cedat. Si quis tamen expectat quid nobis de viæ sit sententia, eiusmodi proponemus rationem quæ cum latitudinem habeat quandam, posset utentibus quibus suis obseruata prodeesse. Et primùm quidem illud pro confessu accipiunt plerique, quod alias in questionem tamen solet vocari: parciūs prandendum esse quam cœnandum his, qui balneo uti volunt. Rationem adferunt, ut vesperi quoque balneo uti possint: Carent scilicet illi, ne si largius prandeatur, diutius prostrata concoctio vespertina lauationis oportunitatem excludat: Scitum enim est medicorum, vi balnei euocatum ad exteriora calorem hærentem in venatriculo cibum minus feliciter concoqui, crudumque in venas rapi, unde obstructions & ex ijs pendentes morbi infiniti oriuntur: Quod cum ita sit, illud in genere potius suaferim, siue de matutina siue vespertina lauatione inauidiatur sermo, non prius in solium esse descendendum, quam absoluta sit concoctio: quæ cum in alijs matutius, in alijs serius absolviatur, nullo horarum numero circumscriendum hoc tempus esse videtur. Sed unusquisque sue naturæ & idiosyncrasias conscient ubi ex cessata ventriculi grauitate descendisse cibum nouerit, intrepidè se aquis committat. Ptq; cibum modicum bonique succi exigimus, ita quoque & potum intra mediocritatis terminos requiri mus: qui qualis esse debeat mox explicabimus, ubi prius cibos aquis medicatis utentibus ex usu futuros, obfuturosque recensuerimus. Probantur quidem quicunque boni sunt succi & concoctio faciles. Cibos sequentes concedit Montagnana lib. de balneis tract. 3. Panem recentem bene fermentatum & preparatum, carnes pullorum, vitulorum, bœdinæ, agni unius anni,

strictis iuuenis, anatolorum, perdicum, phasianorum, leporum: Inter herbas bestiam, spinachiam, borraginem, feniculum, petroselinum & similes: iuiscula ex ciceribus rubris vel albis, panico, hordeo. Aceto, inquit ille, aliquando uti possunt vel (se timeatur nocumentum propter neruos) succo aranciorum, malorum punicorum acido dulcium, & similibus incidentibus, aperientibus, non multum astringentibus. Idem in tract. 2. permittit aues non degentes in aquis, oua, pisces non viscosos, caseum recente, lac coctum, colostra & alias partes lactis conuicienter assumptas. Quidam laudant rupicapræ carnem ac ceruinam, iuuenem sane Ceruina ea- non improbarim. Scribit Plinius lib. 8 cap. 32. Februm nobis non sentit ceruus febres. ro impedit

qui & medetur huic timori. Quasdam nos principes feminas scimus omnibus diebus matutinis carnem eam degustare solitas, longo aeuo caruisse febribus. Non improbo etiam iuiscula ex avena, ouis & oryza, nec cerasa acidula lia rubra, amygdala, ficus, passulas, limones, citria, arantia & mala punica, pyra & pomato sticta cu aniso, & cotonea cocta, in fine pastus sumpta, salmones paruos & locustas fluiatiles. Prædictis addit Andernacus: Iuiscula sint ex capis pullisque cohortalibus elixis, deinde etiam eorum carnes: ex venatione capreoli, inter aues autem attagenes, palumbi, turdi, & turtures, omnesq; auicula montana: ex pi- scibus saxatiles, thymali, lupi, trutae, funduli, percæ & id genus. Potus sit vinu Potus. album & non acerbum austерumq; sed modice astringens, tenue, claru, leue & generosum. Vesperi etiam rubellum stomacho optimè conuenit. Si vinum valen- tius sit, recte aqua cocta diluitur, quod dimidiij calicis in star vna vice sumi pos- test. Nam satius est modicum singulis vicibus, quam copiosum simul assumere.

Hæc Andernacus, cui improbantur in hoc casu oua dura, frixa, caro agnina lepo- Cibi aqua- rina, nec non grandium, animalium præsertim sale & fumo indurata, ut bubula, ventribus medicata hircina, ceruina, suilla: quanquam iuuenum adhuc ferarum aliquando concedi interdicti, possit. Inter aues que pedibus nituntur, anatum, anserum, paonum, & gruum eus obest. Ex piscibus indurati, glutinosi, molli carne prædicti, anguillæ, cyprini qui vulgo carpæ dicuntur, & tincæ minus laudantur. Inter olera brassica & qualibet legumina, poma, omnes furculorum fructus: insuper acida omsnia, salsa, lactaria, omne genus pistorium, pulmentaria ex farinis facta, pas- nificia, caseus. Vinum non sit acerbum austерumque. Aqua cruda & frigida nos- xia est, vinumque dilutum, maximè autem refrigeratum: si tamen valentius sit, recte aqua cocta diluitur. Non male dudum Montagnana similia docuit cons. 303. & inter alia, ut qui balnearient cauerent à cibis valde frigidis & qui facile corrumpuntur, lacte cerasi, & alijs fructibus valde humidis aut valde calidis & acridibus, allijs, cæpis & similibus & totaliter ab aqua frigida, nec bibant in balneo: esse enim valde nocuum potum. Item de bal. tract. 3. Omitiant lactucas & reliqua olera, & fructus frigidos sicclos: ut pyra, castaneas, cytonia, &c. vitent coitum propter resolutionē huiusmodi substantifici. Digna consideratione sunt quæ ex Baccio lib. 2. cap. 20 sequuntur: Alimenta Alimenti tres conditiones in totum obtineant: ut sint boni succi, concocti non difficilia

& quæ gustui inoffensè sapient. Sunt rursus de primarum rerum delectu, quas
 rum multa efficacia est ad sanitatem tuendam, hæ communissimæ regulæ: pris
 ma, vt ipsa regio aeris habeatur inculpatè sanit: secunda vt aquæ quæ in potibus
 sumuntur & cibis, sint sincerae, sanæ, & laudabiles incolis qui bibunt eis, nec
 balnei aquâ vitantur, vt quidam perpetuam faciunt: sit panis bene fermentatus,
 & conuenienter coctus, non calidus vt statim è cibano mittitur, nec vllatcunus
 Balneanti-
 bus inter-
 dicta.
 Animaduer-
 tibus, qua-
 præscribi-
 tur balneâ-
 tibus, dia-
 tam.
 Vina.
 Vinum ie-
 junis nocet
 An acetaria
 cœnis pra-
 ponenda vel
 postponen-
 da.
 Cur veteres
 postpo-
 suerint.
 Ab ouis ad
 mala unde
 ouisum.

& quæ gustui inoffensè sapient. Sunt rursus de primarum rerum delectu, quas
 rum multa efficacia est ad sanitatem tuendam, hæ communissimæ regulæ: pris
 ma, vt ipsa regio aeris habeatur inculpatè sanit: secunda vt aquæ quæ in potibus
 sumuntur & cibis, sint sincerae, sanæ, & laudabiles incolis qui bibunt eis, nec
 balnei aquâ vitantur, vt quidam perpetuam faciunt: sit panis bene fermentatus,
 & conuenienter coctus, non calidus vt statim è cibano mittitur, nec vllatcunus
 vittiosus, nec compastæ massa, & duorum ad summum vel trium dierum. De rea-
 liquis, balnearij quidam medici à balneis interdicunt rebus omnibus azymis pas-
 stilibus, herbis præsertim crudis, piscibus, caseo, recocta, butyro, laeticinijs omni-
 nibus, fructibus, leguminibus, acribus, salitis, frixis & id genus alijs liberæ via-
 tæ. Sed hæc nimis exacta est regula, nec seruatur in balneis: sed communiter
 cum laudentur bonæ carnes, oua recentia, & condimenta familiaria, haud pros-
 pterea intelligas interdictum esse, vt aliquando non licet pro ratione transire
 ad fructus, atque herbacea, acid genus alia minus regularia alimenta. Nam ius-
 re balnei (vti diximus) nullafit præscriptio, nisi vt eleæa sint omnia. In primis
 autem de vinis danda est opera, vt vina elegantur sine virio, mediocris substantia-
 tie & quæ facile nutrit, minus austera, neque dulcia: nominatim vero hac
 potissimum carant noxa vt non sint fumosa, quæ caput tentent, vnde bibentes
 in somnū præcipitant, multisque defluxionum generibus redundunt obnoxij.
 Ex quo subausta laudantur potius, quam quæ exactissime penetrant: hoc
 enim penetrationis nomine caudendum aliquibus est, qui per balneum, ac ieiuniū
 dum exucco ac stibundo corpore fatiscent ad pocula, statim in prima mensa
 panem ex vino puro intinētum ingurgitant: nocet enim subitus vini occursum
 neruosis partibus, ac iuncturis, vicerat inflamat, que scilicet atrahunt via-
 num audiū: penetrantibus vero rebus ac liquoribus præsumptis, vix illa pe-
 riculi excusatio est, quin dilatatis per balneum poris, & corpore cibi indigo,
 quam citissimè quæcunqueingerent alimeta, ea incocta statim ad penitissimas
 usque partes protrahuntur, quæ multarum sunt aggraudinū, cuius, & hoc tam en-
 tio damuanda veniunt imprimis nostra acetaria, quibus iam adeo vesti cons-
 fuerimus in antecœnijs. Nam earatione fuisse diuersum morem apud antiquos
 quis existimo, qui assiduis utebantur balneis, ut postponerent cœnae acetaria
 non anteponerent: nimirum quia exercitatis ac lotis, timendum fore videbatur
 ne primo statim occursu acetiorum lœderent irancem ventricum, sique cor-
 pus famelicum succo statim imbuerent non satis utili: & contra, approbatam
 diutissimo usu consuetudinem legimus, ut ab ouis, perinde boni nutrimenti cibo-
 suis cœnas inciperent, & finirent ad mala: vnde ortum proverbiū, quod le-
 gitur apud nostros Latinos, Ab ouis ad mala. Peri autem simile fit, per abusum
 posteri quorundam, præsumi cœpisse acetaria, prioritata nimirum per oxygarum
 ac lactucas auiditate, quod videtur subnotasse Martialis in carminibus, L. ems. d.

Claudiere quæ cœnas lactuca solebat auorum,
 Dic mihi cur nostras in hoat illa dapes?

Ad exemplū scilicet illud, quod ponit Cato in libro de re rustica, Si voles inquit, in conuiuio multum bibere, cœnareque libenter, ante cœnam comedo crudā brasā sciam ex aceto, quantum voles, & ille ubi cœnaueris, comedo alia quinq; folia, reddent te quasi nihil ederis, biberisque, bibesque quantum voles. Porro virtus ratio in balneis, non solum de regimine circa cibum & potum intelligenda est, sed de omnibus etiam rebus, sine quibus, dum vivitur, neque corpus consistit, neque vita: de somno scilicet & vigilia, motu & quiete, excretis & detentis, animi affectibus, atque de aëre, locoue in quo versandum sit. Ea quæ aliquis minus accuratè neglexerit, vita etiam immuni, in uariis transire solent affectionum cauſas: multo ergo maiori diligentia præscribenda sunt ac seruanda in balneis, tum ut non impensè noceant, tum etiam ut promissas balnei utilitates non deſraudent. Primum itaque de somni & vigiliæ ratione præsciuisse hoc est opere precium quod somnus balneis est aduerſissimus, dormiendum his, qui balneo utuntur, noctu, & minus etiam quam conſuetarum horarum interuallum: nec tamen ad multam noctem vigilant, quominus cogantur peruigila noctis ſupplerē die: imò quanto dulcius interdiu somnus obrepserit, tanto cautiùs, & quaſi infidiosus syrenum cantus, euitetur: in uniuersum enim omnis somnus nocuus est, si intempestiuè ineatur: omnis autem intempestiuus dicitur: qui præter naturæ ordine fit. Ordo vero conueniens naturæ est, ut dormiendum noctu sit, non interdiu. Esto ergo somnus nocturnus, qui super unam horam ad minus, vel etiam duas post cœnam leui præmissa exercitatione ineatur. Tantū vero dormiatur ſpatium, quandiu perfecta ſit in ventriculo coctio, septem ad summum horarum, nonnullis minus, pro vi tutum nutritioni inſeruentium, facultate. Hic verè quies, ac dono diuūm mortalibus à Poëta dicta est, quæ a nimis ægritudines obliuione delet, ſpiritus uiuificat, calorem unit, concoquit quæ concoquida ſunt, & inæqualia reddit æqualia, laſtitudines abolet, intenta laxat, dolores alleuiat: quæ omnia necessaria ſunt in balneis emolumenta. Intempestiu autem rationem ſubit immodicus, ſi peracta ſilicet concoctione diutius dormiatur, quem terminum plerique à conſuetudine definiunt. Hic enim inter alia, hoc potiſſimum ad fert incommodum, quod ne excrements ſuo tempore expellantur, impedit. Darnabilis igitur ac noxius ſomnus immodi-
cūs, noxius & diurnus, nocentissimus vero diurnus ad balnea naturalia, duabus præcipue de cauſis. Prima quia impedit operationes balnei, ſive (ut melius dicam) naturæ, balneo præſertim in potibus ſumpto. Nam iuuare, sanare, mo- uere, ſuperflua expurgare, non ipſius balnei, neque medici eſt (ſunt enim hæc inſtrumenta) ſed naturæ opera: natura verò conſipita, non perficit, ſed relinquit, relicta aliquando vincuntur, reducunturque (ut aiunt) ad benignum pro robore virtutis: perſepe verò redundant, & perinde ut res ex toto præter naturam, in aliquam corporis partem decruſe patrefiſcent: & non ſine flagitio, cum aliquos ob banc ſolam cauſam viderim in balneis laſtisse vitam. Altera cauſa cur diurnus ſomnus dāetur, eſt quod is ſomnus non naturæ eſt, ſed à faculeti-
s

Somnus.

Somni tem-
peſtiui co-
moda.Somni in-
te-
petiui in
commoda.

minerarum vaporibus excitatur: qui primo quidem caput aggrauat, immoderata calefacit, & deinde humores ex capite colliquando, fluxiones concitat: fluxiones vero ubi in subiectas partes fiunt, omnis vitiis fiunt genitrices: alios enim de fluxu facto impetu in principem aliquam partem, repente suffocat: alios vidi qui cum aqua balnei, non bene digesta & corrupta, euomuerunt animam: alios resoluit, nervis oblaſis: alijs tuſſim contrahit, alijs tabem, alijs alui preſluvia: alijs in aliquam partem imbecillem mediocris nota delapsa, vel inflammaciones inducit, vel eryſipela, vel apostemata id genus aliqua. Quæ eisdem somni pericula eo velim diligenter unumquemq; nosſe, quo inter balnea nullum est accidens frequentius illo, neque molestius. Ad quam sane cautelam duo hic præcepta repetenda sunt: unum quod iam paulo ante diximus, ut parcet, & tempestiuſe prandeant, ac omittant interdum cœnam, est enim cibis somni materia qua sucta augetur & somnus. Alterum præceptum est, si somnus alioqui urgeat, ut medicetur, ac evitetur per remedia. Hanc vero cautionem à somno, exercitij ratio confirmat in balneis, quod ad potulentas aquas inter pocula ipsa faciendum idcirco diximus, quoniam moto corpore integra magis evacuatio fit, ac somni materia tota educitur. In lauacris autem à balneo quidem, & à cibo quiescendum, subinde certis horis moderate se exercere conuenit, ut vaporum balnei reliquiae, quæ caput aggrauare solent, & somnum inducere, excutiantur. Si quis verò ad motum ex imbecillitate, vel ægritudine sit ineptus, exercitij loco, si ex uſu ſint, generationibus uti poterit vel leuibus frictionibus. Quod frictionibus quoque interdicantur, puta ob ulcera, vel dolores, vel immittenient aliquam fluxionem, hi ſtudeant per latas vias, & maximè per aluum, naturales saltē vacuationes habere. De animi autem passionibus, quoniam corpora sequuntur animas, animæq; vclut nauta nauigium, regunt corpora non mediocrem ſane curam habere oportet. Perturbationes ergo animi omnes eliminant & praefertim à cibis, si velint quoque corpus optata perfrui iucunditate. Curas omnes imprimis obliuiscantur, iram amoueant, tristitiam, timorem, impatienciam, omnem causam ſolitudinis. Et contra: cum firma ſpe, ac fiducia balnei, omnem ſuauitatem que è rebus exterioribus perficitur, ſibi procurent, quantum poſſunt. Verbis utcunque, & gratis ſodalium invitationibus indulgeant: ſemper dati illius præcepti memorē, ut à nimio luxurie temperent. Eadem quoque de eaſa ad venarem iocofam quan loque indulgendum, certorum ludentem omnino excludant: ne hanc aliquis per omnia detestetur, gratis ſontis, musicis, & caſationibus deleſentur. Minus ligant nec ſtudeant, ac parciūs ardua nimium commentaria, quantumuis deleſent ea animum videantur. Ad mentis torporem euitandum, ſomnumq; arcendum ac meridianos aestus, quos oportet cum quiete traducere, varijs alijs oblectamentis, ludicrisq; citra fatſtidium, pauiſſerbi indulgere poterunt. Quo in genere cum ſint aliqua per moleſta, quæ maiore animi indigent studio, quam diſſicilis admodum in rea liqua ſpeculatio, omnia buiſſmodi explodantur: & ex æquo omnes ludi, qui ad

De ſomno
præceptio-
nes.

Exercitium,
& quies.

Animi
paſſiōnēs.

nequitiam, anxietatem, ac insolentiam prouocare valent, sacro ipso iure bal- neorum interdicantur. Deniq; de ambientis aëris constitutione: aër quidem, Aër quem velimus, nolimus per habitum continuò inspiramus nō scilicet inspiratus intima corporis penetralia sua qualitate afficit, verū ipso etiā ambitu, ubi quid- piam à sua tēperie recesserit, sūt nocentissimus, maximè in balneis, ubi peruum usquequaq; corpus efficitur, & aëri pse pro sui tenuitate exquisitè penetrans, statim soluitur, cōmouetque, præscriptim cerebrum, magis nocens suo occursu cora pori, quā aqua frigida. Sit ergo locus boni, atque laudati aëris ex natura: ubi rur- sus tempore balnei, omnē caueant cali intēperiem, nempe aestus, frigora, vehe- mentes flatus, Lunæ radios. Prohibendū quoque esset pro aëris salubritate iure publico, ut iuxta balnea neque lina maceraretur, neq; canabis, neq; eoria neque id genus alia in aquis fætēta, quæ postmodū lacunas aquarum relinquent putis diffimi balitus, ita que aërem, autumno potissimum, insalubrem reddunt. Esto habitatio alta, ad orientem, vel occasum hibernum spectans, lacunis quantum fieri poterit auersa (quæ præceptio saltem in posterum in balnearijs structuris seruabitur) non terrena, non humida, nec que facile vitiosas lanugines in pa- riete contrahat. Inter primas autem partes collocanda esset ad ipsa balnea, & ad ipsos fontes porticus spacioſa, ubi non solum salubres diei captaret auras, sed que ad uūum potionum in matutinis faciendarum esset idonea, egrorib; bibentes ab insultu, ac frigore aëris defederet. Tales videmus ad magnifica balnea, antiquaq; præsertim, ordinationes: Nam quæ scaturigines sub dio à bibentibus frequen- tantur, non adeo aliquos sua salubritate possunt iuuare, nisi cautè ministretur, quam multo plures ob incommoditatem lēdere. Sint & lauacra ipsa sub diuer- sorio, vel prope diuersorium benè collocata: sin minis, contra infestas aëris cons- titutiones, benè assumentis sint munita, ac storeis, & quæ opportunis ministerijs omnino nō careant. Vbi vero loci situs non adeo tutus, ac balnea pauperis im- pensæ extiterint, pro frigore, imbre, aut graui nubilo obstante, eoꝝ, magis si ager imbecillus sit: tunc satius fuerit priuatas in diuersorio paratas habere tinas, & tepefacto per caminum aère, lauationes exercere.

Erros insignes & abusus nocui admodum, qui commituntur ab- ijs qui sine consilio peritorum Medicorum, vtuntur aquis medi- catis potu, balneo, vel alijs modis.

C A P. X V.

Antequam à balneo profecturis regimen præscribamus, expediet abusus qui ab ægris in thermis paſsim cōmituntur, notare: eoꝝ, graiori censurā quanto isti errores hoc seculo latius gravantur. Apud Romanos, inquit Dor tomanus, Principum aucti luxuria, publicæ balneæ extrui cœptæ cum alibi, tū Rome in modum prouinciarum, si Annianio credendum, in quibus etiam cum plebe Principes prouisive lanabantur, puta Commodus, Gordianus, Galieus.

Romanorū
luxus in bal-
neis.

iuniores: alijs ter, quinquies, uel septies aestate, bis vero hyeme in die lauisse, & in thermis cœnitasse placet, ut tradit Capitolinus. Admittebantur una fœminæ, ne voluptatis lenocinio quid decesset. Deinceps decrescente Romani imperij potestate, decreuit pari passu luxus cupedia: sic ut infrequentior post thermarum fuerit usus. Dum Dominus de Puissum thermarum Belilucanarum effectu in se agnitarum vires promulgat vix quartus elabitur annus, quo tanta hominum multitudo in hunc usque diem bis quotannis eò confluit, idq; nulla habita affectuum, temperiei, etatis, vita anteactæ, sexus, regionis ceterorūq; distinctione, ut viliores thermae posthac ob abusum quam famosores ob usum fore sit metuendum. Ferulà digni, qui (causarum indicatione aliter suadente)

Concursus promiscuus ad Belilucanas, animaduersio- ne dignus.

calidis simul ac frigidis eundem fonte sine discriminē usui fore contēdunt, &c. Abusus in potu aquarum medicaturum. Abusus in dierum numero. Ex mala victus ratio ne in balneo, febris aliquae affectus præ- terti. Susque de que omne victus ratio nē facientibus interdi- cenda balnea.

Turpius labuntur in thermarum usu, seu ab usu verius, cum cunctis quantitas tem potuū tantam quantā capere possunt, prescribunt. Contra naturæ & artis medicæ precepta faciunt qui ad potus satietatem se saturant. Qui existimant potum triduanum, quatriduanum & deinde balneum totidem dierum sufficere, temerè credunt. Montagnana tratt. 2. Conf. 100 de balneis Patauinis: Qui voluptatis inquit ergo balnea querunt, qui assolent esse repleti & nulla victus ratione vtuntur, balneando incidunt in febres putridas & alios prauos affectus. Communis modus comedendi & bibendi in balneo lascivia est: Si cibi siue potus sint calidi acti & potentia, augent caliditatem, & a balnei calore disponuntur ad corruptionem & putredinem. Si sint frigidi impediunt ne dissoluantur quæ per balneum oportet dissolui, & obstructiones faciunt difficiles curatu. Siue sint frigidissime calidi impediunt actionem caloris innati. Fallopius de thermis cap. 11. Si æger sit inobediens, velit interdiu dormire, omnino indiscriminatim comedere & quacunq; horā, & similia agere, quæ essent in causa ut a quæ potius obesserent quam prodeßent, non exibeatis illi ullo modo thermales aquas, etiam si ratione morbi conuenirent. Abusus ille erat insignis de quo Plinius lib. 31. cap. 5. vbi scribit de ijs qui videbantur sibi magni viri qui maiorem copiam illarum aquarum bibissent: Vnde aliqui tantum bibebant, & tumidi adeo fierent, ut annulæ quem gestabant digitis tegeretur à cute. Fallopius scribit lib. de therm. cap. 10. se vidisse quendam Presbyterum qui tantum Aquariane aquæ biberat, ut trium dierum spatio tumidus ita manserit, ut non amplius ab aliquo agnosceretur: excreta illa aqua, defissæ tumorem, & rediſſe ad pristinam gratilitatem, refrigeratum tamen illi mansisse etotum corpus. Idem Fallopius de therm. cap. 11. Sunt Medici qui postquam valde defatigarunt et gressu aliquando præter rationem, & institutum viderint res non succedere statim, nulla habita alia consideratione, relegant ad aquas thermales tanquam ad anchoram sacram, in eo peccantes. Andernacus, In Germanica gente quidam totos dies nocte que mergorum instar balneis incubant: cibum potumque in eis ad satietatem usq; sumentes, nullo vel breuissimo spatio ad alium deicyendam interposito, aut saltem exiguo, ad illa reuertuntur. Nuper apud Rhetus in bal-

næsis

Abusus Ro- manorū nimio aquæ medicatæ potu. Incômoda ex nimio a- quæ potu. Taxantur medici in- docti. Germano- rū in bal- neis error quod ad vi- etum & so- num, non ferendus.

neis Fauorinis vidi nonnullos tum cibo repletos tum prorsus ebrios in illis obdormire, ut mirum fuerit eos cruditate, colicisque aut alijs perniciosis morbis non laborasse, & vires eorum concidisse, aut febre, aut lippitudine correptos, aut subita etiam morte oppressos esse. Idem Germani nostri φινέρσργι, si quando bibut, quod tamen rarius accidit, id in ipsis balneis plerunque, eademque hora & die faciunt, qua balneis insident magno errore & incommodo. Nam que per alium & vrinam excerni debent, balnei calore per totum corpus rapiuntur, fiuntque humoris motus contrarij. Idem, In Germania Medici aegris alijs octoginta, alijs nonaginta, alijs centum, alijs plures lauationis horas imperant, cum tamen scribit ignorent quot quisque ferre potuerit. Hinc fit communiter, vt qui multis horis pore. quotidie lauant, diebus octo aut quindecim curationem absolvant, qui paucioribus 20. aut 30. Verum sine ullo ordine & iudicio. Idem, Valde errant qui tam diu lauandum esse carent donec cutis erodatur. Nam inde sepius apertiones vel obstrukciones aliquae multi affectus oriuntur, qui ad mortem usque perseverant. Quare non est expetanda exulceratio. Nonnulli violenta & continual lauatione vim naturae inferunt, & ne sic quidem cutis ruborem contrahunt, sed mortem potius sibi accelerant, aut tantam viscerum imbecillitatem accersunt, vt nunquam ea ad pristinum robur restituere possint. Idem de aquis Fabarijs Pfeffers: Vidi nonnullos qui totos dies noctesque per integrum septimanam aquis insiderent, non multum medicinæ preceptis obseruandis solliciti: cibum potum in laua resumebant, somnoque indulgebant: Diuersiorum incommode, angustia, & fburcites, & sepe tantus fator ut animi defensionem hominibus paulò humanius educatis accersat. Reinerus Solinander de caloris fontium causa lib. 1. cap. 1. Est in Sicilia fons calidus, cui non solum nomen ex superstitio. attribuitur, quasi immunitatis sedibus impossibile sit, eadem tamen in pescinâ, & grum conualescere Item in epist. ad Vincentium Arnulphinum patricium Luscen: Grauiter incusabam vulgarem aquis sponte calidis utendi modum, qui nobis Medicis cum vulgo passim communis est, siue potionis siue lauacri, siue stufo usum intellegas, siue etiam embrochæ. Hec cum ego ostenderem, doceremque vicina Porrete balnea admodum salutifera propterea hoc tempore iaccre neglecta quod elapsis his annis patres nostri perperam ijs essent usi: Idem eo tempore vestris salutiferis alioquin & celeberrimis balneis euenturum prædicti, nisi occurreretur: quandoquidem, quod quaso ex innumeris qui ad ea confluunt valetudinis ergo sanitatem recuperant, profecto pauci: neque id ratione villa quam quod passim sine discriminis & ratione vtuntur. Multi eò ablegantur à Medicis, qui alijs remedijs minori negotio restitui possent: nonnulli eò amanidantur quibus omnino non sunt ex usu. In ἡμέραις Corses & balnei, plurimi salutem querunt capite calido siccoque & destillationibus salis calidisque effecti: quibus tantum abest ut profint, vt etiam mirum in modum obsint & bala. Corse

grauiter noceant. Ville aquarum calidaram omnibus eadem quantitas potanda datur in quibusvis morbis, in quicunque corporis parte affecta: item in diuersis etatibus, in diuerso sexu, intemperauris oppositis etiam conceditur eiusdem aqua & eiusdem assumenda quantitas datur, hocque eodem fit tempore eiusdemque conditionibus. Vnde euenit ut pauci perexiguum inde iuuamentum percipiunt: multi nihil iuuentur, ut taceam quod plerique detrimentum persentiant. Gœbel de thermis S. Iob lib. 1. Hic nihil non est silentio prætereunda peruersa quorundam consuetudo, qui, quoconque tandem confilientur morbo, sive externo sive interno, magna palestiniæ iactura & Melici contemptu, intempestiuè lanant, atque in ipso scilio potitant, pergyæcantur, dormiunt, se penumero etiam vix à venere se abstinent. His si quid sinistrè accidit, id balneis imputant, melius ante ac post balnea habuisse se dilectantes. Qualis autem usus talis & successus: ipsique adeo temeritatis inconsulte sibi penas accersunt: ex quo fit ut thermæ, ex se quidem salutares, propter abusum male audiant. Pantaleon de thermis Tigurinis cap. 10. admirandum proponit abusum circas sacrificationes: maiorem partem existimare se non euacuasse, nisi corpus oneretur incisis cucurbitulis quasi senticeto erinacei horret: cum siue potius eis effet emendus sanguis: uti quibusdam sacrificationes utiles, ita etiam nocuae macilentis & ijs qui frigidis fluxionibus obnoxij: addo accelerari senium & mulieres citè deformes reddi. Idem subiungit: Quia thermas adeunt non repurgato corpore, ijs subtiliores humores resoluuntur, crassiores condensantur: vnde magna nocumenta: alijs aliquati humores petunt faciuntque animi delicia, alijs nauseam inuechunt, alijs pariunt obstrunctiones hepatis & splenis, excitant febres, iæcrum, & alios morbos. Idem ijs euenit qui voluptatis ergo balneant: hinc fit ut mulii sani ad thermas profecti, ægroti domum reuertantur: que culpa non thermarum sed inceptorum hominum qui consilium non petunt: In consilium enim aduocandus fidelis & peritus Medicus de purgatione instituenda. Euacuatio bona quantitate non est metienda: multa deies

Abusus in
sacrifica-
tionibus.

Nocumeta
omissæ pur-
gationis
præparato-
riæ.

in Epiphi-
cos & cir-
cuforaneos

etio quibusdam plus obest quam prodest: Instituenda purgatio pro diueritate humorum, interdum secunda vena: quæ omnia requirunt prudentem & doctum medicum: Verum prob dolor! apud has thermas & penè per totam Helvetiam grauiter peccatur, quilibet se Medicum iactat, cui ne brutum quidem animal tutò committas iibzotemus, agirta, odontobryptes, theriacæ false institor, vetula, Iudæus, carnifex, magna pollicetur, ac non solum simplici vulgo sagarrilitate sed etiam Satrapis imponit: phaleras ostentat, curatos commemorat: de lœsi & deceptis altum silentium. Si quid didicit, sinistro usu peccat: uno calopodio omnes calcet: conatur cum summatem eritate omnibus morbis mederi. Utile effet, si obseruaretur mos Italiæ, Gallicæ, & quorundam præcipiorum locorum Germanie, vt de suis medicamentis à peritis medicis examinarentur. Tum verò mysterijs maleficiatorum patefactis, in clarâ luce apparet eiusmodi belli homines numella aut exilio digni. Factum est ut dico esa

sem in thermis Helueticis, etiam ibi esset Iudæus qui senominabat Simonem & medicinam faciebat: ad eum confuebant multi electuarium magno pretio Iudæi im-
ementes: Ibi tunc cum quoque consulit Polemarchus quidam emeritus Zugen, postura
sis: Iudæus sanitatem pollicetur acceptis aliquot coronatis: Cum frustra essent flagitiosa &
omnia, aduocor & ego, comperio phthisicum, balneum ei valde nocuum: sci-
scitatus diligenter quid dedisset Iudæus, comperi illi non habere ollam plenam
succo baccarum sambuci in pissato, adhuc libram scandronij, cuius dabat inter-
dum drachmas duas cum vnicia semis rob de sambuco, exigebatque coronatum:
atque is quidem ~~avulphus~~ nec scribere nec legere poterat: quare vehemen-
ter increpui hominem, vt qui multos perdidisset & decepisset, brevi moritus
rum Polemarchum (quod etiam cuenit) quo prognostico vsus nolui ei medicas
menta exhibere, sed consului ut domum reuerteretur. Iudæus territus aufu-
git. Vicerat ut similes multos habeat Heluetia: sed, ut dicebat ille, Mundus
vult decipi. Atque hi quidem abusus & errores in alijs aquis medicatu: à qui-
bus ne nostræ quidem in hac suainfantia, ut sic loquar, immunes Vidi enim
qui plus iusto biberent, vim etiam naturæ inferrent: simul semelque sine
more modoque pocula ingurgitarent & solio uterentur, susque deque facerent
omnem purgationem & præparationem, qui neglegitionis sue panas grauioribus
morbis afflicti fuerunt meritas: cum non tantum impunis interiu, sed &
salutaris sit vsus legitimus ex consilio Medici docti institutus: (Nam ab agi-
tis quid sit expectandum Iudæus ille satis superque docuerit) quales multos ha-
bettotius ille traxit.

Quæ nam vitæ ratio esse debeat proficisci-
tuim à balneis.

C A P. XVI.

Balnearum vero ad usum sicut diligens præparatio requirebatur, & in usu
ipso scrupula erat, quam præscriptius methodum: ita post balneum
recta aliquandiu vitæ ratio teneri debet. Non enim pluris est, aliquid
benè incipere, ac diligenter prosequi quam feliciter absoluere. Id autem Suscepimus
cum singularis obseruantæ esse debeat: ut communiter tamen dixerim, à baln. con-
quandiu quis non senserit se bellè esse restitutum, à susceptis vitæ præce. tinuandum.
ptis non debet discedere. Pauci enim in magnis morbis, solent in ipso statim
balneo insignem aliquam experiri utilitatem: sed ad tempus, tardius
aut citius pro virtutis robore, pro affectus magnitudine, pro ea quam ser-
uauerint vietus ratione: Alij ad viginti dies iuuari videntur, alij post mensem, Balnea non
alij amplius, dum sanè in dies virtus ipsa euadat robustior. In modo quarundam bal- eodē semi-
nearum est certus terminus efficaciae ac iuuamenti, que seu propria natura, seu per modo
celesti virtute, perparum solent non decurso anni spatio prodeesse. Quarundam vires suas
vero singularis condecorata videtur ad hominem, ut huic quidem semel profue, exseruant.

rint: huic verò visa semel inutilia, secundo, & tertio anno reiterata fuere utilia. Quin etiam hoc longa veterum obseruatione compertum est, ea balnearum iuuentura firma esse magis, & certa, quæ non subitò, sed ad tempus post usum balni sentiuntur: quod quidem in magnis, ac in ueteratis affectibus intelligens dum est, qui quid de varuis, ac leuibus sit. Sublatet enim in his, quæ repente

Quo tat-
dius à baln.
auxilium,
eo certius.

**Profectio-
nis appara-
tus.**

In itinere
obseruāda.

Domum re-
uersis ob-
seruanda.

Iecoris su-
percalfa-
ctio.

Curatio.

Venefectio.

Alia symptoma dígressis à balneo superuenientia.

rint: huic rei ò visa semel inutilia, secundo, & tertio anno reiterata fuere utilia. Quin etiam hoc longa veterum obseruatione compertum est, ea balnearum iu- namenta firma esse magis, & certa, quae non subito, sed ad tempus post usum balnei sentiuntur: quod quidem in magnis, ac in ueteratis affectionibus intelligens dum est, qui quid de paruis, ac leuibus sit. Sublatet enim in his, quae repente operantur, vis aliqua ut plurimum: & natura vim non tolerat subitam, & minime in magnis affectionibus: Longo enim curantur tempore, iuxta Hippocratis sententiam, que longo item tempore contraria sunt vitia: qua vero breui, breui. Profecti ergo à balneis, hinc incipiant conceptæ spei, ac salutis seruare ratio- nem, ut si multo interruollo absfuerint, ad posterum diem, atque etiam tertium differant: dum sane immanes à ministerio balnei, se recreant. Postea se caute exponant itineri, maximè si pedestri eant itinere, ut duriores quotidie visuntur, ac sani. Nec minus qui equo vebuntur, maximè imbecilles, laitudinem quan- tum fieri poterit, euitent, & stum, fastidium equitandi, & alia eius generis, que vix enarrari possunt viæ incommoda. Imò si algor aëris, vel pluia intercidat, vel in leëtica vebantur, vel in arceris vulgaribus, non equitate. Somnum, famem intempestiuam, eoque magis exhausti in balneis non sufficiant. Ad postremum, ubi domum peruenient, post gratiarum actiones Deo Optimo Max consilium prudentis medicis inceant. Qui per spectis eius dispositionibus, iuuantibus ac noscentibus ab usu balnei, salubria, & quæ iuxta naturalem statum inuencit, conseruabit: & si quid à propria natura recesserit, ad pristinam symmetriam restituat. Nam usu uenit frequenter, quod ex aiutina aliquia consuetudine victus, exercitus, meditationis alicuius, paulatim aliqua à propria recedant natura. Ma- xime verò in balneis, ex quorum assidua caloris mineralis actione, ac impressione eius aliqua relitta in corpore, solet facile intemperantia alicuius partis calida emergere, & grise cæteroqui à principali affectione, quo tenebantur, liberatis. Præter cetera verò ierur, dum regredi à balneo pleniori tum cibo, tum potu utuntur, ac liberaliori se dedunt vitæ, quasi fomite adhibito ad impressum calorem, solet ins- calefcere. Ac robustis in eo existentibus viribus, uel ad cutim intemperiem ipsam transmittit, uel ad imbecillam aliquam partem, ubi vel molesti caloris excitat sensum, uel inflammationem, vel cryspelias, & aliquando febrem. Optimè ergo consilij est, vel minima etiam apparente eius visceris intemperantiae suspicione, ut susceptam iam in ipso balneo viuendi rationem per aliquot dies prosequantur: adhibitis nihil secus tum forinsecus, tum intro, que paulò ante diximus, mos dice refrigerantibus, & que robur visceri adiungant. Perseuerante verò affec- tū, si cetera consentiunt, dextri brachij iecoraria venam seca e conseniet, eumq; vietus, ac reliquorum remediorum modum instituere, qui in id genio intempe- rantijs solet institui. Aliqui ex acritate nimia potulentarum aquarum, ventris dolores postea, perinde quasi marinas ebibissent, solent perpeti: Alij urina ardo- rem, alijs stim, alijs diei & tam appetentiam. Nonnullis laitudinis quedam spe- cies oboritur, atque insolita in actionibus pigritia: nimirum vel non exquisite

purgatis ex debili natura aquæ, uti debuerant, vel quod frequentius evenit, diluto nimium balneo prægreßis imbribus. Qui singuli uictum seruare debent aliquandiu, qui ad frigidum, atque humidum inclinet. In uniuersum autem saluberrimum omnibus esse censemus, vt post balneum nihil omagis sibi indulgeant, quam in balneo. Summa vero eius obseruationis est quadragesimus dies: Dies qua-
qui sicut motuum naturæ, ac morborum, ita & medicinæ in suis ministerijs est drageamus
terminus, veluti peremptorius. Interim repletionem tum cibi, tum potus cauere finis strictio
debent, somnum diurnum, immodicas noctu vigilias, nimia exercitia, pariter at- ris à balneo
que ociu, omnem malam ambientis æris constitutionem, molestias animi, ira- regiminis
cundiam, ac passiones huiusmodi alienent. Alius, ut quotidie bis eat, procuretur:
vel saltum non minus consueto. Venerem, tanquam pestem, nocitiram sciant: maximè imbecillis, valentioribus autem per mensum ad minus, non adeo conce-
dendam. Caput non lauent. Si verò aut cutim rugosam, reficcatam, atque astrig-
Et à balneo viderint, aut se laſitudinem senserint, temperatarum in eant aqua-
rum ſolium, præſertim ſi eo uti conſueuerint: aut leuibus frictionibus ex tenui
oleo ac vino, mane diluculo vtantur. Postquam autem è lecto surrexerint, cæteras
corporis ſuperfluitates, tam per nares & ſoreatum, quām per obſcuros meatus
excernere ſtudeant, capite citram depexo. Subinde non ocentur, niſi quidpiam
obſtiterit, & dum ad conſuetuſe conferant exercitia, onnem euident laſitudi-
nem, ac in ſingulis auream ſeruent mediocritatem. Pantaleon in lib. therm. Tiz
gurinarum, relinquentibus balneum hoc dat conſilij, vt eligant celum ſerenum:
caueant à pluioſo, ne corpus pluia madefactum à balneo corripiatur affectu
ery ſpelatoſo dicto Bottlauff & Carfuncel. Tria induſia aliquoties made-
ficienda in aqua thermarum & ſine expreſſione exſiccanda, vt eius vires peniſ
tus combibant. Induāt, vt, ſi corpus ſudet, ſentiat aliquid virium balnei neuē fiat
ſubita mutatio: geſtent unum induſium per triduum. Domi vult per tres vices
tertia quaque die iuſtitui ſudationem pro vniuersi que natura cum chamae-
melo & origano. Fallopinus à Stillicidio priuatim monet, vt 40. dies caput teſtum
geſtet laborans, quo tempore nunquam etiam caput ſibi abluat, caueatque à caput ſu-
ante dicta, partem oleo inungat aliquo accommodato, eamque ſtum per
continuo exerceat, mode atē tamen.

vt iis oe-
curriedum.Dies qua-
dragiesimus
finis strictio
ris à balneo
regiminis.A ſtillicio
dijo
caput ſu-
tum per
40. dies.

HISTORIAE ADMIRABILIS
LIBRI SECUNDI SECTIO POSTERIOR
De symptomatum, quæ iis, qui aquis medicatis vtuntur, superuenire
assolent, ac etiam euenire possunt in admirabilis fontis vſu : eo-
rumque remediis.

His ergo, quos diximus, modis conclusa est omnis aquas medicatas vſare-
pandi ratio. Quoniam autem non tantum ex indebito earum vſu, verum
etiam interdum recte vtentibus accidentia superuenient nonnulla, ijs quo-
modo obiam sit cundem opere precium fecerimus si docamus, id quod & ad
præparations accurationem, & ad dietæ obseruandæ maiorem religionem ins-
uitabit.

De dolore capitis. C A P. I.

- Sopofera. **I**N dolore capitis balneantium scopus est exhibere ea quæ reprimunt vapores, & eorum ascensum ad caput prohibent: qualia sunt quæ somnum indu-
cunt. Item diacytonites cum saccharo sine aromatibus. Coriandrum conditum, malorum punicorum grana & similia frigida & astringentia. Item R. Oxis
sach. ȝ. 1. β aquæ plantaginis, cichorij, vel oxalidis ana ȝ. .β. detur in potu cuncti
dormitum: hæc Montagnana Fallopius autem inquit: Capitis dolori occurre-
tur, si ægro cuncti dormitum exhibetur saccharum rosaceum cum violaceo, vel
Myrabolani cebulæ conditæ saccharo vel per se vel cum saccharo rosaceo. Sole-
mus etiam statim à cena exhibere diacydonitem confectum cum saccharo sine
aromatibus. Nos inungimus etiam caput oleo amygdalarum dulcium sèpius ab-
luto aqua vel cum oleo communis abluto. Interdum curamus applicandas hume-
ris cucurbitulas siccas: solemus etiam post cenam ad minus quinque horis, con-
fecta prima concoctione, exhibere pilulam mastichinam ponderis duorum scrupu-
lorum: Si fuerit pilula nimis crassa fiant due vel tres, nibil refert. Andernas-
cus. Si vapores è ventriculo sursum eleuati ad caput ferantur, doloresque exci-
tent, coriandrum præparatum ex vſu erit, & confectio ex cotoneis sine aromati-
bus à cibo sumpta. Ante illum verò catapotia alephavigina, vel ex hiera pira-
simplici conferunt, quibus communes humorum materiae in primis venis cons-
tente educuntur. Lubet ex Baccio sequentia subiungere: Si ex consensu caput
patiatur, puta ventriculi, quod sèpissime fit, pro diuersitate causæ occurrentium.
Vomitione, exempli gratia, solutione ventris, purgatione item ventriculi ex ab-
sintibj come, vel compositione Dialoës, Melino, aut Mastichino vnguento foris
illito, quæ Galenus ii. de compoſ secund. loca. & 6. de sanitate tu. fusè commen-
morat. Si tandem ex essentia hæcerit in capite ipso intemperies calida, si quidem
id ex naturali capitis dispositione accidat (vt 6. de sa. tu. notatur) tunc calidis
medicamentis, sulphuratisque ac bituminosis huiusmodi calidis aquis abstinen-
dum est. Si autem (quod primum est) ex impressione balnei, & præsertim ad
vsum Ducciae, talis mala affectio contraria sit, supersedere aliquando, ac minus
vti balneo, non erit absurdum, dissipatis interim vaporibus coceptis à balneo per
exercitium leue & tempestivum & per molles frictiones. Nec non inter cibaria

sumptis refrigerantibus ac reprementibus, quale est Diacytonites, coriandrum, vel anisum à cibo, atq; etiam frigida aqua modicum. Caput item ipsi dormituro cibi. circum tempora innungemus rosaceo oleo, oxirrhodino, vnguento rosacco, & id genus alijs. Non disperget applicari fronti & temporibus albumina ouorum cum Albumina aceto. Rulandus ad capitum dolorem prescribit lixiuium cum Chamaen. bellide ouotum. & rad. a jari. Verum considerandum an lotio hæc non sit calidior, à vaporibus Lixiuium cum asaro. balnei excalacto capite.

De somno immodico.

C A P . II .

Accidit interdum in potu aquarum somnus intensissimus, ad quem impedit diendum solet aliquando prodesse tegere caput hinc duplato dum bis. Ruta, castoreum naribus obiecta. Expertus sum aliquando profuisse. Occurrentum etiam huic symptomati continuo odoratur ruta vel castori, si ferri potest eius odor: interdum necesse est fricare scapulas, & quandoque applicare cucurbitulas scapulis Frictiones. sine scarificatione. Hæc Fallopius, quibus lubet subiungere que Baccius lib. 3. cap. Cucurbit. 2. tradidit aduersus somnolentiam ex Balneo. Primum balnei usus minuendus vietus. est, oculum subinde, solitudo, acidia, graues odores, cibaria frigida, humidaque, & somnifera, ne causam augent sonni, evitentur. Intrinsecè vero cause correctio est, ut cerebrum, quod vapores illos primò excipit, multiplicatque in se, & consipitur, si qua corruptum sit intemperie aut frigida, aut calida, corrigitur, ac roboretur, utræque enim in balneis somniculosæ passioni fauere possunt. Quod Vapores te pluribus ingenij fit: primum repressis à cibo vaporibus, vel diacytonio sumpto, vel aniso, vel coriandro, vel panis crustula. Quod si quis frigidæ assueverit à cibo, vt plerique utiliter solent, eam quoque bac de causa in balneis tutò usurpare posse. Friccio. terunt. Ad hæc cum è lecto de mane surrexerint, caput perficent, depellantque, & omnia excrementa que tum in faecibus & palato, tum in naribus, atque in auribus infarciri solent, expurgentur: ut omnino meatus omniquaque pateant, naturalibusque vacuationibus serviant. In lecto interim per aures oleo amygdalarum, dulcium quidem in calida, amararum vero in frigida caufsa, aut eius generis aliquo alio, quod moderate refrigeret, vel calcificat, nec obstruat. Ad retrahendos denique vapores ne caput impingant, varijs sunt modi: Hinc ea licentia in balneis, in fodalijs, ac iocis, & longo cœtu pueriarum, que in cymbalis canant ad aures. Sin minus ad exercitia veniendum frictiones, fricturas, que fortiora Exercitia. sunt. Gestent per diem rutam quam odorentur, vel petiam aceto imbutam, vel Olfactor. grauis odoris aliqua Sternutamentis autem cautè magis utrumque est, ut pote que Sternutatio si villa adest capitis grauitas, ut repletio, periculum effet ea excutere, ac fluxio- nem concitare, quam principaliter evita: e nitimur.

De vigilis superfluis.

C A P . III .

Si vigilie balneando vexent vesperi cum se committet lecto duabus horis post cibum, balneans sumat tepide Aquæ stillaticie lactucæ vel portulacæ 3. ij. Syroriferæ. Syr. de papa 3. i. vel sumat Syr. de papa 3. i. syr. violati 3. β. aquæ nymphæ 3. ij. Portulacam in cibis & lactucam, folia violarum, flores nymphæ, & maluarum Inunctio- & papaveris semina. Natalia somnum provocant, Montagnana. Si vigilia vexat,

Opium.

Tragema.

**Extremorum
lotiones.**

Linimenta.

**Fontanalis
aqua.**

omissis internis narcoticis, inungendum caput oleo violato, amygdalarum dulcium pluribus vicibus abluto, cui addi poterit mica opij: Si opium addatur, melius est solùm nares & tempora inungere vel utendum unguento populeo. Falsop. Praeter precedentia Baccius additum vsum croci & trazeæ (ita vocat) è semis nibus papaueris, portulacea, lactuca, cum saccharo in brodio aliquo dissoluto, cōmodissimas esse & extremorum lotiones Accipe, inquit Pantaleon libro de therapis Tigurinis cap. 37. folia salicis, vitis, lactuca, maluarum, nymphæ, papaveris reponere in sacculum, coquantur cum aqua per horam, aut decubitus abluantur manus & pedes & per horam semis contineantur in lauacro. Rulandus. Vigilias pellunt Gebers weiler Villacenses aquæ dulces calidæ. Non displicet se quens linimentum eiusdem Rulandi de balneis. R. vng. popul. ol. renuph. ana unc. s. croci, opij ana gr. iiiij. Miscentur & fiat linimentum, quo inungantur tempora, nares, pulsus manuum, & pedes cum plantis. Innoxium, inquit Baccius lib. 3. cap. 1. somnum multam vigiliam perpetuis inducunt Fontanalis ad Puteos & consimiles quæ ex bituminis natura caput implet, & ex accidenti frigide conservio. Cum nostro fonti admirabili non deficit bitumen, cur non dicamus etiam ad somnum sacre posse ritè administratum?

De Conuulsione & potissimum crurum.

C A P. IIII.

**Spasmus
flauulus,
Graupi di-
etus, bal-
neantibus
familiaris.**

Inflationes.

**Spasmus à
ficcitate &
inanitione
incurabilis.**

Victus.

**Spasmus à
replectione.**

COnuulsionis unum genus nunc intelligimus, cum capita aliqua musculorum, præsertim in cruribus, centraliatur. Quod accidens vulgo Græbics appellant, frequens in natatu inquis frigidis, frequens & per noctem bis, qui balneis calidis utuntur. Apertos enim illis per exercitium, his verò per balnei calorem poris carnis, facile nocturni aeris frigiditas introducitur. Nec minus, ipsi fortasse musculis per balneum exiccatis. Cui affectioni facile quoque succurritur, ijs membris ante somnum ex oleo aliquo calorifico confricatis, ut laurino, vel anethino, addito (si libet) sulphuris eiiam momento. Vera autem conuulsio quamraro accidit, at duobus hominum generibus superuenire solet in balneis: his scilicet qui desperata vndeunque ab alijs præsidij salute, balnea illegitime subeunt: & etiam his, qui prætergressa balnei legibus, gulæ, somno, & veneri indulgent. Primi quidem ex longo quipiam morbo resuscitati, aut male affecti nec adeo dispositi ad balnea, plerunque vel suffocantur, vel ex ficcitate consueuntur. Que si quidem confirmata sit affectio, curatu impossibilis est, vt in Aphorismis pluries testatur Hippocrates. Si verò ut cinque sanabilis videatur, humectantibus eget, vi etiū simili, auctiore tum cibo, tum somno, dulcium & tēperatarum aquarum solio, hydrelæ, ac etiam olei balneari, & consimilibus. Secundi autem ex humorum agitatione, qui cum vaporibus balnei commiscentur ita affici solent, quod his capite oppleto, fluxionis genus excitatur ad nervos, universaque eorum compago resolutur. Quo fit, vt nervi & musculi in latum aucti, ac repleti

āc repleti, brcuiores euaserint, longitudine sc̄lēt naturali imminutā. Et hi quidem recte curabuntur, si commota materia protinus vacuetur, valenti quoipam medicamento purgante, & à remotis attrahēte propinato. Post hæc (ut vi. Mēthodi monet Galenus) noxas neruoso ipsi generi improbas oportet corrigere, ipsi sumqūe roborare: adhibitis capiti, spinali medullæ, & reliquo corpori calsacib⁹, resificantibus, ac discatientibus oleis, unguentis: ac alijs eiusmodi remedijs. Euacūtia. Alterantia.

Quo tempore victu tenui, ac resificant uti opus est, & qui maximē vias restau-ret, victus. Baccus lib. 3. Fallopij de thermis cap. 11. consilium est, Si conuulso circa crura vexet cum maximo dolore, intermittat æger aquæ potum: si parua sit cum paruo dolore, nec frequens, utendum clystere acri ex decocto Ebuli, Clyster. meris s̄flu biera simp. Vel fiat alius cum sapo lotio & vino maluatico. In leui convulsione non remittendus est potus aquæ, sed exhibendi sepe clysteres: ve-Inunctio, fperi inurgenda crura oleo rutaceo vel laurino. Et si conuulso non cedat, m̄scendum cum oleo parum sulphuris viui.

De defluxionibus à capite.

C A P. V.

Contingit sepe rheumatismus à capite propter colligationem à calore bal-nei factam aut quia cerebrum debilius redditum. Huic affectui prouideri potest aspersione sequentis pulueris cùm itur cubitum. R. Ladani, Puluis ca-piti insper-gendus. Styracis calamitæ, rosarium, ligni aloës ana 3. β. sandaracæ (sive vernicis) 3.vi. Spodij 3. v. macis 3. β. fiat pul. subt. Confert odornigile. item pulu. se-quens: R. ligni aloës 3. i. Styracis calamitæ, ladani ana 3. β. coriandri pra-parati 3. ij. sandal alborum 3. ij. acatiae 3. β. capburæ gr. ij. Fiat puluis, involuatu r tela sericea & sepius odoretur. Montagnana de balneis Patavini tract. 3. Defensuum bonum prohibens humorum defluxum in membra debilia si a thibeatur in exitu balnei & cum panno obvolutatur, R. Sandaracæ 3.iii. amyli 3. i. Spodij, acatiae, balastiorum, hypocistidos ana 3.ij. Sief me-smitæ 3. ij. farinæ volatilis molendini 3. ij. β. succi pl. vel aquæ 3. iiij. vitellos ij. Terantur omnia diu in mortorio plumbeo cum suo pistillo. De his verò Anders-nacus: Sin humores in capite ex calore balnearum eliquestant, & in partes in-feriores distillent (Græci οὐτέ πων seu γριατίον appellant) caputotij assaierèt Pilulæ. Puluis ca-pillis inspec-gendus. & sine quibus drachmæ semiſsis in Star, ex aqua fœniculi utendum. Syncipiti autem quâ coronalis cōmissura est, puluis subtilis ex caryophyllis vel agallochō vel Styrace calcinitæ ante somnum imponendus est. Melanthium autem serico panno aut linteo raro illigatum, naribus admoueri debet: præsertim ubi deflu-xio est tenuis. Andernaci consilio placet subiungere que copiōsus traxit Bac-cius lib. 3. cap. 2. Quidā cum tentasset pruriginosam quandam scabiem in balneis adstringentis naturæ resiccare, non fuit citius scabie mundatus, quam in ipso etiam usu balnei oborta tuſcula, factus est tabidus. Similem quendam in Notabilis histria ta-bis ex bal-nei adstrin-gentis intē-pestiuo usi-

Hydrops ex Melo insula commemorat Hippocrates, qui thermis propter impetigines vsus, ab
 intēpestiu[m] thermarum ijs quidem curatus est, ceterum in kydopem incidentis, mortuus est. Galeni est
 vsu. eius quem Albularum intēpestiu[m] ysu, constipata cute, ac facta humorum col-
 ligatione, febris corripuit. Primum si videbitur aliqua esse in capite aut in rebus
 Febris ex si- balnei. quo corpore humoris copia, ut quae fortasse defecta præparationis redundauerit,
 nistro vsu. ea, intermissio ad diē, vel etiam perendie balneo, aliquo ad id proprio medicamēto
 balnei. vacuetur, puta, vel pilulis ex capitalibus aliquibus, vel Diacatholicon. Subinde
 Præparatio per cathar- ticum. ysum minuant balnei, & ipsam aquam condecenter sic temperent: reliquamq[ue] vi-
 vicitus. et us specie ita instituant, vt in caussam suspicionis non addant. Parcè, ac semel
 die, si ita expediat, comedant, vel canam minuant, eamq[ue] interdum omittat. Meo
 racioni ac potenti vino abstineant, pariterq[ue] omnibus acribus, nidorosis, fumosis.
 somnus. naufragiis, ac tardæ digestionis interdicuntur. Parum etiam, ac boris duntas
 xat consuetis dormant, & capite elevato: interdiu verò somnum, defluxionis à
 capite præcipuum fomitem, tanquam à veneno caueat. Sub nubilo, ventoso, plus
 Aët. uioso, & caliginoso aère ne inambulent: procurantes interim capiti, si à capite
 puluis capi. fluxio dignatur, pulueribus qui capitales vocantur, è betonica, rosis scaccis, cala-
 mento, spodio, thure, masticis, & consimilibus rebus, circa capitum verticem con-
 fersis. Tuentur verò recipientia membra, tum per idonea alimenta, tum per ea:
 R[es] quellentia & diuer- tientia. præcipue, quæ vim quoque obtinent medisamenti: adhibitis extrinsecus vnellos
 nibus, epithematis, caput purgij, & quorum materia vulgo habetur paratisima:
 item diversionibus varijs. Celebrat Galenus in 7. local. m. ed. ad distillationem cas-
 lidam, ac saltam in thoracem illabentem, Diocodion drachmæ pondere dormitus
 Diacodion ris elinētū: Esto si illius non adfuerit copia eclegmatis è papauere tantundem,
 Lootch de papau. & quæ prius ad vigiliis insituimus. Quod si ex his grauior timeatur somnus,
 sacchari rosacei semiuncia sit erit. Porro qui ad ysum duccie defluxionem ad
 Cautio pro infima verebuntur, haud tam iudico his, vt se totos immergant in balneum.
 rheumatic. Verum vt sedentes in scanno balneario, & capite de more pileati conspersiones
 suscipiant, cautissime adhibitis circa collum sbongis (vt iussit Arribigenes) ne
 Partis, in peccus irrigetur. Vidi qui recte partes imbecilliores, quibus timuissent influxum,
 quātimetur de luxus, arte balneum perungerent, itaq[ue] illas tuerentur: vel adstringente scilicet ac re-
 premissione primente quopiam vnguento, vel qued penetrando confortaret ipsam particulā.
 Ad quam rationem haud immerito eos laudauerim, qui secundum antiquum
 instituta, exercitati, ac loti in balneis, cum in pristinum natura habitum fuisset
 restituti. se inungerent. Thoracem ipsum, verbigratia, vnguento ex oleo amig-
 veterum. dalarum amararum, liliaceo, ac ladano: vel rosaceo & chamaemelino circa spinalis
 medulla principium, vel santalino circa hepā. Denun, quod tertio loco monen-
 dum proposueram, est, ybi vehementior visus fuerit, quacunque ex causa, fluxio-
 nis impetus ad principem quopiam partem, ac maximè ad peccus. Tunc enim
 nulla magis compendiaria præsidij ratio fuerit, quam balneum omnino dimis-
 tere, ac tantisper supersedere dum se bellè restitutos, ac melius reparatos sen-
 serint. Vbi enim aliquid destillasse ad pulmones sentimus, protinus (vt Celsus effi-

author) abstinere à balneo. Sole, vino, ac venere debemus. Rul. de bal. lib. i. cap. 4. Rheuma, catarrhus seu distillatio capitis auferunt hoc experimento: R. Pul. Se- næ 3. vj. sem. eruca vnc. f. Piperis longi drach. 1. f. Fiat puluis, de quo manè ac re speri sumatur drach. 1. vitando balneum. Eius vsus esse potest etiam in alijs vitijs corporis. Rulandinum hoc experimentum non sine consideratione multa cuiqua sumendum consuluerim, potissimum feticuloſo & excalfacto à balneis, abundanti bilioſis & acribus humoribus, denique ijs qui calidore sunt hepate vel cerebro.

Ad defluxio nes Ruland.

Exercitatio ad predictū remedium.

Devertigiae. C A P. VI.

Vertiginis succurritur per intermissionem balnei, exercitia frictiones alias. Reuelletius que id genus distinctiones adhibitis circa caput tum reprimentibus vapori rum iporum impetum, tum discutientibus ad finem, que in ipso capite hæscrinat, illorum reliquias. Verum si vapores ex ipsa humorum commotione exercitati fuerint: commodissimum planè est eos prius evacuare, vacuatisque inferiorum partium, unde eleuantur, rationem habere, ceu ventriculi, hepatis, lienis, folliculi, fellis, vteri. Sed ventriculi in primis rationem habebimus, qui vt facile ex assumptis cibarijs alteratur, ita assiduos ad caput vapores mittit. Quare extrarias omnes cauſas, que statim eam circumvolutionis imaginem mouere possunt, auferant: vt rotatilis motus est, & ex alto conspectus. Euomant, si nihil vomitus, obſtet, ceu natura inuita: & praesertim à cibo, vbi ventriculus eius affectionis sit in causa. Cibum verò in posterum non sequatur potus, sed quid modicum adstringens, premens, ac vaporationem prohibens, vt pírum, cytonium, panis crufſula, anisum. De cætero capitum facient tum per aures iniecta subtilium partium, Topica. & temperata, vt amygdalarum oleum: tum reprimentia per affectus initia ad collum, ad frontem, & circa tempora, varijs liquamentis adhibita: ex rosacea nimirum aqua, ouī albumine, rosaceo oleo, atque vnguento. Et omnia breiter, quæ iam sub capitū dolore comprehensa habemus. Baccius lib. 3. cap. 2.

Emissione
Correbo-
ratio.Vomitus,
Vonitus.Adstringen-
tes cibi.

De Debilitate visus. C A P. VII.

Leuicula quoque res est oculorum punctio, quæ ex subacri caligine aqua- rum mineralium quibusdam inter balneum accidit: nam per seipsa, circa primos dies remittitur. Alioqui visus quum debilitari contingit in balneis, haud quaquam contempnendum videtur. Nam quandoque debilitatur ex ficitate immodica oculi superflua vacuationi succedente: quandoque ab humore eliquato vi balnei in capite, eoque nerui visorij cauitatem opplente: & quando ex vaporibus balnei fæculentis caput opplentibus: querum singulariter causarum cura effe debet. Ex ficitate enim, per humectantia visio feueri postus

Oculorum
pruritus.Amblyo-
pias in bal-
neis.Amblyo-
pias èucci-
rare, cura-
tio.

Huic etiā

Amblyopia ex obstrukione ab aliquacis humorib. curatio.
Dineretia. Collyrium.
Evacuatio. Topica.

Amblyopias ex vapore balneariatio.

Reprimētia vapores, à pastu.

Reuellētia.

Localia.

Cōspicilia.

lat: cibo nimirum & potu, proba nutritione, aquarum interim dulcium, & temperatarum balneo, somno, & ceteris cum totum corpus, tum oculos præcipue humectantibus. Ex humore autem in nervos visorios eliquato, idoneae sunt per initia diuersiones: ad brachia quidem frictiōibus graubus & ligaturis: ad occiput vero & humeros leuibus cucurbitalis applicatis. Instillato saepius in oculos collyrio ex ovi albumine cum rosacea aqua, & saccardo, quod mediocriter reprimat, motuque adfluxionis ad longinquas partes promoveat. Post principia verò, quum scilicet coniectabitur iam aliquam fluxionis partem in oculis hæsisse, vacuatione in primis totius corporis ritendum est, vel pilulis quidem coccis, vel aureis, vel lucis, vel ex hieris, & agarico, quæ primum fluxionem auertant, atque euacent. Deinde ad discentientia localia veniendum, quæ tam en semper ultima esse debent, etiam si mitissima, vel in quam prætentatus alii. Quo in genere ea maximè præseruntur, quæ levia cum sint, peculiarem quampiam visu restituendo obtinent facultatem: ut succus chelidonij, euphragie, feniculi, fel perdis, fel ericij, collyrium ex fellibus, & maiora alia. Ex vapo e denique balnei deabilitata visio, vacuatione quadam præmissa reparanda est: partim quidem inhibendo reliquias ascendentium ipsorum vaporum ad caput, ut si tantum post cibum vel coriandro, vel aniso vel feniculo, vel diazytonio, & quæ alias diximus. Partim verò eas reuelando ad inferiora, per ipsorum frictiones, lotiones, ac exercititia, vel balanis, & clysteribus, pro his qui non crunt ad exercitationes idonei. Postrem oculis adhibenda quæ ijs tergeant, ac roborent, quantum fuerit opus. De multiplici verò ad oculos fluxione in balneis, semper quæ ex vsu ducit in capite sit, verenda apprimè est. Pantaleon de thermis Tigurini cap. 19. dicit eas noxias ijs qui imbeciles habent oculos, propter vapores sulphuris, ita ut alii quando patiatur visus: cui nocturno occurrit conspiciens (quorum alutæ aliisque materiæ idoneæ accommodatorum iter facientibus ad pulueris aërisque iniurias arcendas vsus est) capiti alligatis.

De Tuſsi. C A P. VIII.

Localia.

Diacodion.

*T*uis quoque in eo fluxionis genere ex balneis verenda est. Est enim hoc accidens iudicium imbecilitatis spirituum membrorum, & acrimoniae iam prædictæ humorum, qui scatent è capite. Quæ defluxio si in pulsationes fieret, tabis periulm posset indicare. Est autem perinde in balneis naturalibus, ac in febribus symptoma quoddam, quale solet intemperies calida excitare. Primo igitur, cautius se in balneis commitiant qui tuſsi infestantur: ad strigilis, nunc dicéque frigidis: caput defendant, ut puluere aliquo consperso, quorum materiam in precedentibus retulimus: aut ceratum aliquod constitipans applicent in bregmate. Terciebro autem idem Galeni vii secund. loc. medium instrumentum Diacodion ex Damocrate conscriptum relingant, ex sapo præsertim ac melle confectum, defluxum enim id prohibet, & tuſsim mirifice sedat. Vel quod

Diacodion æmulatur, familiariter quæ est, ex saccharo confecta ipsius albi papas Tabella 2
seris semina: vel eadem contusa, ad saccharo tabellarum in star excepta, elucta sem. pap.
que de more, hora somni. Eodem pertinet elegma de papauere, aut quod sanum, Elegmata,
& expertum apud Scopias iros inscribitur. Utendum item gargarismis ex aqua Gargarismus,
tepidis, nec non frigidi. An subinde profuisse scribit Paulus, frigidis aëris inspirationem, viatus,
frigidum victum.

De animi defectu. C A P. IX.

SVdores autem è balneis excipere oportet, his quibus su landum est, quam diu satis vacuati fuerit. At ubi largiās cruperint, ut supra modum lassari A sudore nimio.
patientes videantur, & in syncopem labi, leuissimè sudor abstergendus est: Aët refrigera-
nam aliis quoque aliūn cōcīt. Subinde leuando operimenta refrigerare conue-
nit, fenestris patentibus, quo per flatus aëris frigidior inducatur, ac euentilatio-
circumquaque fiat. Omphacino quoque oleo, aut myrtino, aut Cytonite, aut Vnctio.
quopiam alio adstringenti oleo perungantur. Cæterum satius fortasse fuerit Textura ra-
prouidisse ut quia rarae ad nodum texturæ sunt & ad lagos huiusmodi sudores
idonei, parcus (præsertim inter initia) lauaris committantur. Intratur scilicet Textura ra-
ipsum balneum molli prius ex oleo frictione vtantur, à balneo autem aut in ti-
nam frigidūscūlā, id est minus calidae aque confertim insiliant, aut eadem per
ministros convergantur, ac deterſi in ungantur. Eodem modo gracilibus, imbe-
cillis, delicatis naturis, & reconualeſcentibus. Si quando balneis vti contingat Imbecillib.
confusus oportet. Cibarijs verò mediocriter astringentibus, refrigerantibusque quomodo
vtantur: velut acidis granatis, limonibus, latucis, oxalide, & similibus. Nec mis- balneandū.
nius animalium pedis ex aceto viles, & lac etiam decoctum. Baccin. Quandoz
quidem Fallopius de alio genere animi defectus scribit, eius verba ex lib. de ther-
mis cap 12. subiungemus. Animi, inquit, defectus saepe accedit balneariis, vt Animis de-
in ijs qui habent os ventriculi ita imbecille, vt paulò post ingressum balnei con- fectus ab o-
ciant, qui suffocarentur nisi occurreretur. Alij non invidunt statim in deliquiū
animi, sed cum diutius quam patitur, morantur in balne: hi non tam diu maneat A diurni-
in balneo. Alij autem qui ratione bilis vexantis orificium ventriculi obnoxij de- tate morte
liquio, abstergendum est orificium & premuniendum. exhibitione pauci panis in baln.
intinēti in succo granatorum vel omphacio. Fallopius addit. addit Andernacus:
Si anima deficit, aquis odoratis naribus admotis, aut aqua cinamomi stillatitia A bile vexā-
cum momento Zulapij resati, bellarijs, herbis conditis Zaccaro, quas conseruas re orificium
vacant, vel electuaris, vel eo quod Manum Christi appellant, vel panis momento ventriculi.
ex vino refocillentur. Aqua odo-
rata.

C A P . X.

Qui prudenter & recte aquis medicatis uti volet, omni cibo, potu, & somno abstineat, quamdua in illis residet. Sin autem quis cibo se cas-
tare posse tantisper diffidat, vuarum passarum corintiacarum aquâ-
elotarum cochlearia duo, cum triplo viro diluti modo ante balneum assumet, aut
pruna aliquot in aqua macerata, aut panis tosti macerataque in vino diluto, aut
Maricici dicti paululum, aut bellaria quadam, conditaque Zaccaro ut corticem
citra, aut mali medici similiaque ingeret. Ander. n.

De fastidio aquæ medicatæ.

C A P V T . XI.

Si stomachus post quinque aut sex dies aquæ fastidio afficiatur, aut flatus
Condita. structus que orientur, potionem die uno intermitte: cinnamomo autem cas-
ryophyllo, nuce muscata, Zimzibere, galanga, omnibus Zaccaro conditiis reo-
creatur. Ander. n.

De oris & gutturis siccitate.

C A P . XII.

Leui a porro hæc accidentia, & quam plurima consimilia haud quaquam ve-
Hypoglotia reri debent, qui aliquid insigne malum per balnea cura effudent. Sed ne
hæc ipsa tamen contempnere per omnia videamur: humectantibus aspidiæ
in ore detentis linguae atque oris asperitas lenienda est: nempe aut glycyrrizæ,
aut myxarum, aut p̄sylij, aut lini seminis decocto. Idem præstat in ore detentus
portulacæ succus, & item myxa, palmulæ prunorum damascenorum, nec non
Tamar Induarum pulpa, lactucæ cauliculis & huiusmodi alia. Optimum ac fa-
cilimum est saccharum candi vulgo appellatum, stillatum elinctum. Ore sepe
conniveant, sternutamenta cicant. (dum nihil obstat) præstantius hæc enim
humectare solent, & in latus recumbant, nam resipinus cubitus resiccatur. Cete-
rū, quoniam exsiccationes, sitis & asperitates eiusmodi plerunque (vt bene in-
Decubitus. quit aetius) principalium viscerum intemperiei indicia sunt: idcirco hoc in pris-
mis diligenter animaduertatur quod si viscerum sit culpa, eorum perfrigerationi
Parti prima. riò affecta precipua cura teneatur: non omisissim interim vñctionibus, conuenienti vitæ regis-
prospicere. mine, & balnei dimissione, si ita viscerum postulet intemperies. Baccus.
dum.

De siti. XIII.

Sitis autem ut &c. de locis affectis scribit Galenus, pluribus ex causis fieri solet,
Sitis leuina- sed præcipue ex calida intemperie viscerum, & in primis ventriculi, atque
cula tol- hepatis. Quæ modò quidem lens est, ac singulis scèrè balancis communis affec-
tio: tumque nullis opus habet remedijs, præterquam tolerantiâ, & somno natu-
rali. Modò vero plurifariam noxiæ sit: quam aut morsus ventris, aut lingue

amaritudo, aut æstus quidam, qui ad hypochondrium vsque pertinet, comitas
 tur. Quæ si ad sint, inutilis balni signa solent esse præcipua, tripli ex caussa, ac
 quæcumque sit. Aut ex simplici intemperie, cum ex labore, aut ex vehementi bal-
 nei actione, vniuersi corporis habitudo exhausta, ac ressecata apparet. Atque hi
 seu bibant balnei aquam, seu Laurentur, cautè magis eis se committant. Aut ac-
 cidunt cum ventriculus vel etiam hepatis ex astuare incipiunt: quod potissimum
 ad usum potuum aquarum fit: tuncque haud secus abstinentiam omnino à poti-
 bus est. Aut denique si in his visceribus aggregati sint aliqui biliosi, vel salsi bu-
 moreis: quod ferè accedit retentis, ac non ex toto purgatis aquarum bibitarum
 reliquijs. Quæ nimurum cùm nativa viscerum humiditate exæstuant, putrediz perie calida
 nem excitant, ac febrem manifestè accidunt, de qua suo loco postea loquuturi
 sumus. Ad stim, sicut antea ab immoderata cauendum esse dictum est: ita & vius.
 circa potum, inexhausta etiam ingruente siti, erit abstinentia. Id quod duz Sitis cā in-
 plificatione cauetur: vna quidem omnium euacuationum communi, vt ne scilicet ressecata
 membra ex virtute Balnei, quam celerrimè quicquid patientes in-
 gurgitauerint, seu crudum seu coctum, seu mihius corpori utile, imbibant. Altera
 vero, vt ne multo potu obruantur, ob varia quæ monet Galenus pericula: præru-
 ptam scilicet vomitionem, interstinorum lenitatem, diabetem, perniciem quamvis
 piam ventriculi, quæ olim Diſcorides censuit inter venena. Danda vero opera
 est, vt in prima satim mensa alimento præsumant aliquod, facile ac cito di-
 gestibile, & quod maxime sit non ingerat, vt lactucam, acetosam, portula-
 cam, pruna granata acida. Subinde bibant sobrie, vel paulo etiam copiosius, ac
 abstineant per reliquum diem à potu. Nisi quod ubi urget sitis, per aliqua, quæ
 lambendo suruntur, sibi indulgere poterunt: cuiusmodi sunt acetata in pris
 mis, quæ Galeno ipso teste, valenter sitim, quæ à simplicis caloris copia orta fuerit,
 extinguiunt. In hoc genere sunt Tamarindus, pruna, condita ex myrobalanis,
 ex persicis, & ex prunijs. Item syrups de ribes, syrups de agresta Aucennæ,
 saccharani violaceum. Conserua de acredine citri. Quorum singula aut elindat,
 aut alter in cibarijs usurpatæ esse conuenit. Si denique sitis vacrationem ses
 quatur immoderata, qualis se penumero extenuatis accidit, ac imbecillu inter
 balnea: modis omnibus, ac tota vicitur ratione humectare studendum est, ac iſdē
 ferè ingenijs succurrendum, quibus Galenus in vij methodi ventriculi suffitatem
 emendare docuit. Adhibito interim super ventriculum, & circa hypochondria
 infrigidante Galeno ipſi nuncupato vnguento, quod hoc ipso nomine extinguedere
 sitis mirificè celebratur. Deinde est Rojaceum vnguentum, & Santalinum cum mo-
 dica amplius ad strictione. Benè faciet & sonnum conciliare. Bacchus. Potum in somnus.
 balneo quamvis vetet Montagnana, concedit tamen idem si sitis fuerit ingens in-
 ter pastus, potum aquæ cum multo saccharo, vel cum iulepi rosato, vel violaceo,
 si astricti sit aliud. Vel iulepiros 3. i. 3. aquæ violarum & borraginis ana 3. q.
 Misce bibatur saepe. Item syrups de Ribes, de Berberis de fructibus & fimi-
 les refrigerantes & humectantes conueniunt. Item R. syrups de pomis,

Signa come-
tancia, &
caußæ.

Siticulosis
abexhausto.
cautè solio
& potu utre-
dum.

Siti cum vi-
scerū intem
noxiis aq-
thermaliū
sumus. Ad stim, sicut antea ab immoderata cauendum esse dictum est: ita & vius.
 circa potum, inexhausta etiam ingruente siti, erit abstinentia. Id quod duz Sitis cā in-
 plificatione cauetur: vna quidem omnium euacuationum communi, vt ne scilicet ressecata
 membra ex virtute Balnei, quam celerrimè quicquid patientes in-
 gurgitauerint, seu crudum seu coctum, seu mihius corpori utile, imbibant. Altera
 vero, vt ne multo potu obruantur, ob varia quæ monet Galenus pericula: præru-
 ptam scilicet vomitionem, interstinorum lenitatem, diabetem, perniciem quamvis
 piam ventriculi, quæ olim Diſcorides censuit inter venena. Danda vero opera
 est, vt in prima satim mensa alimento præsumant aliquod, facile ac cito di-
 gestibile, & quod maxime sit non ingerat, vt lactucam, acetosam, portula-
 cam, pruna granata acida. Subinde bibant sobrie, vel paulo etiam copiosius, ac
 abstineant per reliquum diem à potu. Nisi quod ubi urget sitis, per aliqua, quæ
 lambendo suruntur, sibi indulgere poterunt: cuiusmodi sunt acetata in pris
 mis, quæ Galeno ipso teste, valenter sitim, quæ à simplicis caloris copia orta fuerit,
 extinguiunt. In hoc genere sunt Tamarindus, pruna, condita ex myrobalanis,
 ex persicis, & ex prunijs. Item syrups de ribes, syrups de agresta Aucennæ,
 saccharani violaceum. Conserua de acredine citri. Quorum singula aut elindat,
 aut alter in cibarijs usurpatæ esse conuenit. Si denique sitis vacrationem ses
 quatur immoderata, qualis se penumero extenuatis accidit, ac imbecillu inter
 balnea: modis omnibus, ac tota vicitur ratione humectare studendum est, ac iſdē
 ferè ingenijs succurrendum, quibus Galenus in vij methodi ventriculi suffitatem
 emendare docuit. Adhibito interim super ventriculum, & circa hypochondria
 infrigidante Galeno ipſi nuncupato vnguento, quod hoc ipso nomine extinguedere
 sitis mirificè celebratur. Deinde est Rojaceum vnguentum, & Santalinum cum mo-
 dica amplius ad strictione. Benè faciet & sonnum conciliare. Bacchus. Potum in somnus.
 balneo quamvis vetet Montagnana, concedit tamen idem si sitis fuerit ingens in-
 ter pastus, potum aquæ cum multo saccharo, vel cum iulepi rosato, vel violaceo,
 si astricti sit aliud. Vel iulepiros 3. i. 3. aquæ violarum & borraginis ana 3. q.
 Misce bibatur saepe. Item syrups de Ribes, de Berberis de fructibus & fimi-
 les refrigerantes & humectantes conueniunt. Item R. syrups de pomis,

In ea potu.
abstinentia.
victus.

Acida.
& suavis.

Iulepus.

Syrups.

- de Nymphaea ana ȝ. 1. Decoctionis sem. lactucæ ȝ. ȝ. misce bibatur frigidè. Semina Anguriæ s. epe in ore retenta, & portula. a. vel oxalis masticata sitim sedat.
- Serū lactis caprini. Comperio ad sitim multum conserre serum lactis caprini, potis. cum extraēto caseo lac iterum coquitur ac illud serum aceſcit nōnib: ȝ. iij vel ȝ. insigniter compescunt sitim. Si propter immoderatam sitim cogantur bibere in bal. eo & inter pastus, præstat bibere aquam coctam cum saccharo ſufficienti, & ſexta parte ſucci malorum punicorum mediacidorum, vel acidorum in calidicribus, quibus hic potus eſt conducibilis. Fai. opius de thermis cap. 12. duplē facit ſitum, vna dependentem tantum ab ore, palato, & fauibus: alteram ab ore ventriculi: pro tollenda prima dicit, abluat os poſca, vel aqua ſaccharata aut hordeacea vel te neat in ore ſaccharum Candi vocatum, vel prunum Damascenum, vel abluat os aqua frigida. Si pendeat ſitum ab oris ventriculi resoluta humiditate, vel quia aeret humor acris ut bilis, detur devolutio hordei vel intybi cum ialepo. Aliquantum exhibemus arte cibum duas drachmas caſſie, ſitum extinguit, conuenit etiā copioſum ius pulli in quo decocta ſit o. alis & intybus. Si ſitum ſit propter bilem ſolemus exhibere caſſiam cum pulpa tamarindorum: ſed præstat agrum ſumere ſacch. roſa. vnicam ſemis ſacchari roſacei, quod tota nocte teneat in ore, ut ſenſim ſponte defendat. egregie ſui n extinguit. Hec ille. Aidernacus: Vnas paſſas ſi ſitum ex cruciet, in aqua probè lotas cochlearis mendo offereſ, vel Zulapium violaceum ex aqua intybi aut cicborij, aut in qua hordeum ſit incolem, ut fontana: vel conditum quod recipit. Zaccari roſacei, violacei, cirſij ſingularum ſequidrachmam, ſyr. acetati ſimpl. violacei vtriusque quantum ad miſturam ſatis eſt. Præter hæc conducit corallium vel crīſtallum in ore continere, aut nucleos prunorum, ceraz ſorumu. Quamuis omnia præſcripta placeant, magis tamen placet ad reſinę guendam ſitum potus acidularum noſt. arum & aliarum ſimilium ſi haberi poſſunt, que dupliſ modo ſumi poſſunt: vei in quotidiano potu per ſe vel cum vino, vel copioſe mane & ante canam ad contemperandum & euacuandum bilem. Rulandus, Sitim reſtingunt aciſulae Deinach, Keffelbrun, Mendich, Ponterborn, Göppingenes, Überkingenes, Ebenbaſana, duwen, Aegranæ, potus aque frigidæ dulcis ſufficiens, elutio oris ex frigida dulci. Pantaleon hanc præſcripsit potionem ad ſitum lib. de thermis Tigurinis cap. 36. Accipe Paſſularum coriinthiacarum vnicam ſenis, Glycyrrhiza optimè conciſe drach. 6. ſem. cui cum drach. ij. Amygd. repurg. lib. ȝ. aquæ measuras ij. Coquantur per horam, poſtea optime contundantur, & percolentur, refrigerentur in cella vinaria, & gro detur bonus baſtus.

De appetentia prostrata & intumefcente ventriculo.

CAP. XIII.

Diacydoni- **S**i prostratus fuerit appetitus propter defluxiones pituitofas in os ventriculi, abſtergendum & roborandum: ad id utile diacydonites ſine aromatibus accepturn à cibo ad ȝ. ij. Coriandrum ſaccharo conditum. Experta eſt ſequens potio,

potio. R. Miux cydoniorum cum saccharo confectæ 3. i. β. decoctionis Masticis Potio.
 & liquoris stillatity menthae 3. ij. Misce: detur in aurora & bis ac ter in die. Syrupi.
 In causa frigida consert syr. de mentha: in calida syr. ros. Oxyacchajū, syr. de riz-
 bes, & berberis & similes, Montagn. Fallopia verò dicit: Si prostratus est ap-
 petitus ob calorem, sicut solet ut plurimum, mane & vesperi solemus exhibere
 oxyacchara & miuam cydoniorum cum saccharo paratam (& sine aromati-
 bus) dissoluto cum succo cydoniorum, vel cum aqua absynthij, vel cum succo ma-
 lorum punicorum, vel cum aqua menthae, quarta parte horæ ante cibum. Utatur
 etiam aceto, omphacio & arantij acidis. Aliquando exhibemus pulpan tamaz. Acida.
 vindorum cum cassia. Quandoque fouemus ventriculi regionem cum decoctione Fotus ver-
 rofarum, violarum, sandalorum & absynthij. Pantaleon. Accidit interdum vt tricali.
 pituita extenuetur & in ventriculum delapsa tollat cibi appetitum, quod illis Purgatio.
 vsu venit qui voluptatis ergò lauant nec se purgant & præparant ad balnea. Hi
 purgandi pilulis Alephanginis è Rhubarbaro aut communibus. Potest exhibita Vomitas.
 tepida & penna oleo intincta in gulam impulsa vomitus moueri, quem exciz-
 plant cappares & eliuæ. Inungatur ventriculi regio ol. de absinthio, masti- Inunctio.
 chino, cytonite & similibus. Si hæc nō iuuant, & turgat venter, omittatur bal-
 neum. Baccius addit lib. 3. cap. 2. Collabitur verò appetentia plerunque ex con-
 tracta in balneo calida ventriculi intemperie: quam indicant sitis, nidorosi, ole-
 tosique ruftus maximè. Restaurabitur autem si pro ratione refrigerans victus Signa pros-
 instituatur, sumptis per interualla cibarijs ex lactuca intybo, cichorio, & quæ ex statæ appre-
 aceto condiuntur, aut acido granatorum succo, aut citrorum corticibus conditi, tentia ex in-
 cauendo semper immoderatiam. Facit verò extrinsecus Santalinum adhibitum. temp. cal.
 Quod autem raro in balneis accidit, si vel frigida intemperies, vel imbecilla ven- ventriculi.
 triculi natura, huius sit affectionis causa: quo tempore neque stiunt patientes, Curatio.
 neque frigida sustinent, immo ora atque labia alblicant, & interdum acida eru- Viatus.
 etant: Tunc his post balneum stomachici vnguenti inunctio facienda est: dan- Topica.
 do interim patienti aliqua, qua peculiarem habeant ventriculi tutelam, & eo- Assumenda.
 rum præfertim qua alimenti simul & medicamenti vim possident. Ut condita Appet. de-
 è cydonijs cum speciebus, citra condita, Zinziberis conditi ad fabæ quantitatatem iectus ab
 frustulum, & consimilia quæ Scitamenta ob hoc ipsum appellantur alijs porro intemp. fr.
 ex causis, veluti ex humorum copiâ, irritatice, vlcere, vel non deeyetur in balneis Curatio.
 appetentia, quinimò firmatur, vel certe vsu ipso balnei reficitur. Sribit libro de Localia.
 balneis Andernacus. Aquæ ferine quanquam non sint adeo feruentes aut calide Acidulæ pro-
 vt Baden es: tamen imbecillis stomachus inde ob sulphuris copiam intu. escere fitata appre-
 solet & cibi appetentia amitti. Quæ si euaniunt mature ab eis est abstinentium: tentiam re-
 Hæc ille. Quamvis præcedentia consilia ac remedianon spernam, tamen in ple- stituant.
 risque præfero potum acidula um bonorum recenter è vena sua petitarum, & Acidulæ pro-
 ab aere diligenter conseruatarum, sicut ibi id commodè fieri posst, quemadmodum fitata appre-
 inde non parum accedit fonti Bollensti oportunitatis ex diuersorum fontium tentiam re-
 acidorum & quidem bonorum vicinitate.

De appetentia immoderata.

C A P . X V .

Bulimi causa.
Curatio.
Bulimus ab
exhausto.
Indulgetia
in bulimo
incōmoda.
Curatio.
Vitius.

Appetentia bifariam immoderata, aut circa quantitatem, aut alienae qualitatis desiderium. Hæc præcipue continentem habet causam, humor enim vitiatum aliquem, & acidum, qui os ventris mordeat, irritet, atque appetitiam gignat. Quæ in balneis rara est, nisi admodum ægris, ordinariamque idcirco postulat curam, ut ventriculus excalciat, exsiceturque humore noxio, vel theriacæ vsu, vel copiosa vini potione, quemadmodum iubet in Aphorismis Hippocrates. Altera in causa balnei frequentissima est, quam ponit ac curare docet Aëtius lib. 9. cap. 22. Cum scilicet corpus rarefactum ex vsu balnei, exhaussum que sudoribus, & transpiratione residua spirituum, ad multam tuni cibi, tum potus copiam sumendam compellitur. Ex quo excessu sani, præter prædicta lizationis ac fluxionis pericula, hoc alterum noxae gennas facilè incident se appetentia indulgent, quod minus valebunt à ceteris erroribus cauere, immo incōtinentes fient à somno, inertes ad exercitia, ad ceteras excretiones. Hinc cruditas datum necessariò siet copia, exinde obstrunctiones, ex obstruktionibus vel febres accendentur, vel acutorum morborum aliquis oborietur, tumores visceram, intestinorum dolores, dysenterie, vrinarum difficultates. Ad huiusmodi ergo immoderantiam, hoc frenum à principio statim addibendum est, ut usum balnei minuant, quod prima ac efficiens est illius immoderantiae causa. De cætero eam curam prosequantur quam instituit Aëtius: abstineant à nimio cibo, à meraciore vini potu, ab aere ac balne calido, & omnino ab ijs rebus quæ siue intrinsecus, siue extrinsecus calcificant, ac rarefaciant cutim, possuntque exhalationem mostuere, ac appetitiam augere. Imò studient cutini densam ac spissiorem redderez tum aere frigido tum vñctione ex oleo quopiam addringente, ut rosaceo vel myrtheo. Ex alimentis eligant quæ citò nonexeant, obsonia videlicet ægre corrugibilia, & sypticæ; ut sylvestrium animalium carnes, auricularum, palumborum, leporum, capreolorum, cochlearum & id genus alia. Ex plantarum generibus utilia erunt arantia, citria, granata: minimè verò herbacea, neque melligera, & quæ citò transeant. Baccus lib. 3. cap. 2.

De ventriculi imbecillitate.

C A P . X VI .

Ventriculi autem atque hepatis munia cum sint omnibus animalis partibus necessaria communiaque, ut scribit Galenus in 7. Methodi summa diligentianos uti decet, ut ne inter balnei ministeria eorum virtutes offendamus. Quamobrem si pro visceru inuata imbecillitate, aut resolutionem virium timeamus, aut ipsius particulæ periculum, sani certe consilij fuerit, tempus salutaribus auxilijs anticipasse. Succurratur igitur tuni his, quæ per os ingeruntur, tum his quæ extrinsecus addibentur sypticis, amaris, acidis, atque modicum aromatici olenib[us]. In quorum genere sunt rosa, jantsala, onnia, ribes, palmulæ,

Stomachii
vñctus

aloë, mastiche, vinū astringens aromaticum, acetum, citra granata, cotonēa mala,
 oxalis, plantago, pafūlæ acidula, cerāsia acida, his & similia multa varijs modis
 ægrotanti ipsi ministrata. Et ex his, quæ vim quoq; medicamentariâ habent, dia-
 cytonium, saccharum rosaceum, conditæ, alia ex citrijs, myrobalanis, cytonijs sy-
 rupus rosaceus, de agresta, aromaticū rosatum. Adhibenda verò extrinsecus, oleū Topica.
 mastichinum, rosaceum, melinum, myrtinū, de absynthio, vnguentū rosatum,
 sandalinum. At si nibilominus ventriculus ipse in imbecillitatem labatur, tunc
 vel os eius duntaxat afficitur, virtutis nimurum appetituæ lapsu, quam antea
 separare docuimus : Vel fundum, ac villi eius retinentes patiuntur, & tunc
 retentrix virtus maximè deicitur. Vel certe prægressa aliqua ventriculi
 affectio, aut intemperies est, quam balnum excitauit, tumque omnis fa-
 cultas naturalis, cuius origo est ipse ventriculus, imbecilia simul effici-
 tur. Præmissa ergo vacuatione aliqua, si necesse fuerit, veluti ex dialvē Galeni, Vacuatio.
 vel mastichinis pilulis, vel alephanginiis, vel communib; vel ducatholicon
 maximè medicamento, cibarijs studeant boni succi, sorbilibus, & quæ citò ac in
 pauca quantitate nutrit, celerrimeq; laxatas virtutes instaurant. Esto etiam vietus,
 cum his cibis eius qualitat, quæ ventriculi partes laxas in unum cogere queat,
 roboret, omnium conciuet, laßitudinemq; à balneo relatiā auferat. Qualis ma- Cibi.
 ximè idoneus fuerit subacidus, & subausterus, aromatibus parum astringen-
 tibus conditus, veluti diximus. Paulatim verò, ac per inter ualla dandus est, quæ
 tus scilicet non grauet ventriculum, sensimque augendus, donec ad consuetam
 illi quantitatē ventū sit. Potus etiā sit parcus, etiā si magna sitis adsit, eam enim
 petu largo placandā non esse cautū antea à nobis est, & sicut tolerare ventriculū Potus.
 roborat Esto autē vinū tenuē, odorū, & lene, & aqua cocta dilutū quantū opus
 videbitur, modico item stillatissi liquoris adiecto, boni Mefuz consilio, quod fa-
 ciat ad caussam. Vitando vinū dulce, crassum coctum, vinosum, & turbidum, &
 aquam tura calidam, tum frigidam, hæc enim imbecillum extinguit calorem, illa
 autem laxat ac innatas ventris virtutes dissipat. Vitent præterea pinguis, nau- Cauenda ex
 seabunda, dura, cruda, mali succi, ac etiam lenta, & herbacea, præter mentham, alimentis.
 ac alia eiusmodi stomacho maxime congrua. Dimiso autem usū balnei interea, somnus.
 somno indulgeant competenter, hic enim omnes ventriculi molestias ex refida-
 tionē maximè obortas sedat, pristino vigori ipsum restituit, ac reliquum corpus
 instaurat. Gaudium, delicia, & reliqua id genus vietus ratio teneatur Forinse: Animi affe-
 ens autem impossisse præstat interim olea, vnguentā, cerata, epithemata, & ex cūs.
 herbis, ac liquore aliquo malagmata paratu facilia, quæ eandem sententiam iu- Topica.
 nent, coloremque conservent, ne dissipetur, qualia astringentis, ac odore facili-
 tatis maxime sunt, ut ex tria sandalii confecta, & eiusdem farinæ alia. Quod si ventriculi
 tandem attenuatus adeo ventriculus sit, ut hæc periculum timetur (quod in curatio-
 bis, qui cum mala valetudine vadunt ad balneā non raro evenit) ventriculum
 ipsum modis omnibus humectare expedit, atque his præcipue, quæ tum corpus
 universum, tum virtutes instaurare valent.

Quatuor de
causis do-
ler ventri-
culi ad
balnea.

Calidæ in-
temp. simpl.
ventriculi
curatio.

Victus.

Topica.

Pharmacia.

Intemp. vê-
triculi, cum
materia ali-
data curat.

Exulceratio-
nis vêtricu-
li curatio.

Balnea di-
mittenda.

Victus.

Externa.

Quatuor potissimum de causis ventriculi dolorem potest incurrere ad balnea: vel ob intemperiem ipsius æqualem, vel inæqualem, vel ex vices ratione, vel tandem ex flatulento, acri & pungente humore, quem vsus balnei concitauit in ventriculo, non tamen coniunxit. Siquidem sola intemperies calida est facilinæ curationis habetur, Galeno teste. Method. vt que alterantibus duntaxat & adstringentibus alimentis, ac frigidæ aquæ exhibitione curatur. Quod si etiam æstus vehementis calide intemperie adiungatur, eum affeßum, ac si febris esset, curaueris, denullo in totum vino, melle, ac calorificis alijs, ac ptisanæ hordeaceæ usum, bumechtantiumq; aliorum iubeto: foris verò crudum oleum, hoc est omphacium, & melinum illinito, vel santalinum vnguentum, & vt interim simplex diacytonium cum saccharo rosaceo, vel violaceo elambant. Si verò cum intemperie materia quepiam coniuncta sit, aut hæc quidem ex essentia excitata est in ipso ventriculo, aut ex alterius partis consenſu: si primum, tunc præmissa, si oportuerit, præparatione aliqua, vacuationi intendendum est: hanc autem ex habilitate naturæ patientis molierunt, vel per dectionem, vel per vomitum: pharmacis quidem utendo clementer purgantibus & à propinquo trahentibus ut biera Galeni. Verùm si materialis eiusmodi intemperies, ex cuiusdam alterius membi consensi adductæ in ventriculum est, quemadmodum frequenter ex irruente à capite fluxione solet accidere, eo in casu membi illius demandantis robori attendere oportet: recipientis interim cura visceris non negletta. Si verò cum hoc exulcerari quoque ventriculum contingat, cum in cæteris causis parcius balnea sumenda sint, hic ea prorsus oportet dimittere, ac pariter rerum acrum alimenta, & his similia. Sit victus refrigerans, ex ptisana, cum qua quippiam mellis adiungant, quò per ipsam ulcerare repurgantur atque abstergantur, & aliquando quæ dolores mitigant, ac mordacitatem obtundant, commanudent foris secus epithematis adhibitis quæ corroborent, ex palmulis, malis coconeis, ac polenta, ceratisq; ex melino rosaceo, ac santalino. Post repugnationem verò, sint quæ carne implent, & deinde quæ adstringant, ad cicatricemque perducant. Baccius.

De flatibus ventriculi. CAP. XVIII.

Iuscum.

Emplastrū.

Olea, aliaq;
æqua.

SIt tandem ex ingenito istibz, inclusoz flatulento spiritu ventriculus doleat, sinus galli commodiſſimè exhibet Mæſues, emplastro adhibito ex pane calido, oleo ac melle. Peculiariter autem ad flatum ventris, laudant balnearij Medicis hic olea de absynthio, de Mastiche: similiter gariophyllos, galangam, Mazzem, anisum, galliam muscatam, & ex his varia medicaminum genera. Anisum, vel coriandrum à cibo commansum familiare est, acid genus confectiones. Ceterum discutientium flatus longissima est apud medicos series subtilium scilicet partium omnia, calida & fissa. Baccius.

De Singultu. CAP. XIX.

Singultus quo os ventriculi quodammodo conuellitur, retentricis, ac expul- Cauffæ.
tricis facultatis est vitium. Contingit autem in balneis aut præ nimia ipsas
rum actione, aut ob materie malitiam, quacunque ex causa in ventriculū
contractam, aut morsum excitatum ex acrimonia, aut grauantem, aut statu re-
plentem, ac distendentem. Quem quidem emendant sua contraria, que nimirum Curatio-
materie ipsius acrimoniam hebetant, vacuant, discutunt. Rhazes ad assiduam
singultiendi molestiam, frequenter aquam tepidam modice forbillandam præ-
bet. Ex immodica autem balnei actione, veluti si quispiam imbecillior nimis in Aqua tepide
dæ forbitione.
ad potulentas aquas exinanitus, penè ex haustus anhelet, parum spei in reme-
dijs est, & si diu perseveret, letibale, ut testatur Hippocrates. Si verò siccus eius- Prognostic.
modi affectus sit, & non adeo confirmatus, humectantibus iuuatur, & est saz con-
nabilis. Perraro autem ex viscosorum frigidorumq; humorum copia accedit singul- victus.
tus in balneis: nisi fortasse ex ciborum corruptione, quem sanat vomitus. Ius-
nat & spiritus retentio, teste Paulo. Baccius.

De Vomitu. CAP. XX.

Vomitus autem, ut inquit Paulus, quia tam sanis quam ægris potest cons-
tingere, & utrÿque modo utile esse potest, modo noxius, ideo diligenter ad Vomitus
moderadus.
opus balnei vomitantis causa cognoscenda est. Et præsertim, quia multis
vomitus est domesticus, quem tamen balnei violentia sua acri in potionibus qua-
litate exacerbare posset, multis contra inimicus, quibus cautè operatio aquarum
ex vomitu vacuanium (quanquam faciat ad causam) moderanda est. Quæ Vomitus
quibus ad-
uersus.
prudentia tota ferè in electionibus balnearum, quæ maximè conueniant, verari
debet. Maximè verò cauendis his, quibus ex affectu quoque aduersatur, ut Vomitus
quibus ad-
uersus.
malo præditis stomacho, sanguinem excreantibus, & qui suffocationibus sunt
opportuni. Qui omnes sicut violentis, & nimium acribus potulentis aquis ab-
stinere iubentur, ita si laboriosam aquæ etiam mitis operationem experientur,
penitus eam intermittere debent. Sed in longis profundit affectibus, ac solitu con-
tumacibus, qui validam commotionem desiderant, qualis est podagra, ischias, an-
tiqua meseraicarum, hypochondriorum, & lienis obstructio, hydrops, inflatio, In quibus
aff. conue-
niat vomiti-
tus.
epilepsia ventriculi vitio, melancholia, & similes. Quibus omnibus potulenta
validæ etiam facultatis balnea tentare vtile est, neque per initia, quantumcunq;
meticulosis, vomitus suppressandus, vt qui postea magnam exinde utilitatem
sperare debent. Hoc signo confidentes, si bene tolerent, & quiescant, haud statim,
nec copiosè, nec quolibet cibo vtentes. Quod si præter hæc intempestivis vomiti- Signa vo-
mitus utilis.
tionibus tententur, vel ventriculi nausea, quanquam stomacho intemperiem co-
ciliatam indicium est. Tuncque ex euntium qualitas inflectanda, nam aut amar-
ralenta & biliosa, hepatis ylique vitio calecentis, in quo casu & balneo inter-

Curatio vomitus in tempore hepatis virtutis. dicit debent, & regimine febricitantium frigido atque humido instituendi, quod robur ipsis visceribus conferat. Aut alimenti assumptis specie existunt, in quo simplex intemperies calida arguitur, facile per refrigerantia supra dicta ad alias ventriculi passiones, simul atque corroborantia emendabilis. Si vero aliqua humilitas inter visceris tunicas infarcta timeatur, unde nausea & cibi etiam auersio solet accidere, perdonea ex Hierac simplici erit purgatio catapotis, & electuarijs praeditis. Nam vnitones, fomenta, & conditorum eiusmodi usus, nunquam in his casibus sunt inutilia, & quæ multam habent ad omnem vomitionis.

Purgatio Appropria. tum conferentiam, lenticula cum pulegio decocta, aut mentha, aut thymus alii quando ex acetato, panis ex vino dilutiore & odoro infusus, Paulo : mala punica, citria, myrabolani, & huiusmodi alia, Baccus. Ex quibus liquet, aquas primulum bibeantes si vomant raro quicquam sinistri portendere, inde conferre. Solet enim yna pituita & alia omni illuise ventriculum egregie deplere, sic ut curationis quasi principium sit. At sequentibus diebus ut secunda & tertia ex consilio Fallopij, diuertendus ille motus cylstere, cui addendum sal & hiera & aliud quid simile: reiecto cylstere bibat aquam, deinceps applicetur cucurbitula regioni ventriculi, mox exhibeantur quatuor cyathbi aquæ quam si retinuerit, bonum erit signum: Altera die iniciatur alius cylster, sed non applicetur cucurbitula, & deinceps aqua, quam si euomuerit desistendum ab exhibitione aquæ: si cesset vomitus, pergendum. Si sexta vel septima vel nona die euomat tris quatuorue cyathos aquæ, bibat iterum aquæ tantundem, dummodo hoc non eueniat ob nimiam ventriculi desatigationem, quæ si esset, oportaret desistere.

Fallopii in vomitu consilium.

De alio nimirum soluta,

CAP. XXI.

Actes aquæ potentes. Pertimescendum quoque cum primis est, alii nimirum solutæ accidentis in balneis, quando non pauci ob hoc solum in dysenteriam precipitent: incutient nimirum, qui salugineas acresque pro potulentis mediatis aquis ingurgitantates, cruentam deictionem ac intestinorum termina experiri solent. Princípio igitur dum à virtute balnei excernente crudis & contumaces humoris fluor processerit, finendum. Indicabunt enim id esse naturæ munus, leuis tolerantia patientis, quies ipsarum excretionum qualitas, quantitas, condecorans occasio, iynsdera aquarum ebibitarum effectio in fine, & tandem cessatio. Sin autem vacatio modum excedens vires deiciat, flatus & termina efficiat, cum siti aspera & lingue siccitate, & pro quantitate, qualitate, & tempore excaecatum minus idonea videatur, protinus balnei ministerium dimittendum est, seu bibendo seu lavando, seu quocunque modo ipsum assumpserint. Quod si coacta natura adhuc aliud uerit, ac inmodica usque adeo sit inaqutio, ut astus, asperitas, ventriculi attenuatio, potius corporis exsiccatio inducatur: tum non modo extrinseca cana-

Balneum omittendum.

*sa, quæ est ipsum baineum, intercidenda est, sed etiam intrinsecus materiali
scilicet & efficienti causa fluxus prudenter occurendum est: habita diligenter Parti initie
ratione, num ant hepatis, aut ventriculi, aut intestinorum, aut cerebri id vitio
contingat, Baccius. Placet buc facientia subiectere ex Pantaleonis libro de
thermis Tigrinis cap. 40. Sæpe fit ut natura conante se exonerare, oriantur
fluor alii, ita ut à lotione aliquamdiu sit defistendum: Is non statim reprimen- Fluxus alii
dus ante diem unum aut alterum: Quod si viros nutant, roburque sensim deficiat non statim
exhibendi essent cibi & potus paulatim constringentes, pulches ex auena, pyra,
oua indurata, citoniatum, vinum rubrum chalybeatum cui succus citoniorum Assumenda:
admixtus, acini granatorum, & vinarum cum cibis: perseverante fluore rob de
ribes, de berberis, saccharum rosaceum antiquum cum spadio aut bolo armena:
regio ventriculi poterit inungi ol. myrtino, de absinthio, mastichino. Hæc ille. Si Dysenteria
fluor alii sit ab humoribus acribus malignisque & periculum de dysenteria, nisi in principio
mibi videtur in principio consultius quam statim copiosa aqua bibita eos aq. medica:
ducere, vel, quod tutissimum, vt euocato medico, eius consilio repurgetur labo: ta solicina
rans Rhubarbaro, Myrobalanis, tamarindis, syrupo rosato, & similibus que do: alius pur:
gantibus. Etus Medicus faciliter accommodare potest, & ex aqua fontis Admirabilis exhibe:
bere. Si non cesset alii fluor à purgatione, tuac probo axungiam nostram Lunæ Adstringen:
primam & sanguinem Herculis ex aqua fontis medicati sumptum. Si fitis sita.
mul virgeat laudo moderatum potum acidularum per se, vel mixtari cum vino. Post evacuationem non displiceret agrum perseverare in lotione, modo ea sit moderata quæ corpus non nimium calefaciat, ac sitim excitet & vires pro:
sternat.*

De astricta aluo. C A P . XXII.

*P*rocurandum porro in balneis est, vt alius superfilitatibus vacet, vt bis quotidie scilicet vel ad minus pro consuetudine exoneretur, multos enim ob hoc solum accidens, colica, atq; etiam iliaca passione correptos vidimus. Quod Colica &
iliaca ex a-
si, ex contracta in intestinis calida, & secca iniisperantia, id minus præstare quis astricta aluo:
poterit, ut resuenter ex balneo, imus venter totus quopiam emolliete, relaxante, &
refrigerante vnguento illinatur. Cuiusmodi inter usus, ac faciliter parabilia inunctio:
sunt, oleum commune, antiquumque, butyrum, oleum è cyclamino, oleum de
thymelea, vnguentum è cyclamico iubis, & senori illitum, Mesuæ, vnguen:
tum Dialtheæ, vnguentum Agrippæ. At si adstrictio diutius processerit, in
hydrelæ peluum patientes mittuntur, atque etiam simplicis olei. In edulis vero
vitiantur iurulentis, ac item emollientibus, malua, blito, beta, mercuriali, cucur:
bita, portulaca, vrtice eauliculis, omnibus ex oleo, & gario elixatis, cuius loco
hodie vel omphacio, & sale utemur, vel lectissimi tartari ex vino polline, quod
vix abstersiuam non paucam obtinet. Paro modo, in antecanis sumant pruna
damascena, & fugaces fructus eiusmodi, quantum libebit. Ex medicamentis

Purgantia.

verò, quæ per os deuorantur, si quidem dispositionis ratio indicauerit, valenter etiam purgantia exhibeantur: hoc seruato, ut quandiu medicamenti ministerio ægri intendant, à balneo abstineant. Sin autem clementia quædam assumant, ut bolum cassie fistularis: vel deuoratis pilulis alephanginis, mastichinis, communibus, de tribus, & sine cura vulgo appellatis ante cibum. Clemens verò, nec nitidus delicatum est hydrorosatum Pauli, & quod vulgo medici, modò syrum plurium infusionum, modò rosatum, aut violatum solutuum appellant, pondo trium unciarum assumptum bene mane. Ne saltē non omittantur clysteres, primum quidem ex brodijs leuibus, ac molibus, deinde postea acrioribus: aut glandes suppositoriae indantur. Nec desunt multæ, ex medicatis aquis, quæ insiditæ ex enemate subducunt aluum, vt nitroæ præ ceteris, &c., atque etiam salæ: contra verò ferrugineæ, aluminose, & sulphureæ, quæ in quantum tales exiccant, atque adstringunt. Montagnana olim scripsit consilio 303. Balneans cui astricla erit aluns, quotidie ante cœnam lambat cassiam ex siliquis, aut accipiat pilulam ex aloë infusa in succo intybi: aut D. I. sequentis pulueris R. epizthymi, polypodijs an 3. i. β. sennæ 3. ij. β. salis Indi. 3. β. glycyrrizæ, cinnamomi, zinzan. D. β. arisii D. I. fiat puluis jubilis ac interdum ante cibum exhibeatur suppositoria ex melle & saccharo, radice betæ, iridis, daucō vel petroselino illitis melle & sale, aut de carne salita &c. Præterea aluns astricla molliatur cum syr. prunorum, decoctione fructuum, solutius syrupo violato & similibus frigidis & humidis mixtis cum aquis: cum sero laetis preparato. Item cum decoctione betæ, violarum, maluarum, vel utendo in cibis. Item R. Aloës, syr. viol. lupulorum ana 3. ij. Mastiches, croci an gr. iiiij. Infundatur aloës in eis per dictum & noctem, vel per tres dies, & fiant ex ijs pillule post exstinctionem succi leui igne vel in sole factam, parum ante cœnam sumantur ij. vel ij. Est bonum & utile remedium. Fallopius: Pauci sunt quibus intra quatuor vel quinque dies non supprimatur alius, cui symptomati occurrendum cum clysteribus alternatis diebus exhibiti ex succo maluarum & cremore hordei. Si ager non admittat clysteres, bibat ius quinque aut sex prunorum Damascenorum siccorum, vel quatuor aut quinque caricas sumat in quibus imposta sint quatuor grana Cartami mundati, capiat dodrantem cassia in fistulis, per dimidiam horam ad summum ante cibum, vel deglutiat ponderis scrupuli pilulam aloës lota & preparata, vñ cum rosaceo saccharo alternis saltē diebus. Andernacus, Si aliud naturâ quotidie aut saltē altero die non descendat, tertio solicitari glande subiecta aut clyster indito debet, aut catapotis alephanginis, aut hierâ picra, aut cestriæ, aut mannâ ne crudi humores ex stomacho per totum corpus nimio balnei calore distractantur & omnigenos morbos inducant. Aluum astriclam soluemus insculpis emollientibus, vt maluæ, violarum, aut brasæ tridentis in star cum Zaccari momento: vel duorum ouorum luteis crudis, iuri pisorum aut gallinæ calido iniectis absorpti que: vel viuis passis duorum cōchlearium modo assumptis: vel pruni damaescenis benè maturis & dulcibus: sic tamen vt omnia hæc paulo

Clysteres.

Aq. medicata solutiua.

Cassia.

Pillulae.

Puluis solutiua.

Suppositor.

Syrapi.

Decoctione.

Pilulae.

Clyster.

Iuseulum.

Cassia.

Pillulae.

Glans.

Clyster.

Pillulae.

Iuteula.

paulò ante cibum sumatur. Ex medicamentis casiae fistularis uncia, cum mo-
 dico Zaccaro vel manna ex iure aliquo: vel catapotys rosaceis ante cenam de-
 uoratis: vel decocto emollientium herbarum, cui electuarij catholiconis uncia
 sit addita, Zaccarum rubrum & salis modicum, per clysterem indito: vel capi-
 tis veruecini decocto, cui Zaccarum, mel, & cassia fistularis fint adiecta: vel
 glandibus ex melle & farina in massam redacta & sale: vel pingui carne suilla
 salsa formatis. Dorthom. Astrictior aliis ob intemperiem frigidorum intestino-
 rum aut contentorum copiam, primunt clysteres, mox potus hos frequentes non
 copiosos aquæ exigit. Isdem diebus quibus manè hausta aqua Belilucana,
 ingrediatur balneum horis pomeridianis, lecto à balneo decumbenti admoueantur
 fatus calidi, obducatur toti ventri cenum thermarum: lingat reliquias.
 Pantaleon de thermis Tigurinis, Accidit interdum ob calorem balnei astringi
 aluum & sequi colicum dolorem: id si eueniat, cessandum à balneo donec so-
 luta sit: bibat ieiunus poculum aquæ thermarum aut cassia unciam semis dis-
 solutæ cum iuscule carnis, aut syr. ros. lax. unciam semis: aut paretur potiuncu-
 la mihi usitata in meis ægris ex senna, cinnamomo, Zingibere, glycyrrhiza,
 radicibus petroselini, aniso, melissa, mentha, violis, & rosis: huius desotionis
 accipe duos aut tres hæustus: mutanda tamen pro ratione personarum, interdu-
 supponenda glans ex melle: aut enema ex polio, mentha, maluis, bieræ picrae
 & benedictæ laxatiæ ana uncia semis, ol. rutacei & anetbini singulorū drach-
 mis sex, salis drachma una & semis: Enema cum iniicietur nec sit iusto calidius Exercitatio
 nec frigidius, sed teporem habeat urinæ hominis sanæ. Hec ille. Vbi astrictio ad præce-
 alui à calore balnei & siccitate alui non probantur mihi pilulae, nec aloë, nec dentia.
 roseæ siccæ, nec calidiora pro correctione senæ. siue sint herbae siue aromata: non
 laudo etiam calidiores confectiones in clysteribus, semiliaque illa & herbas,
 multò minus cenum thermarum exsiccans. In nostro balneo admirabili pote-
 runt præter cetera prædicta in potu exhiberi aliquot pocula aquæ nostri fontis Potus aquæ
 manè, intermissa lauatione donec reseretur aliis: Poterit quoque iniici sola az-
 qua balnei calida, vel addi oleum aut butyrum, interdum salis tantillum, aut Bollé-
 etiam mel, aut malua, aut althea. Si iungantur astrictæ alio alia symptomata sium ad al-
 ut colicus dolor à pituita, uterini affectus, calculus, consilio opus est medici: sium solu-
 interea nihil obest omnia lubricantia & emollientia, & sine insigni calore euæ- dam.
 cuantia exhibere per superiora & inferiora donec adueniat Medicus, qui hic
 poterit uti in enematisbus hieræ picra & benedictæ laxatiæ, diaphanicone, te- Ex iisdem
 rebint binâ & similibus pro ratione ægri & morbi. Hoc etiam monuerim non
 obfuturum, si æger sentiens in ventriculo redundare prævios humores cum as- clyster ad e-
 strictione alui, sumat trochiscum semis axungiæ nostræ Lnæ cum multa a- undem ▶
 quâ fontis mirabilis. Si insignis fuerit astrictio præstat precedere enema sium.
 Non dispergit sequens euacuatio modo ultra diem non reseruetur ne serum la-
 tis corrumpatur ex quo conficitur, de qua Rulandus de balneis libro 1. cla. 4.
 Purgatio cholagogæ suauis & utilis omniæ atati, sexui, & morbo: R. fol.

Clyster

Glandes.

Avnb Belli-
luc.

Clysteres.

Solutiuæ
potiunculae

Exercitatio

Potus aquæ
rum Bollé-
sium ad al-
uum solu-
dam.Ex iisdem
clyster ad e-
undem ▶sium.
Astricta al-
ius cum a-
lijs sympto-
matibus.Axigia Læ-
ne foliis

Senæ expurgat. unc. i. Cinnam. Zingib. ana. drach. f. Sacchari candi unc. f. Salschari drach. vj. bulliant in seru lactis caprini lib. ij. per quartam horæ partem, deinceps macerentur per noctem: ex iure hoc potui detur ab vnc. i. ad quinque mane & per horam ante cenan.

De aqua retenta, & ob eam intumescente ventre.

CAP. XXIII.

lyster

*Signa retentiæ aquæ in hypochondriis & intestinis.
Clyster.*

Aq. in corporis habitu retenta.

Pilulæ.

Anasarca ex aquis potis rectis.

Nec tuto nec circò educuntur rectæ aquæ sudore, aut lotio

Sic primis diebus aqua medicata pota non descendit, clyster ex aqua ipsa cum melle, zaccaro & sale educenda. Singulis quaternis aut quinque diebus potio intermitte potest, & aliud iniectione ex aqua medicata cum melle ros remario condito & chamamelino sollicitari, *Andernacus*. Fallopium verò do thermis cap. ii. Si aqua retinetur nec rejicitur per secessum, aut vesicam, aut vomitum, aut aliam partem: aut retineatur in intestinus & hypochondriis (quod cognoscetur ex molestia in illis partibus, ex tensione graui, rugitu & flatibus intestinalium, & inundatione quadam) eadem die iniciatur clyster ex eadem aqua bibita, adiuncta hierà simplici vel syrupo rosaceo: si hoc clyster aqua retenta non evacuat, fiat decoctum ex ebulis & folijs cucumeris sylu. cui de cocto addatur hiera, vel hiera diacolocynthidos, & parum olei chamæm. fiat clyster: detur deinde prandium: à prandio quiescat: vesperi iniciatur alter clyster ex ipsis, & sic mane sequenti aliis, donec tota fuerit evacuata: & si tota fuisset educta per primum clysterem, non esset reiterandus. Altera die bibatur iterum aqua, que si iterum retineatur, educatur eadem ratione & non bibatur amplius, sed aperiantur rufissimæ viæ, alterenturque materiae. Causa retentionis in intestinis est copia materiae mucosæ: retinetur etiam ob aquam imbecillitatem: Pareatur optimè attenueturque & detergatur materia illa, deinde bibatur aqua, quæ si non sit sua natura salita, ponatur sal in primis duobus cyathis: Multos vidi in quibus retinebatur aqua: quibus fuit saluberrima post secundam preparationem. Si aqua retenta fuerit & non appareant antedicta signa, indicium eam retineri in toto corporis habitu: Prima die nihil erit agendum, sed etiam altera die retineatur, danda opera ut evacuetur. Solemus nos ne aqua diffundatur per totum habitum corporis exhibere prima die vesperi per dimidiam vel integrum horam ante cenan, pillulan unam quæ purget pondere scrupuli unius ex pillu. alephanginis vel mastichinis vel ex rhabar. agarico & alijs equali pondere. Secundo die, si tota aqua retinetur, procuranda cum diligentia evacuatio, potissimum si multa: (Nam vidi multos qui inciderunt in hydroponem anasarca) ea fieri potest vel per vesicam, vel per insensibilem evaporationem, efficiendo, ut æger sudet mouendo se, aut ingrediendo balneum caspidum: Sed non est tutus modus evacuandi ratione balnei, est etiam tardior, sicuti per lotium. Superest evacuatio per intestina quæ commendatur, quæ ye-

tuntur excellentiss. Medici Patauini & nos cum ipsis ; quod faciunt addito Rectius, alium ed
grano vel duobus elaterij optimi : id occultant pro secreto : Cauendum ne ultra cunctur.
duo grana dentur, est enim maximum medicamentum, nec in hac re potest in- Elaterium
ueniri praestantius. Euacuata aqua hoc medicamento, omittendus potus aquæ. Si Patauino
non tota aqua , sed aliqua ipsis quantitas retineretur prima & secunda die, medic. cretum.
non abstinendum à potu, sed si tertia ad bacretinetur , detur pilula cum elas-
terio & omittatur omnino aquæ potus. Ad nostrum propostum hæc faciunt
quæ dicit Baccius libro 3. cap. 2. Retentionis est species, in qua balnei aqua ebi- Aqua bal-
bita quoque impedimento non purgatur. Primo vero distinguendum est vbi noī retenta-
retinatur, an in vijs latis, an in circumferentia totius corporis, an in vasis vri-
narijs, & vesice. Quorum locorum sunt certa signa distinctiva, dolor, rugi- Signa rete-
tus, inflatio, fluctuatio in ventre aquæ, sputamina insolita, languiditas appre- tæ aquæ in
tentia. Est & tumor ad supremam cutim (quod certè nunquam vidi) testi- hypocho-
monio Plinij, quosdam visos bibendo turgidos in tantum, ut annuli integeren- dtiis.
tur cute. Quidam ebitis, me authore, aquis Sancti Marini iuxta Arimiz- Signa reten-
num, regressus in patriam cepit insolitam corporis laßidinem dolere, deieclam
appetentiam, ventris duritiem, porro casu quodam oberto ei erysipalatode tu- tæ aquæ in
more super dextrum hypochondrium, quod offenderat, perinde quasi perfec- habitu cor-
tus hydrops, complures fistulas aquarum, ichoros & que humiditatis, vsq; in ad- poris.
mirationem Medicorum eiecit è loco. Quocunque ergo modo aqua ebibita reti- Rara histo-
neatur, de sui indicat necessaria euacuatione, per conuenientem viam. Sin in ria emissio-
intestinis, statim eadem die vacuanda est, per clysterem ex eadem aqua, vel nis aquæ re-
discussori aliquo addito, parietaria præcipue, & etiam biera. Secunda die, ni- tentia.
bilominus bibendum : quod si similiter retineatur, eadem præsidia reiterens
tur. Quod si tertia, & quarta item die retentio prosequatur, supersedendum
est : ac vnam duarum putabimus esse in causa, vel quia eo anno balnea sunt
minus salubria, vt pote si multis essent diluta pluvijs. vel corporis perperam fa- Curatio.
ctam esse præparationem, vijs obstruictis viscositatibus, quæ erant tenuande, vt
suo loco docuimus. Reliquias vero euacuare tentadum, aut pilula aliqua ante eæ- Pilulæ.
nam, que prorit et aluum, vt Mastichina, vel de tribus, vel stomachica: Aut sti-
rupo aliquo aquarum virtutem excuere oportebit, ut vel salis momento, vel
syrupo rosaceo. Vruntur Patauini Medici, teste quoque Fallopio, pillulis quas
habent in secretis vulgi causa : nimirum scrupulo uno ex prædictarum aliqua
specie, cui additis boni elaterij. grauis duobus, faciunt vnam pillulam, Elaterium.
exhibentque ante cenam : quæ & non grauat dosi, & purgat certissime re-
tentas aquas. Quod si languido alio, qui prius corpore, aquisque retentis,
de hydrops specie timendum sit, putrefacta forsan aqua, ac viscere cum In? hydro-
toto corpore perfrigefacto, aperte ad fortia præsidia, veniendum est. Et hydro-
pis suspi-
cione quid
agendum.
iam ad Eboli decocti exhibitionem, quod quandam habet proprietatem
ad ducendas aquas. Communia sunt exercitium, labor, sudor. Quam maxime
Decoction
ebuli.

Balneum.

vero expedit finito balneo, eos in balnea, a clauationes calidarum aquarum committere: medicatarum quidem, si talium copia baberi poterit (hoc enim in casu balneum post potionem aquarum conceditur.) Sin minus priuatarum, & dulcium lauacra ineant: denique perseverent exerceri, gestari, fricari, vt omnino imbibitas iam humditates excutiant: Quidam ad aquas Porretanas, si minus ex potu earum promouerentur vrinæ, adhibent circa pectinem malagmata ex parietaria decocta in aqua, actuque calida sèpè, ac sèpius adhibita: faciunt & ex ea clysteres.

Malagmata
ad pectinē

Clyster.

Nō temere
cohibēdus
sudor.

Inuictiones.

Awoleganza

Vixtus.

Asperga cor-
pori frigida
improbaturAstringēta
damnatur.

De sudore immodico. CAP. XXIIII.

SVdores autem è balneis excipere oportet, his quibus sudandum est, quamdiu satis vacuatum fuerit. At ubi largius eruperint, vt supra modum patiens laffari videantur, & in syncopen labi, leuisimè sudor abstergendus est: nam aliis quoque alium elicit: subinde leuando experimenta refrigerare conuenit, fenestris patentibus, quo perflatus aër frigidior inducatur, ac euentilatio circumquaque fiat. Omphacino quoque oleo, aut myrtino, aut cytonite, aut quopia alio adstringenti vnguento perungantur. Cæterum satius fortasse fuerit prouidisse, vt qui rarae admodum texturæ sunt, & ad largos huiusmodi sudores idonei, parcios (inter initia præsentim) lauacris committantur: intratur scilicet ipsum balneum molli prius ex oleo frictione vt tantur, à balneo autem aut in tinam frigidinculæ, id est minus calida aquæ confertim infilant, aut eadem per ministrulos conspargantur, ac detersi inungantur: Eodem modo gracilibus, imbecillis, delicatis naturis, & reconualecentibus, si quando balneis vti contingat, consuuisse oportet. Cibarijs verò mediocriter adstringentibus, refrigerantibusque tantur, veluti acidis granatis, limonibus, laetucis, oxalide, & similibus: nec minus animalium pedes ex aceto utiles, & lac etiam decoctum, Bacchus. Sequitur iam sententia Montagnana conf. 303. de thermis Sudor in balneis non retinendus, nisi nimium sit superfluus qui prosternat vires: tunc corrindens vixtus ratione lacte, acidis (non simul cum lacte sumptis) vt iure concreto cui admixtus succus malorum punicorum, cibis in quibus amygdala, & qui crassior em succum reddere possunt, vt pedibus animalium bene coctis, affuso deinde aceto & similibus, panico cum lacte iusculis ex milio & lacte, de quo non dubito insigniter compescere sudorem quia sum expertus. Quies à balneo, manere in umbra, & corpus parum expondere aéri, sudorem conuenienter reprimunt. Frigida, astringentia, & secca medicamenta asperga corpori non placent, ne poros nimium obstruendo deterrima symptomata excitent. Fallopij autem sententia cap. 12. est: Si sudor non est valde molestus ègo, non esse coercendum, esse bonam euachinationem. Si laßitudines faciat non inungendum corpus, vt à quibusdam fit, nec exhibendos cibos astringentes & viscidos, potius desistendum ab usu balnei, vel revertendum tantum semel in die, & brevioris passio ac balneo tepidisimo. Rulandus

de balneis scribit: ad sudorem superfluum vinum myrtinum mirifice confert: quod sic sit: Accipe fol. summatum & fructus myrti ana partes & quales, contundantur & ponantur in vinum ac bulliant usque ad consumptionem tertie partis: postea vinum coletur atque bibatur: ceterum regimen est frigidum. Item, sudores immodosos compescunt Vvolckestein, Niderborn, Leonstain, Annebergenses, & alluminatæ, ferratae, gypsea que balnea ac frigidæ aquæ dulces.

Vinum
myrtianum.

De calore iecoris & renūm ac acrimonia vrinæ ex balnei calore consitato.

C A P. XXV.

Quoniam verò incalescentia in balneis natura calidis apprime omnibus verenda est, & quibus maximè vniuersa corporis temperatura, & in primis viscerum, hepatis, ac renūm inclinat ad calidum, idcirco sani consilij fuerit tempus anticipasse, tum debitūs, quas consulimus, præparationibus, tum eleccióne idonei balnei, tum denique conseruantibus præsidij, quibus vnu quenque in ipso balnei usu communittum esse oportet. Talia multa ad stomachi tutelam paulo ante adduximus, temperata, aut frigida, ac modicè fissa, ad vnam quamque etiam hepatis, & renūm intemperantie calidæ susptionem vitia. Cui periculoso anticipata remedia non sufficerint, ac dubium sit ne aut in hepate, aut in ventriculo phlegmone concitetur, quamprimum balnea interdicantur. Imò si quæ apparuerint factæ e inflammationis indicia, quam celeriter facta è direxto lateris missione sanguinis, Medici cura se ægri committant. Vitentur per initia scammoniata, & similia quæ per aluum purgant violenta pharmaca: perfusis oleo partibus, in quo absinthium incoctum sit, qui cum aliiquid quod cum amaritudine adstringat commiscendum, velut omphacatum oleum, vel melis num. Emplastra item adhiberi possunt procedente affectu, è farina hordeacea, fænugræci, ac seminum lini, cum palmulis, malis cotoneis, absinthio, camomilla, meliloto: nec non Diamelilotum emplastrum, quod ex ijsdem fere paratum in officinis habetur. Et in summa compostam habeant facultatem, tum relaxantem subtilium partium, amaramque, tum adstringentem. Montagnana hec disserat lib. de balneis, Ardor vrinæ accidit balneantibus vel propter calorem hepatis & renūm excitatum à calore actuali, & vt plurimum potentiali balneorum, qui vrinam acriorem reddit, vel arenulas generat, que vel irritant & pariunt interdum excoriatiōnem. Verùm facile est mederi sequentibus. R. quatuor sem. frig. communium ana 3. β. Papaueris albi 3. ij. sem. Intybi, lactucæ, portulace Tragema. & oxalidis ana 3. flo. Nymphæa 3. β. penidiorum 3. x. sacchari albi 3. i. β. fiat puluis suæ tragea quæ valde efficax. Conferunt & efficaces sunt sequentes pillulæ si sumantur ante cœnam & summo mane. ij. vel v. R. succi Glycyrr. 3. ij. sem. lactucæ 3. vij. sem. papau. albi 3. i. β. croci 3. β. fiant pillulæ cum succo foliorum violarum. Cum calor iecoris & renūm ex balnei calore concitatur & vrina vietus ratione transiens naturalia extrema virit, pungitque, omnia acria, salsa, amara, multum;

Refrigerantia tñ præcautionis curationis ergo.
Baln. intermissio.

Vena se-
ctio.

Vehemēter purgantia
vitanda.

Topica.
Inunctio.

Emplast.

Tragema.

Pillulæ.

que dulcia vina generosa, & concubitus vitari debet. Cibus autem refrigerans & humidus ex hordei cremore, lacte amygdalino, oleribus spinachia, bledo, lactuca, portulaca, & id genus alijs parandus est. Pisces conferunt saxatiles & cancri. Potui vinum aquosum aut glycyrrizae, cui cortex ademptus sit, aut hordei decoctum, aut vuarum passarum, excalfacta aqua maceratarum dilutum. Interdum prodest vinum, in quo tragacanthæ vel sem. papaueris albi paulum inferatur. Quinetiam iuuat succus glycyrrizae die nocte que in ore retentus, palatinus deglutitus. Sic etiam electuarium diatragacanthum frigidum deglutendum rectè exhibetur. Adidem valet tragedma mane & vesperi ante cibum sumptum, quod recipit sem. lactucae, portulace, curbitæ, melonum, papaueris albi singul. 3. i. cinamomi 3. ij. glycyrrizae expurg. 3. i. Zaccari rosacei in tessela las redacti libram. Extrinsecus autem præcordia dextra ante balneum & post illud debent albo Galeni vnguento cum camphore modico obduci. Lumbi autem superiores vnguento hoc quod constat ceratis Santalini, refrigerantis Gasleni vtriusque uncia: ex oleo rosaceo fiat unguentum. Quod si calor citra acrimonię vrinæ infestat syr. acetati uncia: duæ cum aqua intybi, & cichoriij in auro rora fumentur: vel syru. ex acido citri succo, aut ex limonibus confecti tantum dem ex eadem aqua. Fallopian. Si vrinæ ardor vexet, mouenda aliis exhibendo duos cyathos aquæ salioris, vel misce cum duobus primis cyathis aquæ sal vel hieram. Si haec non proficit præcipuum remedium inter alia, aqua florum fabarum vel ex siliquis ipsiis recentibus ad vntias sex exhibita per tres vel quatuor horas ante prandium aut cœnam, addito syr. de Glycyrr. vel de papauere. Exhibenda haec aqua siue ardor sit ante potum aquæ siue post potum: si post triduum vel quatuor dierū huius vel aliorum medicamentorum usum non cesset ardor, omittendus potus aquæ thermarum. Pantaleon lib. de thermis Tigurini prescribit inungendam pubem cum ol. violaceo & succo portulace & considerandum an ulcerata vesica, tunc vtendum consilio Medici, & sane merito, quia magnus morbus hic occurrit medendus. In ardore vrinæ, quod ipse sum expertus ob renes affectos, iniectionem albuminis oxi optimè agitat vel aquæ in qua macerauit, Psillium, aut gummi Arabicum aut tragacanthæ, aut althea malauæ decocta vel eorum semina. Rulandus de balneis ad ardorem prescribit quæ nunc subiungemus, nemini tamen consuluerim propter hydroscyamum, eius usum sine consilio periti Medici. Verba eius haec sunt: Vrinæ ardorem tollit sequens potio. R. Sem. portulace, lactucae, endiviae ana drach. i. papaueris albi unc. ij. Iusquiamini drach. ss. sebesten vnc. ij. croci drach. i. Glycyrrb. vnc. v. pinearum unc. x. aquæ fontanæ: miscantur & coquantur ad tertie partis consumptionem: deinde consistentur & fiat potio: de qua sumat patiens in aurora mane unc. i. cum unc. i. Zulapij violacei & videbit quarto die effectum mirabilem. Secretum Alexij Pedem.

Electuar.
Tragema,

Externa.
Inunctiones.
Vnguentū.

Syrupi.

Aqua salsa.

Aqua florū
fabarum.

De ardore & calore totius corporis, ac etiam febri.

C A P . X X V I .

BAlneantibus aliquando superuenit quædam inflammatio totius corporis, in qua est ardor viscerum & corporis totius, & tantus ut egressus æger ex balneo videatur sibi esse in fornace: aliquando adeſt febris, nonnunquam est sine febre. Verūm siue adſit febris siue non, defiſtat à balneo per quatuor vel quinque dies, & vtatur vietū refrigerante ac humectante, bibatque aquam de coctam. Nam eiusmodi feruori ſolet frequentiſimè ſuccedere febris hæc tica: bibat ſummo mane ſyrupum intybi vel violarum cum decocto violarum, vel bibat decoctionem hordei, in qua incoxit intybus. Applicetur regioni hepatis epiz thema ex decoctione intybi & cichorij, addito pulu diatrium ſantalorum: quā primum ceſſarit ardor exhibeat ſiusmodi purgans medicamentum: R. Caſia recenter extractæ, pulpe tamarindorum ana 3. viij. miſce & diſſoluatur cum a qua oxalidis vel intybi: fiat potio. Altera die ab euacuatione rurſus deſcendere ei licet in balneum: verūm balneet tantum ſemel in die & non bis. Hæc Falloſius. Cap. 4. Febrē in balneis omnis error circa vietus rationem excitare po- test, potiſſimæ tamen quatuor ſunt cauſæ. Vel quod balneum ipsum immodeſ calidum, & acre, corpus calida, & ſicca intemperie officiat: vel quod materiam ante uſum balnei p reparandam, ac vacuandam quis illegitimè retinuit, itaque conculcata putreficit, & febrē ciet: vel quod ex vehementi affiſione balnei, mul- tus corporis, aut animi motus ſuperuenit: vel tādem, quod frigoris occurſu mea- tus corporis densati prohibent vapores à caliditate balnei excitatos tranſpirare, unde cohibita tranſpiratione putrefactio humorum, febris gignitur. Quomodo- cumque ergo Febres interueniant ad balnea, tum iam balnearum naturalium ralia febri- uſum recuſant, utpote que humectatione, ac refrigeratione opus habent, contra quā balnea poſſint. De reliquo autem, curatio ſtatiu m ſe exhibet, ab effecti- cione eius cauſæ cognitione, & Methodi Galeno teſte. Hanc verò, ſi abduc perfe- ueret, abigere per contraria oportet, niſi febris magnitudo, ac ſeuia acciden- tia curandi ordinem interpellant. Quanobrem ſi balnei caliditas vehementer, Febris à bal- acrisque in cauſa fuerit, calor eiusmodi extinguedus eſt, refrigerantibus ſci- nei calore licet remedijs, acrimoniamque obtundentibus, quoram & in alimentorum, vietus & in medicamentorum genere notiſima apud Medicos ſuppelleſtilis habe- frigera- tur. Aērem nimirū ad frigidum & humidum alterantibus, cibum, potum, unguenta, emplaſtra, que cor & hepar contemperent eſſe oportet, omnia fri- gida atque humida. Postremo temperatis balneis utendum, & reliquis eius- modi omnibus. Si preterea duntaxat materia que olim iam euacuari debuerat febris ab putruerit, ea in primis aequetur, donec expulſioni parata euacuetur. P reparatio humorum autem iſta duplē habet rationem, unam quidem reſpectu viarum, quas, ſi putredine obſtructæ fuerint, p raeperire idoneis ad hoc medicamentis, ac cibis neceſſe eſt. P reparatio Alteram verò reſpectu humorum peccantium, qui ſi tenues ſint, ſtatiu m humorum. purgantibus egent medicamentis. Expectare autem oportet digestionem in

Vacuatio.

pinguibus, & glutinosis, quos praeextenuare, & incidere prius expedit, sicut est phlegma, & cholera nigra, atque ubi vacuationi tempestiuua fuerint, educere. At si à vehementi aut corporis, aut animi motione à balneo febris redundauerit, Diariæ febris curationem ab eiusmodi causis obortæ expostulat. Quod si deniq; fuerit frigus poros corporis condensans, aperientia adhibeantur, & quæ vapores transpirabiles reddant, saltem post initia: Sudores enim in his prouocasse salus berrimum est, præsertim in balneis aquarum dulcium temperatarum. Et non pauca, non dissimilem, contingunt in balneis, quæ curationem non admittunt: Id enim commune est omnibus medicinis, ut, in quibus sanantur plurimi, mori contingat aliquos, sine viuentibus omnibus ineuitabili. Ex Rulando placet sequentia subjcere: Febris si accidat, à balneo abstinentur donec remiserit: Remittit autem, si manè febricitans longè ante paroxysmum ex decocto centaurij minoris bibat ad 3. vj. calide ac in lecto bene contectus quotidie sudet. Qui Ruslandino hoc remedio volet vti, consulat peritum medicum.

De lassitudine ac debilitate corporis.

C A P. XXVII.

Vacuatio
naturæ ini-
cipit viri-
lissima.

Curatio.

Subuenitur
prima causa.

Præter animi autem deliquia, vniuersi interdum corporis debilitas vacuationi immodicæ succedit tanta, vt vires ipsæ prosteruantur. Quapropter iure optimo Galenus vacuationem repetere, quam exquisite semel vacuare maluit, tolerabilitus existimâs quempiam in morbos à plenitudine incidere, quam ab inanitione. **i.** Est & altera caussa, nempe mineraliū virulentia in balneis, ac malignitas, quæ intemperiem, & quandam nature fatigationem in corpore excitat. **ii.** Est tertia externus calor, & stusque balnei à profundo ad casum trahens, & spiritum dissoluens: quo nomine accedunt quoque extrinseca alia, ira, anxietas, angor animi, coitus, labor, & peruersa reliqua viuendi ratio. Quæ vel ex eo potissimum recensenda veniunt, quod ipsiæ euitatis, prompte se quisque ab hac lassitudinis spacie vendicabit. Cognita ergo caussa, ubi quis plus solito se grauari senserit, dimisso balneo virium reparacioni intendat, & eius caussæ, cum tamen eueneriat, quando pro re nata contra ipsum symptoma prius est infestendum, & quem præsertim ob ipsius vehementiæ præcepit virium resolutio timeatur. Siquidem igitur imbecillitas hæc propter vacuationem immodicam ad balnea contingat, analeptice artis parte, hoc est, refectionaria, & renutritoria utendum est, quemadmodum infra ex Galeno ad ventriculi debilitatem ocurreremus. **iii.** Si vero ob corporis intemperiem, ab aquarum malignitate excitatam, ipsa acciderit, contrarijs prædictis profigetur. **iv.** At si fiat spiritu ab æstu, labore, coitu, ira resoluto, veluti quoque si contra ipsum symptoma pugnandum est, renutritoria viclus ratione, & roborigante est opus. Qua in re perquam commoda est delectatio, & alimenti paulatim pro viribus facta accessio, ad hæc somnis & quies, & adhibita medicamenta suaneolentia, tum cardiaca, cum stomachica. Balnea quoque

quoque dulcium aquarum temperatarum, inunctisq; postea de more patientibus,
circa finem curationis sunt saluberrima, Galeno teste. Sicuti etiam expedit aut in
balneo ipso, aut cum statim exierint, iuscula pullorum, & ouorum vitellos for-
bere: præsentim si leuis frictio præcesserit, & muscularum unctio ex oleo tem-
perato aliquo, quale est oleum de spica, oleum chamælinum, & oleum ex leu-
coio, quod de cheri in officinis inscribitur. Oleum quoque vetus authore Galeno,
& præterea oleum mastichinum cum rosaceo, & vino antiquo dilutum, laſtitu-
dinem, debilitatemq; tam nervorum, quam reliquorum artuum emendat, quod
& valetudinarijs non erit inutile. Rulandus. Defatigatis & laſtis conferunt.
Leucenses, Ponterborn, balneæ reliqua calidæ. Item. Laſtitudinem & imbecili-
tatem membrorum tollunt Sylvestres, Badenses, Herciniæ, Marggraßbad,
Cellenses, Piperinæ, Laubacenses, Valdweil, Vendengenses, Schweining Zus-
ckenthal ac cætera balneæ ac thermae. Dulces item aquæ calidæ. Non displicebit,
modo corpus non nimium incaluerit, si ad laſtitudinem tollendam tum eam que
præcedit balneum, tum eam que sequitur, ex aqua balnei admirabilis iuxta se-
tentiam Rulandi hæc decoquantur, Origani, Pulegij, chamæ. ana. m. ij. saluia, Decocum
Baccarum lauri ana m. ij. Non laudarim tam en diuturniorem moram in folio qm nov.
delassatis: Præstat nos diu morari ac repositis plantis prædictis in saccum, eo
totum corpus post partum in lauacro moram blandè fricare & abstergere. Ru-
landus nō vult nimis fatigatos ab itinere illico balneū ingredi, sed corporis quies-
tem expectare per unum & alterum diem: mihi tamen videntur delassati à la-
boribus vel multo motu sine periculo lauare posse in aqua fontis admirabilis,
modo lauacrum non sit calidius, & in eo non morentur ultra quartam partem
horæ aut horam semis, deinde lectum ingrediantur. Non extra propositum actu-
rus mihi videor si ex Baccij lib. 3. cap. 1. subiungam que sequuntur: Refrictiones Ad refit.
non solum capitis, sed etiam totius corporis, vt cum per niuem diu contigit iter
peragere refouent calida ac temperata, tum priuata, tum naturalia quedam, ut
Aquis grani thermae ac similes, Insolatus, discussoria artificialia, in herbis medis
catis decubitus, & ad omnes laſtitudines eadem & que in urbanis insti-
tuuntur. E diuerso exustos sub sole recreant, lauatio in frigida
& hydrelæum tepens, & ex nitro naturales.



HISTORIAB

FONTIS ADMIRABILIS BOL
LENSIS LIBER TERTIVS. DE MOR
BORVM, PER A QVAS MEDICATAS CVM
alias, tum Bollenses, curatione,

*Facta cum alijs Balneis collatione, qua similia lambunt
mineralia, nec non vera historiarum supe-
rioris Libri fide.*

Aquas medicatas, sicuti etiam fontem Admirabilem & balneum no-
vum Bollense, ad sanitatem conseruandam conferre.

CAPUT. I.



Vot modis multiplicem suam vim aquae medicatae, tum ad-
lie tum Bollenes nostrae, haud auarè exferant, in super-
rioribus nobis abunde dictum est: nunc animus est hæc
omnia ad morborum medicationes accommodare: ad hanc
enim scopum illa omnia ferebantur. Neque tamen existi-
mandum, in omnibus affectibus, omnes vtendir ationes ne-
cessariò adhibendas. Sant enim quos vna, sunt quos plures
percurent. Interdum sola potatio sufficerit, interdum balneam solam, alias non
tantam utraque hæc sed & irrigatio & fatus, forte etiam & clyster & illatae
mentum, in subsidiam vocanda. Cuius rei cum multiplex sit discriminem, nos in
singulis affectibus, quid factò opus sit explicabimus. Quādoquidem autem prie-
stabilis, sanitatem presentem conseruare, quam absentem renovare, quanquam
hoc forte honorificentius maioris que operæ primum in genere demonstrabimus
aquas medicatas sanitati tuende esse aptas & quomodo ijs vtendum: deinde par-
ticulatim ad aquam medicatam Bollensem applicabimus. Dordom. de thermis

Roma. ther. Beliluc. cap. 2. lib. 2. Romanis thermarum usus in sola corporis externa calefa-
tione & humectatione consistebat: nondum Romanis cognita calentis laticis
intus sumptu vi morbis medente simul & Therapia, sed sola Hygeine seu pro-
speram valetudinem seruante. Qui exalte sani sunt, vietūq; adeo frugali vtunc

Corpus ex-
crementis
vacuū sanū conseruare modò debent corpus forinsecus & perspiratu facile custodiēdo,
conseruatur
si comodè
perspiret, *commodissime thermarū Beliliū, usufiet, modo vere & autumno semel in Septem-*

mana his mergatur corpora, horula vnius spacio circa sextam matutinam. Quibus non licet thermas adire, tralatitia aqua earum (supparibus tamen viribus) de novo calefacta balnei materia esto. Ex hoc egressi lecto componantur, cooperiatur stragulis, sudent, sed de facili, non continua multitudine, conopei munimine, hanc lituum afflata. Post horae spaciū abstergantur. Quibus insuper fortuna & otij Inanatio
 plus suppetit oleo veteri ad apotherapiam inungantur. Elapso hinc duarum horas cum olce
 rarum spacio amiciantur vestibus recentibus & mundis. Caeuant toto die ab aëris iniuria. Vistus sit medius ex sorilibus iuribus carnium, hordei crenore, amygdalae, Victus ratiō
 dalato, panata, ouis, auibus montanis, pīscibus saxatilibus, batyro, lacte ouillo, pane
 silagineo, vino non medicato & equali mixto, passulis, amygdalis, nucleis pineis, duo
 ethylis. Cedendam tamen aliquid consuetudini, etati, sexui, vitæ generi &c. Cæstus, Cōseruatio
 terum qui conseruari ob partium continentium integratatem, mutari ob contens
 torum lapsam qualitatem & quantitatem desiderant: his si flava aut atra bile
 redundet, circa & quinque illū purgari postulant decocto cōueniente, vel hoc epy
 hymi à Mesueo descripti. Accipe Myrobalanorum flauarum cebularum, & Inz Decoctor
 darum ana 3. i. tamarindorum 3. q. 3. fumariae m. 1. 3. absinthij m. 3. prunorum Epythymi
 num. xx. passul. mundatarū 3. i. Coque in lib. ij. aquæ aut aquæ casci ad tertiam: purgans
 colaturæ adde 3. q. & 3. ij. casisia. Adseruetur in tres doses sine caschia, quæ singulis
 matutinis ad 3. vij. addatur ne densescat decocti forma. Tertio die si venter quale
 quantumq. debet, vix excernere coniicitur, addi decocto possunt Electuarij ros.
 Mesuei vel conf. bamech. 3. ij. Quin volet ex Medici prudetis cōsilio purgetur alio
 cathartico prædictis humoribus congruo. Si verò flatus, serum, pituita, melan-
 cholicus succus in vitio sint, aquâ thermarum purgantis medicamenti loco uter
 dum hoc modo. Accipat vitro vase aquæ lib. 1. vel lib. 1. f. hauriat modico aut Purgatio
 nullo interuallo ieiunus: inambulet cito gressu duo millia plus minus passuum. per potum
 Viuat frugi & iucundè toto die. Postridie refumat aquæ lib. ij. vitæ & victus aquæ media
 ratione pari cum pridiano die obseruata. Tertio mane aquatum redeundum, lis
 beralissime sorbendum ad lib. ij. f. ij. iiiij. vel plures, idque usq. tuncq. & artifis
 ciosam conjecturam ex qualitate & quantitate superflororum præcedentibus
 diebus egestorum desumptam. Si nausea aut vomitus apprehendat, non impedia- Si vomitus:
 tur nisi violentior corpus concutiat & facile non toleretur. Contra si nec per vo-
 mitum, nec per dejectionem fiat humorum excernendorum & in vitio existens
 tum depletio, clysteribus pīdām ex aqua thermarum singulis diebus binis vel Clysteres
 ternis, vt assūpta aquâ per loca naturæ conuenientia noxius educatur humor.
 Triduo purgationi dicato elapso (sive artificiali decocto, sive sponte natis aquis, Quomodo
 perfecta sit purgatio) altero triduo continuo balneandum præscripto in perfette
 sanis modò. Victa per integrum mensem post paulò temperatore quam pro Accommo-
 consuetudine vtendum. Iacob Theod. Aquæ acidæ in Langenschwalbach ho- datio aquæ
 mines sanos conseruāt, indicio quod eo loci bidentes sani ad senectutem permanēt. medicatæ
 Non video cur nos pari pīcto non possimus vti aquâ fontis medicati Bollenis Boll. in vīa
 eo modo quo præscribit Portomagnus vīsum thermarū Belilucanarū. Fons enim sanitatis

Bollenſis, propter bitumen & ſaccinum nigrum vim habet diſcutiendi humores ſuperfluos, acopos eſt, à pyrite etiam & ſale vim abſtergendi acquirit. Salubreſ aquam in potu demonſtrat creber vſus eorum qui habitant in Bol: ſalubritatem etiam demonſtrare videntur animalia quaे tanto pere appetunt. Si quis vtatur eo modo quo Dörtomanus preſcribit, non dubito euacuatueram quodam: cum vi deamus ex historijs à nobis annotatis multos purgari, licet placeat catharticum preſcriptum, conſulo tamen ut nullus ſine conſilio medici periti, quorum non eſt penuria in Ducatu Virtembergico, ſe purget, nec vtatur hoc fonte neque in potu neque ad balneum. Quòd ſi moram non ferat diurnam praecips malum aliaeque circumſtantiae, axungiam Lunæ alteram apud Ioh. Lutziū ſeplasiarium petat licet, de qua trochifcum vnu vel ſemifem prout facile vel diſſiculter ſoluſ ſeſenſerit, ſumat, diſſoluit ex multa aqua fuitis Admirabilis calida. Illud interim moeſebo preterea, me non improbare, ſi qui voluerint bibere, lento proficiſcantur.

Potus aq. in Rappenzena gradu ad fontem Rappenzagel qui forte erit medicamentofior, ſi circumscriptus munitatur à proximo riuulo, id quod niſi am factum fit, facile fiet: Deambulatio etiam tempore ſereno faciet ut facilis effumatur aqua: que ſi alicui frigidior videatur, ſue illa ſue Bollenſis, poterit adhuc paullum in diplomate calefieri. Eſt enim iam ſubtepidia in vtroqueloco.

Aq. quomo- do calefa- cienda.

Ad obefitatein minuendam & impediendam.

C A P . II.

Obesitas & prædiues corpulentia à pituitoſiore, vt putant, ſanguine, que totum humectat, imò refrigerat corpus, vt plus iusto appetatur & affuſatur alimenti. Hoc tum crudius venas ſubit angustiores præ copia pin- guedinis, in quam faceſit ſpirituſa multa ſubſtantia, ea propter venæ minus caloris, minus ſpiritus particeps, longiore morā aut defectuose coquunt, coctione puta pituitoſo ſucco verè idonea. Hinc ſatiū putamus afferendum pingue & obefos pituitoſe cere, quām pituitoſos naturā pingueſcere. Obefis igitur & corpus- lentis Belilucanarum aquarum vſus utiſiſimus, ſi potent, lauent, reluant, cæno obducantur, aquā ſtillatitia & reliquijs pro ſale in cibo & potu luxurient, Dor- tom. Iac. Thed. dicit aquam acidam in Langenschiwalbach obefitatem con- ſumere. Fallopius de thermis cap. 17. de balneo Aponense. Nihil preſtantius eſt ſtuſis iſtis aquæ ad macroſ reddendos illos qui ſunt habitu corporis nimis pin- guis, quia ob ſudorem qui promouetur, exciccatur valde corpus: ideo ſolemus rele- gare ad ſtuſas Aponitanas illos qui timent nimiam obefitatem: fugienda media- camenta per os, quia ſepe obſunt ventriculo: Utantur viſtu tenuiori quā- ḻterentur ſe balnearent: non utantur illa aquā in potu. Ioh. Gōb. dicit aquas ali- minoſas S. Iobi utiſiores eſſe pinguis quām macilentis. Baccius lib. 4. cap. 10. Aqua balnei Corneliani Aquifgranii, eos qui nimia corporis mole grauantur re- cē adhibita extenuat. Item lib. 2. cap. 1. Extenuant naturā ſui omnes aquæ in-

Belilucanarum aquarum.

Acida Lan- geschvvalb.

Aq. Aponi- tanæ.

Aq. S. Iobi.

Aq. balnei Corneliani.

pensè calidæ, sulphurosa ac bituminosa ex atramento, quas in nimium pingue
gues emaciando usurpare licebit et in Atrophuntas refocillando. Perhibent
obesos fieri homines aquâ Antiooli in Campania tractu temporis ob mediocrem
siccitatem. Rulandus: Crassitatem corporis admunt aquæ Carolinæ. Pantaleon
annotat cap. 18. Tigurinas aquas utiles esse pinguis et cap. 19. pinguis utiles
balneum manuie ieiuno ventriculo, macilenta autem à prandio. Non dubito
aruinam posse usu aquarum admirabilis fontis minui, si parum comedant et dore
miant, diu lauent, multum se exercitant et sudent, aquam eius fontis bibant.

Ad Atrophiam & debilitatem à morbis.

C A P . III .

Atrophia quandoque sequitur præclusionem venarum maiorum ac crassiæ
arteriæ visceribusque humoribus: ob id mirum non videatur, si drepente
obesos corpulentique in atrophiam quandoque incidat, quæ liberari vix una
quam solent. Atrophiae autem conferunt aquæ Belilucanæ, Dort. Fallop. de ther-
mis cap. 18. Franciscus Frisimelica et Aloysius Belocatus excellentissimi medici
primi cœperunt ut aquâ Virginis, et ego postea sepius usus sum, reperiique eas-
dem quasi ipsi dixerunt vires habere. Aqua purissima est, sal sed in eis vix percepti-
bilem habet, tepida, et quia temperata, potest feruores viscerum remittere et emaci-
ata corpora pingua reddere. Andernacus. Aquæ Apuliae Locris ventriculi con-
coctionem iuvant, consumptos reficiunt, renes confirmant. Iac. Theodoro aquæ
acidæ Schwalbach extenatos in pinguant. Ioh. Göbelio aluminosa S. Iobi fas-
ciunt ad extenuationem quam vocant Schwindſucht et Darr: si potæ retia-
neantur, per venas distribuantur, et per urinas reddantur. Baccius. Aquæ sans
et iuxta Sancti Philippi balneum, primum quidem in delicis, vel his qui scas-
biem exsiccare leniter intendunt: deinde pro singulari, qua celebratur proprietas
ad impinguandum emaciata corpora. Nec minus extenuata Atrophuna-
ton quos Græci appellant, membra reficit. Quæ præstat homine prius diligenter
preparato ac purgato omnibus superfluis corpore, simul atque vietus ratio-
ne seruata. Nam ob mediocrem calorem digerit ac nutrimentum ipsum cor-
poris usque quaque à centro ad circumferentiam contrahit. Item lib. 3. cap. 1. Im-
pinguare permittunt Tigurinae cibita in Helvetijs aquæ et item Villæ Luce,
Tritolæ, et Iuncariae et Fontanalis dicta in Puteolano. Rulandus, Debilitatos Deabilitati
à morbo vel alio malo roborant aquæ Piperinae Leucenses Badenweilenses. Item à morbo
impinguat balneum aquæ dulcis calide moderatum. Item Marasmo conve-
niunt Cellenses. Bollenes nostræ cum purgant potu, vitiososque humores per
secessum educant, atrophia succurrere absurdum minimè videbitur, ex accidente
puta, cum humores tum pituitos tum biliosos probæ concoctioni et nutritioni
incommodantes leniter detergant: Quod si etiam atrophia, aut ut rectius loquar,
macies caloris nimis soboles fuerit, presentius sanè ab his, quam à Belilucanis
semilibusque calidis, auxiliū erit expellendum merito: quæ signauimus pur-

gent, defectum cum trochis semis axungie Lunæ suppleruerit. Nec obseruit mos derata lauatione alimentum, celebrata prima concoctione, in habitum corporis molliter trahere, ac præstare quæ aqua janæta, de qua ante.

Ad sudores nimios. C A P. IIII.

AQuas aluminosas S. Iobi sudores nimios reprimere docet Ioh Gobel. Idem posse præstare nostras non dubito, si quis in tepidis vel frigidis lauet, & potissimum si aliquid argillæ caruleæ, aut etiam marmoris metallici Spat diëtæ, sive fluorum alborum addatur. Quibus præsidij tum demum locus erit ubi vel sanguinis tenuitas penetrabilis vix suis locis continetur, vel pororum laxitas rarior & corporis habitus sudoris nimij causa extiterit: Nemini tamen suaserim ut id faciat inconsulto perito medico, propter summa pericula quæ inde euenire possunt. Si sudores ob sanguinem tenuorem & feruidorem diffluat, inter alia velim, moderatè inter pastus bibi acidæ Yebenhausianas. Plura qui voglet, libri superioris caput de Sudore balneorum symptomate, inueniet.

Ad febres & intemperies partium calidas quæ aquæ quoque vñu idoneæ.

C A P. V.

AD cor referenda intemperies febrilis intermittens à pituita, melancholico succo, vel ambobus humoribus, vt febris quotidiana, quartana, quintana, sextana, septimana, nonaria, nocturna, erratica à pituita, cötinua & epida, à pituita vitrea & acida. Hemitritæus à pituita copioſa continuam febrem, & bile parciore tertianam intermittentem commitente. Quotidiana continua à pituita. Quartana continua à melancholico succo. Haec intermittentes curari debent aquæ Bellilucanæ potu à lib. β. ad lib. γ. mane. Diebus intermissionis liberalius, accessionis parcius per septimanam integrum, aut ea amplius. In quotidianâ, nocturnâ, erratica particulatim ventriculum & alium fouere aquâ: item ceno linire expedit. In quartana, quintana, sextana, septimana, nonana (quæ infrequentes sunt omnes præter quartanam) licet. Continuæ febres remissioris, non intermissionis participes fotum hypochondriorum ex aqua, litumque ex limo cum succo Enulæ campanæ, morsus diaboli, scabiosæ, cardui benedicti postulant, Dörtom. Valterius Riuius in speculo, aquas Cellenses (Zellerbad) quarum mixtura est ex sulphure, alumine, & cupro, ad chronicas febres à pituitosis humoribus & bile commendat. Iac. Theodorus fontes acidos in Langenschwalbach ad omnes febres ab humore melancholico & bilioso, ad ebhemeras qualescumque, Andernacus. Aquæ Cellenses in prima origine tepidiusculæ, igne autem in lebetibus magis calefiant, alumine, ære & modico sulphure imbutæ, mirificè auxiliantur mox regio, febribus diuturnis, que ex pituitosis,

bilioſis que ſimul humoribus contractæ ſunt, nec non quartanis, maloque habitui
& aqua intercuti ſubueniunt Item, Aquæ Habenſes arte calefactæ mixtura ex alumine, & sulphure temperamentoque Cellensibus propemodum reſpon-
dentes: quidam etiam ſalī aliquid in eſe eis putant: potæ viſcerum obſtructio-
nes aperiunt, febres diuturnas ex ſpurijs & mixtis humoribus diſcutiunt.
Item, Aquaram Badenwillenſum quarum ſcaturigo tepida, poſto viſcerum obſtruc-
tiones aperit, febres antiquas diſcutit, mulieribus menses reducit. Item, Aq.
quæ medicatæ in Löffingen conſtantefale nitro & modico alumine, arte calefa-
ctæ aluum ducunt & ventriculum corroborant, febres inueteratas ſanant. Item,
Aquæ medicatæ in Comitatu Leonſtein, alamine, ſale, ſulphure & ære infectæ Aq. Leonſtein
arte calefactæ iecoris lienis renumque obſtructions aperiunt, inueteratis febi-
bus auxiliantur. Item, Aquæ Bertrinenses tepidiuſ ſale ferro, alumine & ſul-
phure modico infectæ, potæ lieni & ſtomacho imbecilli admodum auxiliantur,
febribus inueteratis conducent. Item, Aquæ medicatæ in Brinzbaſh potæ, Aq. Brinzbaſh
quartane & lienis obſtructioni proſunt. Item, Aquæ Clotterbadenſes ære & mo-
dico ſulphure imbutæ iocinorofis, bile ſuffuſis, obſtructionibus lienis, frigido &
humido ventriculo, appetentie caninæ & febribus inueteratis auxiliantur. Ioh.
Göb. Aquæ aluminoſe S. Iobi vtileſ ſunt in chronicis pituitofis febribus. Christ. Aq. S. Iobi
Encelius de re metallica lib. 3. cap. 14. Nicander in theriaca bitumen prædicat va-
lere ad venenata abigenda. Bitumen certè quartanam expellit ſuā vehementiā
& spiritus acrimonia. Non mirum ergo ſi venena abigat. Bacciuſ lib. 3. cap. 1.
Ad talem iatempriem (calidam) viſcerum laudantur balneæ ex alumine Por- Aq. Porret-
retanæ, quæ non minus balneo auxiliareſ ſunt, quam potu: ſicuti & Albulae in
Lat. Item lib. 4. cap. 10. Balneum de Macereto mineræ ſulphuratæ minoriſ ta-
men acuitatiſ quam aquæ Sancte ad S. Philippum. Quare aqua longè clarior,
minusque calens, & cum ſapori ſtyptico ac fumofo, unde aliquam ferri in ea, ac
aluminis miſionem agnouimus. Valet indecirco ad eadem que Petrioli balneum,
agit tam en clementius, ut Sauanarola inquit: unde tutius iudicarunt quidam
meo tempore Senenses egregij medici, hanc in certis caſib⁹ affamere, exuctis
ferre tenui ſcabie, ac febrentib⁹. Item lib. 5. cap. 6. Muſto autem vſi hodie eſt
Neapolitanis Balneolum ſanè ob præclaras virtutēs, quibus viſcera roborat & Bal. Neapol.
caput, & ſenſoria omnia. Et, quod maius eſt, omnem chronicarum febrium ma-
teriam paucorum dierum potionibus diſpergit. Item, Aquæ à Grotta nitroſe Aq. Grottæ
Sauanarolæ, Mengoh. Fauentino nitroſe cum ferri admiſtione atque aluminis,
alijs æreæ: membra nutritionis præcipue iuuant in potibus, deieſtam appetentiā
inſtaurant, adeoque ventriculi villos corroborant, vt Helticā etiam laborare in-
cipientem earum vſu perſanari poſſe existiment, author Sauanarola. Ruladus, Febræ.
Febres adiunt & pellunt acidulæ in Vrebr, Kiſſing, Dieffenbach, Keffelbron.
Febribus chronicis & antiquis opitulantur aquæ Piperinæ, Glottenſes, Fideris,
Plūbarie, Badenweiler, Löffingenſes, Bertrinenses, Acidulæ in Deinach, Mē-
dich & Pöterborn, Febribus diuturis, pituitofis, bilioſis, nec nō quartanis open-

afferunt Cellenses & acidulæ. Febres diurnas nothas & mixtas remouento aquæ in Leonstain, Hubenses. Febrem tertianam veram & spuriam tollit Göpping: acida, Auwenses, Heylborn, Vberking, acidulæ, &c. Febres quartanæ pellit Gebersweiler, Brindbach, Piperinæ aquæ, Cellenses, Heylborn. Febres phlegmaticas submovent Cellenses Annæbergenses. Febres ephemerae & hefticæ sedantur balneo aquæ dulcis calidæ moderato. Item aquis Etingens sibus non longè à Basilea infectæ multo ore & pauxillo bitumine. Nostrarum vero cum consimilis sit cum prædictis mistura, utilles futuras & potu & lauacro ad febres diurniores pellendas non dubito, si earum usus individuis dextri Medicis operâ accomodetur qui, quæ loci est felicitas, deleffum in prescribendo potu habebit, & vel Bollenses prescribet, vel ex vicinis acidulis aliquas: vel exempli gratiâ, diu diuexatis chronicis febribus & defatigatis usu variorum & multorum medicamentorum poterunt præparari corpora & præbumeſſari ex Hippocratis præcepto ante purgationem exactam aquâ medicata Admirabilis fontis, cuius aliquot pocula calefacta, ut dictum, per aliquot dies bibat licet, & si consultum videtur Medico consalenti vel assistenti, eò usque ascendat, donec moueat alius: vel certè per aliquot dies: Deinde verò pro purgatione ex aqua dissolutum trochiscum semis aut unum Axungiae Lunæ. 2. aut aliud conueniens catharticum assumat. Perpurgato euacuatione corpore non inutili exigitimo usum lauaci cum moderamine adhibiti, interq; cibos potum & acidularum per se, vel cum vino pro ratione personæ & morbi. Ad rectum sanè quarumcunque thermalium aquarum usum in intemperie calida magni interest quæ de hac re scribit Baccius lib. 3. cap. 1. expendisse: Nulla calida balnea febribus conueniunt per se. Si quid ex ijs iuuamenti sperandum sit, id forsitanne erit quod natura per balnea præsertim potulenta, excitaretur ad aliquem motum, alioqui ex se pigra & consopita: Vel forsitan, quæ frigidæ plerumque febres esse solent longæ & inordinatae, deciderentur, ac ad certum circuitum reducerentur. Et balnea naturalia in variis que evidenter sunt calida non conueniunt calidis affectionibus, non febribus non inflammationibus, non tussoribus id genus, aut affectibus omnino calidis. Vbicunque tamen intemperatia adhuc non morbus sit, sed inæqualitatibus potius obtineat dispositionem, illi comodiè per quædam balnea temperata obuiam iri poterit. Et thermalis aquas omnes propter mineræ misturam ad siccum & calidum inclinare: refrigerare tamen per accidens, discusso scilicet per calorem balnei calore noxio: aliquas per se, ob maiorem aquæ quantitatem in pauca mistura mineræ, etiam calidæ: aliq; ne calefacere quidem posse quarum misturas (si non in summo) ad hanc manu naturæ temperamentum, frigidas esse experimur: multas falsas, nitrosas, aluminosas, multas etiam ferreas & aliquas plumbeas: que omnes ebibite manifestè refrigerant. Cæterum ubi febris tanquam accidens est, & non prima, minoris periculi balnei usum putandum est, ut qui multa febricitant scabie, vel ulceribus, quos demandare ad balnea non pertimescimus. Imò dy-

lentes

Quartana.

Hefticæ.

Superiorū
accōmoda-
tio ad Bol-
lenses.

Sentericos quos febris consequitur acuta, ad extreum nullo ferè alio persanari remedio nouimus, nisi exhibitis (vt postea dicemus) in potu medicatis aliquibus aquis. Quæ Fallopinus lib. de thermis, cap. ii. antea annotauerat: Obseruandum potus aq. docens, vt æger dum bibit aquas (intellige calidiores) non laboret febri, quia tunc non sunt exhibendæ, nisi adesse necessitas & febris consequeretur ad vlcus vel aliam affectionem: vnde ego exhibui in dysenteria quibusdam laborantibus febre, Dysenteria. qua remota cessabat febris. Item cap. 17. de balneo Aponensi. Fugiant Aponenses aquam, qui habent intemperiem hepatis calidam & secum, qui calidissimi quibus febricarib[us] & secissimi & qui laborant febre, nam incidenter in marasimum hecicamue. fugienda. Hæc ille. In principio hecices non minoris facio acidulas admirabili fonti vias nas, quam Grotensis, potu administratas. Balneum etiam nostrarum Bollen- sum æquè vtile futurum existimo atque Etingensium, modò ex consilio Me- dici prudentis administrarentur cum insigni moderatione in tempore & calore balnei.

Ad pestem. C A P. VI.

SI pestis sit ratione corrupti aëris, potus aquarū thermalium non est tutus: si Pestis aëris verò per cōtagiū, nulla adest sufficio, quo minus aquas bibere possumus, Fall. viatio natæ cap. ii. Baccius l. 2. c. 6. Pestilentia tempore quantumuis causa balneas exi- tēpore, no- gat, baud tuto se se illis quis commiserit, propter aëris contagia potius quam ipsam xiū aquarū luem languentium. Ac multo minus eas consuluerim, si aëris insalubritatem thermalium portus. non tantum cœlestium inclemencia gignat, quantum concepta in terrestribus Intusa, si pe- ritia, quæ apprime aquas ipsas possunt inficere. Auspicantur autem futuram stis ex terre- pestilentiam quidam Medici, quando terrestrium impendet vitio, si serpentes striū vitio crebrō è latibulis apricari inueniantur, lumbricos è glebis subrepere, auiculasq. Signa pestis campestres ad montana ac edita loca conuolare. Verendi autem terræ motus il- tio oxitura. lius anni, illiusque regionis: quippe qui flatuum subterraneorum indicant mul- titudinem, ac sepe ex horribili commotione imas speluncas, & vnde aquarum transcurſus est, repellent suffocantque aut mirificè eas contaminant. Evidem aci- dulas Ducatus Vvntembergici ac etiam Grießbachianas & admirabilis fontis Aq. Du- & proximi Rappelzægel, dum succos & metallica (à quibus vires trahunt) per- catus Vvit- pendō putredini aduersa experientaque acrimonia à qua sanguinis adustio cor- tēo erg. acri- ruptiōne sit metuenda, atque ex penitissimis terre visceribus, quò minus facile gnis exper- peruenit aër infectus, ipsas emanare, improbare, potissimum si libatur ex ipſis tes pestilenti scaturiginibus, non possum: Sicuti nec evacuationes quæ per eas instituuntur, fanis tñ in- quando quidem sine insigni humorum agitatione moluntur: quales ad præcaut. fectis cōce- bire. Illud propono considerandum, an ad præcautionem pestis non licet in aquis medicatis ad abstersionem cutis & apertione pororum quo euentiletur sanguis, & non ita facile putrefact, modicè lauare? Non tamen suærim lotionē diuturniorem aut in calidiori loco, aut cum infectis peste. Merito queque & hoc

Tertiaria
balneo &
fudore eu-
tem.

queri posset: An infectio peste non possit utile balneum propter dictas causas & ad euacuandum sudore qui summe commendatur, haberis? Cum mibi effet tertianarius, qui multis medijs usus à tertiana liberari non posset, quia ad sudores effet ineptus in uitis assidentibus balneum aquæ dulcis & vaporarium praescripsit, cuius usu conualuit. Nec dissentanea lac. Theodori sententia cui fontes acidi in Langensdorwalbach in omnibus venenatis morbis & tempore pestis tenti venenato calido, probantur.

Ad affectus pilorum. CAP. VII.

Caput à Platone non solum principale in homine, sed etiam totum numeratur. Ob id affectum, quibus thermæ Belilucanæ medentur, seriem scribere aggrediens, ab hoc primo & summo ventre incipiendum duxi.

Nimietas à nimio spirituoso seu halituso naturali, non vaporoso: Nam vaporosæ naturalis & humidioris copia somnum, non naturalis catarrhum gignit. Si quis nimietate capillorum laboret, nec amputatione eorum vindicetur, & symptomate hunc affectum sequente, puta dolore capitis (quod fœminis quam viris frequenter accidit: exemplo nobis inter ceteras fœmina nobilissima Helvia, per me fas agia, nimietatē sequēs, natiā restituta) solo potu aquarum Belilucanarum est curandus. Quatuor vel thermarum sex diebus continua mane hauriat aquæ libram unam primo die, postridie duorum, ceteris diebus quantum velet & lubeat idque semel aut bis in die ventrículo cibis vacuo. Caueat à vapore aquarum carebiam inducere quia leuis summa petens, cohibetur operculo duro transitu, vacates sedes petit, trahitur similitudine substantia spirituosa. Si ab aliis aquâ deficeret, id fiat unico die per quadrantem bore, nec sudet post in lecto, sed statim abstergatur. Nimietati capillorum defectus opponitur, ad quæ defluvium. Caluitates, alopecia, ophtalmia seu area referuntur, quæ omnes ex humore seroso, meatuumq; amplitudine laxitateq; sepius cule fieri solent: potu largo aquarū mitigantur, sed quatuor elapsis diebus, impluvijs & emaquelesq; brochis earundem vtendū triduo, tumq; post impluviū ceno thermarum & strimento caput illinendum, cui admixtu sit oleum myrrinum, in quo Abrotone pluviū coctum sit. Canities præcox ex pituitæ putrentis diaphano similares tione depellitur modò cæno oleo omphacinum iungatur. Airophia & ariditas, ex defectu halituso & materiæ, nil præter vapore antelucanū thermarū harū post usum balnei aque dulcis postulat. Pilorum quassatio seu exasperatio, dichophya seu reduplicatio, trichiasis, crifpatio, rhopalias, seu baculi in more figuratio, qui affectus non tam materiæ quam meatuum conditioni accepti ferendi, per impluviū thermarum, item crassamentum per se aut conuenienti oleo mixtum, illitū, rassis prius aut euulis capillis, emendantur. Dicit. Bacc. de thermis l.3. c.1. Pilos abolit radicibus aquarum fortius lauacra, qualis ex auripigmento fons Susis in Persia, vel qualis ex atramento in Volaterrano, vel, si aliae non habentur, valde false, nec quinque serice nitrate, si lynceræ sint, vel ex calce parata aqua, & que dicuntur

Baln. natu-
ralia psilo-
teri vim ha-
bentia.

Psylotra. Eadem acria ad lentes necandas, & item ad pediculos, pudenderumq; blattas exterminandas. Alopeciam contra, hoc est quando capilli, & pili vnde uue que defluunt, cobibent ex stypticis ac adstringentibus lauacra, ut ex ferro Caladariane sub Verona, Plagæ Romanæ nunc upata in Aenaria, aqua maris, & alumina. Rulandus, Alopeciam sanant Lutherbad, Neubrunn, Castein, Etingenses & balneum calidum dulcis aquæ, Vvaldsborn seu aquæ sylvaticæ. Andernacus, Fons Vvaldsborn infectus lapidibus bituminosis, super quæ oleum albū non grauitate olens, capillos retinet, valeat cōtra albuginem oculorum. Fontem mirabile in Bollen ad capillorum deffluuum. **V**valdsborn nenses ad capillorum deffluuum. **F**onc mirabilis ad prædictos capillorum affectus.

conferre posse defluuiu pilorū siue areis, art alopecia, & ophiasi, & caluitiei, ex succo putrido, meatuum amplitudine, laxitateq; saepius scule fieri solitis, mineralium ratione quæ habet admista ex Diosc. demonstrari posset. Dicit enim, bitumen discutere & glutinare: discussio autem conuenit ad resoluendas serofos putridos humores & resiccandos. Ait item Galenus bitumen referare: glutinatio ad meatuum amplitudinem laxitatemq; facit. Quamobrem non absurdè fecerit, qui aqua mirabili ex præscripto Dortomanni vsus fuit: pro cæno autem siue luto assumere puluerem lapidis scissilis cum tantillo bituminis, addito paucis sale.

Ad furfures, pediculos, & lentes.

C A P. VIII.

Epidermidis affectus sunt à crassiōri materia geniti cum area tam vulpina quam serpentina. Pediculi ex crassis: lentes ex crassioribus quam pediculi vaporibus densatis, modum ob id acquirere nequeuntibus his, illis contrā. Belili. furfures, pediculos, lentes, desbeliantur. Crassior namque contumacior q; bus culos, lant. aquarum Belili canarum vsu debellantur. Crassior namque contumacior q; bus culos, lentes, desbeliantur. Potus. gram septimanā manē & vesperi. Post abluatur caput latice hoc per quadrūn Lauatio frequenter die, in quo staphylogia coxerit, illinatur, vel solum id exsciatū capiti inspergatur, Dort. Huc faciunt ex Baccio sequentia: Furfuraginem, omnemque cutis ariditatē abolerent abstergentes, vt nitratæ salis, &c ac ex his folia, ac vi molitoria bituminosa, & lacticis balneū pro fastosis mulieribus. Rulandus, Contra capitis furfures, lentes, pediculos prosunt aquæ Vvolckensteiniae tepida, imbus tæ permulto alumine, pauxillo pyrite atq; bitumine. Itē, Furfures capitis depo- nunt nitroso, Vveringenses. Itē, Porriginem sanat Lauterbad balneū sulphureū. Hæc ille. Mirabilem aquā ad furfures impediendos utilem esse credibile est. Ira predicta Pyrites enim, teste Diosc. abstergit, adeoque vt ait Iac. Theodoro, aqua que habet vitia viles, pyriten consumit omnes superfluitates capitis. Pediculis etiam & lentiibus resteret facile cōst credere, discatiendo quidem vapores vi bituminis, absterget autem facultate pyrite & salis. Scissilis etiam lapis consumit humores intercutanios teste Iac. Theodoro: Efficacior em interior futuram nostram aquam crederem pro capitisi lotione ad pellendos pediculos. Si iungatur agaricus præscriptus à Rulando de balneis in lixiuio.

Ad vitia faciei. C A P . IX.

Belilucana
ad faciei vi-
zia.

Quis facieq[ue] affectibus medentur therma Belilucanae, ablutione potissimum, cui ancillat[ur] cœnum liquidius exsiccatum v[er]stum, item reliquæ stillatitiae pro ratione desiderata desiccationis, detectionis, evaporationis rugis ob cutis laxitatem, ephelidibus, lenticulis, fugillatis, ionthi seu varis, asperitatibus, humorum crassiiorum vitio contractis omnibus, decorationi faciei & fuso non parari seruire potest detergendo, exterendo, coarctando cutem; Dora

Aq. virginis tom. Fallop. de therm. cap. 18. Aqua Virginis in potu tantum est in v[er]su, eamque ad guttam exhibemus feliciter admodum us qui patientur guttam rubram vel rosaceam vocatam, quibus est facies rubicunda, & verrucis quibusdam rubentibus plena: sumptu in potu duobus annis contemperat optimè hepatis feruorem: Est tepida aqua & purissima, sal sedinem vix perceptibilem habens. Baccius lib. 3. cap. 1. de

Aq. genera. thermis. Aquæ nitrate salsæ que ac ex his folia, ac vi mollitoria bituminosa & in lis taxatio potibus ad omnes faciei maculas, vitiliges, albos, volaticam, impetiginem, ad faciei vi- morpheam, varulos, maximè si inter lauationes priuatas alia adhibeantur loca tia. Adnitorem porrò & candorem carnium, antiquæ mulieres nobiles vtebantur.

Cosmetica tur diapasmate puluere preciissimo, vel eriam latit[er] balneo, vt testis est Plinius. Vel nitro, vel apibronitro, deterso in balneis. Quibus nostræ mulieres carentes farinâ fabacea in balneo uti poterunt, auctore Galeno & Diocoride. Vel nostratum oleo de tartaro se leuiter detergant: vel stillatitia aliqua ex his aquâ ex immaturis pineorum conis, vel fabarum recentium, vel radicum Ari, vel lis monum, vel sola Tyberina aquâ. Ruldadius. Faciei colorem pulchriorem reddit: & spiritus recreat lotio vultus ac manuum ex frigida aqua dulci. Item contra morphream conferunt aquæ sulphureæ Gebersweyler, Vvolckenstein. Item:

Lentigo. Bollenses eo finiticae. Lentiginem curant Teplice Vvolckenstein sulphuratae. Hæc ille. Aquas fontis admirabilis multa posse præstare ex prædictis non dubito, si quis loco cœni aquæ admisceat marmor metallicam v[er]stum aut non v[er]stum in tenuissimum puluerem redatum, vel argillam que maximè albescit, aut puluerem belemnite: In potu licet non improbum ad promouendam evacuationem copiosum potum aquæ admirabilis, malim tamen ægros pro ordinario potu uti acidulus, potissimum eos que ob calidius hepar ruborem faciei nimium contraxerunt. Ex historijs nostris saepe apparuit multis quibus facies erat fœdissime turbata profusa aquam medicatam Bollensem, licet sine ullo ordine & intempestivè vterentur.

Ad Achores, Cerion, siue tineam.

C A P . X.

Achoræ à pituita aut sanguine putrentibus, Cerion seu Fauus ab aquofis corripuitis que humoribus, salsauè pituita topicis thermis Belilucanis simul cum aquæ v[er]su interno perfectè sanantur, se laborans manè & vesperi quartaria v. vi, vel plura assunat ex aqua (largam quantitatem assumere conuenit ob di-

Belilucana
ad achores
& cerio.

stantes à ventre insimo partes, ut caput & artus largum rursum in externis postius quām internis affectibus: denique in contumacib⁹ affectibus & chronicis largiore quām in alijs) idque quindecim dierum spacio. Caput sit pilis nudas tum nouacula, aut quod præstat volsella. Abluatur quater, quinques, sexies, die & probe abstergatur spongjs. Crassamentum cœnosum mixtum oleo oxycedri, & reliquarum huius aquæ post distillationem totidem vicibus illuminatur, apris cetur, & soli se exponat, si ferre posse, Dortom. Dicit præterea Baccius lib. 3. cap. 1. In tinea emundanda, capit⁹ erroneis vlcusculis sanandis, fauis & meliceridibus, & serpiginosa opbiaſ nibil melius aquā maris, & que attrahant fermenta ac abstergent, ut alumiñatae, plumbæ, ferreae. Rulandus. Achores curat lotio ex aquis sulphureis, aluminatis, nitroſis, ferratis, cupreis. In capit⁹ tineis vtuntur aquis Etingensibus & Veringenſibus. Aquam medicatam mirabilis fontis sanare achores & cerion ſue tineam ut vulgo vocant, facile ex mifitione mineſ ralium demonstrari posset. Iac. Theodořo aqua quæ babet ſpiritū pyritæ curat malignam ſcabiem (bōſen grind) ſue achores. Et quidni achoribus benefaciat cum ſanct non minus maligna vlcera & ipſam lepram Græcorum? Ex hiſtorijs etiam apparet quoſdam curatos eo affectu licet ſine metodo vſos: Interim tas men nonnullis adiecit viſ aquæ medicatæ augeri potest: pro oleo oxycedri ſum̄ iuniperinum vel aliud ſimile ſine periculo potest tentari. Ruland. de baln. lib. x. cl. 3. cap. 4. Ad achoras R. Piforum m. iij. decoquantur in ſ. q. aquæ horum iuri admisceatur tantudem lixiuij fortis: & facta ebullitione reſeruetur vſui. C. put eo lauetur quotidie ante cibum & mox ſiccetur.

Aq. natura-
liū ad acho-
res & ſimi-
lia capitis
vitia taxa-
tio.

Boll. ad vſ.
cera capitis
manantia.

Lixiuim:

Ad Hydrocephalon. C A P. XI.

Pericranij affectus, Hydrocephalon ex ſanguinea pituita vel ſero refudante, Belil. ad Hy- frequenti interdiu capit⁹ ablutione ex thermārum Belilucanarum aquā drocephalo ſubſidet, Dortom. Aquam admirabilis fontis Bollenſis ad hydrocephalon conſerre poſſe ſatis manifestum conſideranti crafin: Pyrites enim lapis teste Bollenſ. ad hydroceph. Galeno, valde digerit & exſiccat: diſcutit etiam bitumen: ſiccatur quoque Belem- nites authore Iac. Theodořo. Salsedo & bitumen adiunat: potest etiam viſ aquæ, ſi morbus contumacior extiterit, augeri.

Ad capit⁹, cerebriq; affectus & potiſſimum dolores.

C A P. XII.

DE particulariū autem' medendi methodo in balneis, hæc ſemper tibi di- ſtinctio proposita eſſe debet. An ea pars per eſſentiam afficiatur, hoc eſt per affectum proprium: an per conſenſum, nimirum ſi aliunde eius af- fectus ſit cauſa. Quod frequenter accidit, & in affectibus capit⁹, atque cerebri maximè, aut ventriculi viſio, aut pteri, aut aliquorū membrorum. Semper enim

illi particulae occurrentia est, unde primum est affectionis principium: tam
in preparatione, quam semper supponimus in omni balneo diligenter esse praes-
teria à capi. mittendam: tum in tota ipsa curatione per balneas. His ergo in casibus, aquas
te auerten- rum potatio, modice calidarum, ac purgantium hac ratione conuenit, quod &
tes balneo impotentem evacuat materiam, ac mundantis particulae corrigit excessum. Sic
& duccia nitratæ utilem bibuntur aquæ, salsole quedam, & omnino absterroræ fa-
ciliatis. Conuenit & balneam in aquis calidis: vt que diuertant saltem impe-
tentis ad caput vapores, si ita affectus postulare videatur. Quare calentiores ali-
quanto, & discussorias esse oportet aquas, quas in balneo simul, ac duccia usq;-
Duccia ad pare licebit. Propria vero innate, ac infixa capite materiei discussio est ad duc-
cerebri motbos per ciana: hæc enim discutiendo, ac exicando statim baret, continuam (vt dicunt)
essentiam. tollit causam simul, atque affectæ particulae imbecillitatem corroborat. Tris
Quot capi- bus autem locis in capite suscipitur duccia pro affectus ratione. Aut enim af-
fici locis fectus est toti cerebro, & toti capiti communis, vt catarrbus, cephalæa, letbars,
duccia reci platur, & ad gus, stupor, vertigo, apoplexia, epilepsia, memoria laeso, mania: tuncque in
quos af- bregmate, vbi futura se incruant, & cranium est rarius, ac tenuius, duccia
fectus. suscipitur: Aut certam aliquam capitis occupat partem, vt catarrbus ad oculos,
ad dentes, ad aures, surditas, & Hemicrania: 1. & tunc pars ipsa affecta, vbi
commode fit, vel comitaniter, bregma ipsum subiicitur. Aut caput quidem
ipsum origo est, ceterum affectus ad inferiores extenditur partes, quales sunt
affectuum neruorum maior pars: tuncque circa occiput, vbi nervi incipiunt
Gaulio Ar ad subiecta membra descendere suscipienda est duccia. In viuissimum autem
chigenis in ad duccie usum habenda ante oculos ea Archigenis præceptio est, auctore Gas-
duccia, ex leno in vj. de Sa. tamen quod calidarum spente manantium usus noxius est cas-
Galeno. pitibus natura calidis. Quod nos declaramus experientia, visos multos in bala-
Baccij ap. probacio ex neis, qui robusti cum fuerint, & capite natura calido, aliquo tamen ex frigidio
noxis subse- tate affectu capitis laborantes, patet vel bemicrania, vel surditate, vel debilio
quentibus. tate viscerum, vel vertigine, & similibus, hos ad usum duccie calidarum aquas
Visceris ali- rum, duo noxiarum præcipue genera incurrisse. Alijs caput incaluisse, ac velina-
cuius infla- flammatione, vel febre fuisse corruptum. Alijs (quod peius est, & frequen-
tatione, tius) vehementer ex capite defluxio oborta est, sive in thoracem, sive in aliquam
febri. aliam nobilis partem, ac vel repente suffocatio superuenit, maxime non bene.
Defluxione prius præparatis, & purgatis corporibus, vel aliquis grauior priore affectus ias-
in partes nobiles. cedit. Quapropter ad veram methodum habendam his in casibus, standum
Buccia pro eiit Galeni consilio, Hisce naturis consulendas esse duntaxat aquas, quæ via
iis quibus que dulces sint: id est (vt ipsem exponit) minus medicamentosæ & minus na-
capit vilce- turæ calida. Vel etiam arte attemperetur aqua duccie ad condecentiam. Como-
diota, muniter autem, ad has omnes occasiones sunt diuersa aquarum genera idoneæ:
Primum quidem sulphureæ, quæ nimisrum actu mediocriter calent: Quæ si
præterea aliqua gloria minera participant, vt nitro, vel ære, vel ferro, &c quidem

magis idoneæ. Ex nitro quidem ut Sancti Philippi duccia sub Senis, que pro
equis ferè partibus nitri cum sulphure, unde subtilis sunt substantia, egregiæ
que penetrant, attenuant, parem inter omnes duccias non habent, ac diuersa
sunt temperie omnes. Ex ferro autem magis corroborant, vt aquæ ad Axinios Ferrare.
nem, tribus miliariibus à balneis Sancti Philippi, que & balneo, & duccia sunt
ytiles, & minus calidae. Simile ac multis prærogatiis ducciarum est Corseni
balneum in Lucensi agro, in quibus diuersa que requiritur temperies est. Sic Varia mi-
mile item de aquis Pisarum est. Balneum Calderianum Verone, Bussetum, &
de Cruciatis Viterbijs, Prunelli ad Aleriam in Corsica, aqua Spelunca in Ae-
naria, que & bibitur. Aut alia mixta in signes, vt variae in primis, ac nobiles
quocunque vsu Aponti balneæ, deinde aqua Sancta Ascali, aqua Sanctæ Mariæ
in balneo cum duccia admodum calida, Burnieses aquæ in Liguria, Trescu-
riana sub Bergamo, Sancti Martini sub Como, Briones in Valesiis, Borbonij
in Galia, ad Orensem ciuitatem in Hispania, vbi & calidæ ad Lucum Augu-
sti. Plumbæ aquæ in Lotbaringia. Ad præscriptas rationes, sensoria iuuant
nitratæ, & cæque peculiari tricla, exhibita: Grotta præ cæteris, & que bane
emulatur Tigurum, Fabariæ ex auro in Rhetijs. Leuc in Valesiis, Embæ ad la-
cum Podamicum. Et item Sanctus Philippus in balneis, Badenia in Heluetijs &
calidæ ad Minim fluuij in Galicia. Hæc Bacc. Fallopius verò lib. de thermis c. 12.
Multi medici aquas thermales exhibent in potu ad affectus capitis & videmis
caput iuuari: quod non sit per se, sed per accidens, hoc est per consensum vetriculi,
qui a remoto ventriculi affectu remouetur & capitis læso. Si vapores qui eleuano-
tur à potu aquæ sint sulphurei & caput sit frigidum iuuabunt per se: sed si
aquei oberunt valde. Dörtomanus, Similaris in cerebro pars, putam membranæ
etius Cephalæa, Cephalalgia, Hermicrania seu Headalgia ab humore vaporœ fri-
gido crasso afficiuntur eis medetur thermæ Belilucanæ suntio autem non propomata.
sed potius aquæ eius per septem dies ad transuiver, dosin singulis diebus augendo
ad quartum diem, quo elapsò eadem qua auxerunt proportione imminuant: ita
vt septimus dies primo, doce respondeat. Completo hoc septenario, resecentur cas-
pilli & altera hebdomade embrocis aquæ vtendum corpore cibis vacuo bordo
sexta matutina discubis thermarum vaporibus. Si exsiccandum firmiore & so-
lidiore materia, ceri usus ad litum capitis non est negligendus. Rulandus, Capit
tis morbis succurrunt aquæ nitroæ, salsa, dulces. In specie, Embenses, Newbad,
Piperinæ, Lungbrun, Löffingenenses. Item Capitis dolori pituitoso & vertiginis sua-
currunt Badenses, Villacenses, Teplicæ, Aberenses, Antegastenses, Zuckenthal-
enses, Annabergenses, Caroline, Laubacenses aquæ. Item Hemigraniam surgunt
sylvestres.

Nitratæ &
nexi; sen-
sorii ap-
propriata.

Beliluc. ad
frigidos ce-
rebræ mor-
bos.

Ad Apoplexiā, Paralysiā, Lethargum, Caron & alios frigidos morbos capitū.

C A P. XIII.

Belilucanæ
thermæ.

Aqua Stil-
latitia.

Tigurinæ.
minera.

Apoplectic.

Frigidis
morbis.

Paraly.

Neruorum
imbecillit.

Stupori.

Torpori.

Lethargo.

Caro.

Apoplexia, Hemiplexia, Paralysis à pituita: Convulsio, tremor, stupor, so-
por, catarrbus ab humore copioso, frigido crasso lento: affectus sunt
quibus peculiariter bellum indexerunt thermæ Belilucanæ: In his diu
deplendum, deterendum, incidendum, exterendum, sistendum aquæ potu bis in
die. Utendum clysteribus ex aqua, lotione & fotu partium affectarum: litu cras-
famenti liquidi primum, mox resiccati & oleo ex semine nigelle espresso seu de
castoreo temperati, idque in ymbra, non aprico loco. Pro vino sumatur in mensa
aqua stillatitia thermarum Belilucanarum cum saccharo & citrino Santalo
per manicam colata. Salis ricem præbebunt reliqua post distillationem, Dортom.
Pantaleon de Tigurinis thermis: Postquam cap. 15. ea constare auro, argento,
ære, plumbō, ferro, sulphure, alumine, sale, nitro & bitumine dixisset, non taz-
men demonstrasset unde id constet: Cap. 18. utiles pinguibus scribit, qui multis
cibis & potu caput grauant, sibiique timent ab apoplexia, vertigine laborantia-
bus quæ eam solet precedere, epilepticis, eis licere haustum mane bibere: facere
ad memoriam & auditum, aurum, tinnitum tollere, cerebrum exsiccare. Rulanz-
dus, Apoplecticis succurrunt balneæ Delsingenses, Veringenses, Piperinae, Abaz-
censes, Aquigranenses, Carolinæ, Laubacenses sulphuratae & nitrose. Item,
Membris fluxionibus obnoxij, torpidis, resolutis subueniunt aquæ salculæ, fera-
ratæ, Acidulæ in Spiegelberg. Item, Contra frigidos & humidos morbos confe-
runt aquæ cuprea, aluminate, nitroæ, sulphureæ, in specie, Badenses, Cellenses,
Leucenses, Göppingenses, Piperinae, & ceteræ aquæ ac thermæ omnes calidæ &
siccæ qualitatis. Item, Paralysim curant, Sylvestres, Vvesterbad, Emenses, Con-
stantiae, Elboganae, Aquigranenses, Plumbariae, Vvendingenses, Niderborn,
Zuckenthal, Abracidae ex ferro & sulphure, Teplicæ, Castein, Kißing. Item,
Contra neruorum imbecillitatem ac omnia vitia prosumt aquæ sulphureæ, salæ
nitroæ. Imprimis vero Etingenses, Sultzbrun, Vattweil, Sultzberg, Flieben,
Mendich, Neruorum frigidos & humidos morbos, aquæ bituminose, Newbad,
Badweiler, Hubtzal, Lutherbad, Ribbadenses, Vvisbat, Vvolckenstein, Zuckea-
thal, frigide aquæ sulphure, alumine, nitro vel sale imbutæ. Item, Resoluta
membra restituunt Brigenses calidæ Valeiorum sulphure multo & alumine
paucō, Hubbad, Veringenses. Item stuporem curant Badenses Hercinia, Anne-
bergenenses: torporem Spiegelberg, Dalsingenses quæ constant sulphure & aliis
mine. Lethargiam depellunt Badenses Hercinia, Caroline, Casteinaria, Dalsin-
genses, Antegast, Badenses Austriae, Laubacenses, Piperinae, Annebergenenses &
dulces calidæ. Ad Carum prosumt aquæ dulces calidæ, Badenses, Margraffbad,
Castein infectæ calce pyritarum, antimonio, sale, nitro, auro, item argento &
ære. Iob. Göbel. dicit aquas S. Iobi aluminosas facere ad soporofum affectum ces-
rebi

rebri fräschlich dictum cerebro crassis pituitosis humoribus obesse, sic in uno
 detonis derasis & crinibus applicentur capiti cum panno lineo. Iac. Thed. dicit Aq. Langer.
 aquas acidias fontis in Langenschwalbach viles esse resolutis post colicam schvval.ad
 vel iliacam passionem, ducento prauos humores & roborando ventriculum Patchin.
 hepar ac partes coctioni inservientes: eos, qui vtuntur in principio colici doloris, Aponentes
 vacare periculo resolutionis. Fallopius de thermis cap. 19. de balneo Aponens: aqua ad re-
 Prodest in sessio in hac aqua resolutioni inferiorum partium. Quando medulla solutos.
 spinalis est refrigerata, solemus instillare aquam hanc ad principium medullae Stillicidie
 vel totum dorsum & est optimum remedium. Aqua nostri fontis Admirabilis in nucha ad
 potest eo modo per stillicidium recipi, idque in ipso solio addita vel Betonicâ, vel refrigerat
 rosmarino, vel salaiâ, vel maioranâ, vel folijs lauri aut similibus pectoribus vel
 pluribus arbitrio medici assitentis. Andernacus: Aquæ calidae Fabaria vulgo Fabariatum
 Pfessere, sulphure, nitro, ere, auro & ferro infectæ calore moderato in balneis minera vi-
 omuem articulorum dolorem, podagram & chiragram, discutunt: particulas naz resque ad
 tureles inefficaces restituunt: nimium intentas remittunt: artibus ex morbo resoluto-
 colico, irâ & vino resolutis, tremori quem ira, vixit us immoderatus aut frigus
 excitavit, omnique latitudini auxiliantur. Montaguana consilio 305. Pro para- Confilia ad
 lysi in muliere, manè balneet & à prandio immerso corpore vsque ad fauces, paralysim.
 Exeundo è balneo componat se in lectum & maneat in eo donec sudet: deterga vbi Seliūm.
 erit inungatur à collo vsque ad lumbos. Tertia die recipiat stillicidium supra oc- Inunctio.
 ciput, quod distillet ex altitudine quatuor pedum & fluat per totam spinam: re- Stillicidie.
 cipiat etiam super scapulam & humcrum ac tetum latus sinistrum: id faciat per sudor.
 horam vel duas, recipiat deinde se in lectum ac postea inungat ut dictum. Apræ-
 dio ingrediatur sudatorium, excipiat vaporem per horam unam, & deinceps fin Apoplexia,
 galis diebus manè recipiat stillicidium, & vesperi vaporem, & deinde inunga- Lethargus
 tur. Cautel ne astringatur aliis. Magni & acutissimi morbi sunt Apoplexia, morbi acu- & Caros
 lethargus, & caros qui sola aquâ medicata qua lentè vires suas demonstrat non sufficiunt.
 facilè solui possunt. Prehensis igitur his magnis morbis, cum etiam subitaneis &
 generosis remedij sit opus, necesse est ut vtantur consilio medici periti nec multū
 tardent: Si medicus existimet opus esse sudoribus, considerabit an immergendus
 in soliu aquæ admirabilis calidu, quo deterga acute, & ex calcifico habitu corporis,
 excitato, calore naturali torpescere posse moueri sudor. Vidi Montbeliardii apo- Apoplexia
 pleticum multo sudore ab apoplexia & paralyssi paucis diebus liberatum. In be- & paralysis
 mplexia conferant sanè aquæ medicatæ qua affectum in thermais Plumarijs sudore cu- rata.
 vidi Generosi Domini à Schwende vxorem, cui consilio adfui anno 1594. cura-
 tam. Similiter obseruauit Borboijs thermis Lotaringia & Burgundia vici- Hemiplexia
 nis, qua salsa & sulphurea calide, Consiliarium Dolanium Paralyticum cura- thermis cu-
 tum. Mibi dubium non est considerenti mineralas fontis Admirabilis, paralysim
 etiam posse curari, ac fortè felicius quam quibusdam multo alumine constanti- rata.
 bus diuturnam laten moram in solio non probari. Vaporum receptio & su-

Vaporaria
Bollense ad
sudores pa-
ralyticis
viendos.

Intendēdis
balnei viri-
bus ad pa-
ralyfir.

Embrocha.

dores magis arrident, modò omnia dextre administrentur ex consilio medici,
nec ijs violentius vtantur: Chronicus carm sit morbus longiore opus est tempore
pro eius cura. Iis qui resolutionem patiuntur ab colico dolore vel iliaco, non suau-
deo vt facile se conjiciant in lauacra. Placet vt prius aliquamdiu ad euacuatio-
nem bibant vel aquam Admirabilis fontis vel acidulas: earum etiam potum mo-
teantur sudores: postea verè vtantur lauacro, sed valde moderatè: vidi multis
occuisse potissimum si paucis mensibus post lauacris vterentur: Opus est in eo
morbo diligenti viatu ratione & patientia, vt in quartanis, quotidianis, &
tertianis notbis. Non enim possunt curari donec totus sanguis repurgetur, mu-
tetur, ac viscera roborentur. Placent ideo acidulae vt iam dictum, ritè assumptæ.
Non displicebit si verè paralyticæ, qui vtentur lauacro Admirabili, addant lapidis
scissilis & pyrite puluerem, ac etiam baccas iuniperi contusas, quas Rulandus
prescribit ad m. xv. in balneo aquæ septies chalybeatæ ad paralyfir. Stillicidia
poterunt etiam à medico prescribi, additis iam dictis ac cephalicis herbis.

Ad melancholicos morbes, mærotem, fascinationem,
aliàque animi pathemata.

C A P . X I V .

Aq. Belile

Aug. leni-
endi dol-
oris ergò la-
uit.

Langenisch.

Bollenses.

C Erebrum ipsum vt similare patitur intemperiem melancholicam, que
melancholia morbus dicitur: item lycantropian, cynanthropian ex hu-
more melancholico. Quatenus disimilare cerebrum, afficitur ipsum &
membrane simul, delirio melancholico flatuoso. Potu aquæ Belilucana indi-
get, sed submersione & lauacro magis. Affectus & motus animi, vt tristitia, me-
tus, verecundia, pusillanimitas, sollicitudo, ab humoribus frigidis melancholi-
cis &c. fecundos desiderant calices alternis diebus, his meri, illis thermarum
Belilucanarum: quo die verè indulgebunt vino, cedere aquâ, mergi vobique &
sonno indulgere expediet. Hæc vicissim fiant spatio duarum septimanarum ins-
tegrarum, Hæc Dortom. Legimus Augustinum balnea ingressum, vt leniret
hacratione dolorem, quem humanitus de matris obitu conceperat. Rein. Sole-
nander de cal. font. l. i. c. i. lac. autem Theod. acidulas in Langenschwalbach
predicat ad melancholicos morbos, valde assertis vtilis in melancholia hypo-
chondriaca, ad terrores & phantasticas cogitationes. Quandoquidem autem mes-
dicatus fons Admirabilis ita metallica lambit, vt nimia quantitate non exce-
dant: tum per se tum per accidens, potu & balneo vtilem, ex docti Médi ci p̄r-
scripto, non dubitamus affectibus prædictis adiuante amoenitate loci & vicini-
tatis commoditatibus, inter quas, insignis, & laudata potulentorum varietas,
sive fontium acidorum, sive vinorum, quorum delectus haberi potest, que mo-
deratè sumpta cor hominis exhibilaret: qualem moderationem etiam intelligere
Dortomanum hæc ambigo per paulò liberaliorem in quibusdam poculorū
fæciaditatem: tantum evim abest, vt crapula minuat melancholiā, animique

Athemata emendet, ut augest potius, ac deteriora reddat. Porro autem licet nos
ster fons & mirabile balneum, multum celebrandas habet vires, non tamen tan-
tas habet, ut possit fascinatos & fascinantes pseudochymicos, chrysopaeos, vera
Medicinae fucos curare: neque enim alia ratione istud dæmonij genus, quo ob-
fici sunt, Mammona inquam, fastus, & credula perjuicio, quam precibus &
tempore Medicinae fuci pseu-
dochymicis.
viciuntur, vt Dominus noster pronunciavit, ejicitur, atque adeo nihil est quod hic
opem medicam, nihil est quod exorcistas morem: præsentes habemus adhuc
vitali aura fruentes, qui Dæmonem istum, si non expellere, at certè furores &
insaniam certiore auxilio, quam vlo Philonio, refrarent: qualem Diuum ha-
bemus, inuentorem & instauratorem diuini nostri fontis & balnei, qui, pro sua
insigni solertia, nullis pepercit sumptibus, vt fraudes pseudochymicorum chrysop-
aeorum detegret, perspectaque magicâ impietate, fascinatione fraudulentia, ia-
stantia Thrasonica, imposturis mellito verborum lenocinio & enigmatum te-
nebrosa caligine perplexis, simplici credulitati obuiam iret, sublati medijs am-
plius fascinandi eos, quibus non est in ære vel iudicio, vt explorare istorum fucos
queant: in eos se demonstrans nec degenerem, nec inferiorem suis maioribus, Du-
cibus Christophoro & Ludouico, qui eiusmodi non tulere in Ducatu, cimifones
impostoresque, qui (vt lusit quidam) ridiculè,

Polliciti fuluum Phryxaei velleris aurum,

Mendicant vilem supplice voce obolum.

Landandus igitur Ill. noster Princeps: celebrandus Illust. Dux Bauariae, aliisque
Divi consimiles, quibus data à Deo omnipotente voluntas & potestas eiusmodi
pseudochymicos chrysopaeos, magos, dæmonolatras, monetarum adulteratores,
veneficos, medicastrorum, impostores, Iudeos (qui Mammonæ ergo sacra miscent
prophanis, qui vt suam occultent ignorantiam, vel inuidentes generi humano
inianthropi, secreta sua iactant ineffabilia, à se solis inuenta, alijs incognita: cum
veri hominis, nedum Christiani sit, professe omnibus, nihil occultare eorum, quæ
faciant ad conseruationem generis humani) persequi & punire pro meritis:
vituperandi si qui sunt, qui foueant & retineant manifestarios & tales palam
perspectos. Quid præstent vel non præstent in animi affectibus aquæ medicatæ
ostendit Baccius in sequentibus, dum ait: Animæ vero affectus si qua balnei ope-
ratio attingat, ea est, qua caput exonerat, itaque virtutes animales promptas, ac
magis expeditas reddit ad omnes actiones. Ita simplicis aquæ calidæ balneum, &
pedum simpliciter, & capitis lauacrum, tum discutiendæ à capite vapores, tum
reuellendo, animū inuare poterunt. Cæterum nulla est inter naturales aquæ, quæ
à proprietate merâ animi affectus respiciat, aut iuuet: nisi quas in fabulis forsan
prodidere, Amore detentos liberare Setennium Achæa fluum: & item in Cy-
zico fontem Cupidinis vocatum, & in Sardinia fontes ex auro, quos tradidit
Solinus, contra fascinum, & maleficia. Succellaria in Baiano aqua ad eas
dem, & mentem aperire traditur, sicut item Tripergulana balnea, Grotta

In eos quæ
secreta oca-
cultant.

Animi affec-
tus Ther-
mis iuuatur
per accidens.

Nullæ ther-
mæ proprie-
tate præding
funt qua a
animi affec-
tus curentur.

Viterbij. Tigurinæ aquæ in Heluetijs ex auro, quæ nimirum in auxilijs animi, secundarijs operari virtutibus promittunt. Verè autem eisdem, aut hæc in superstitionem reicienda esse existimo, aut si quam animus utilitatem ex id genus balneis sentit, eæ sunt non animi simpliciter, sed coniuncti passiones. Quæ nimirum sanantur pro communicantia, quam habent facultates ipsæ animæ cū corpore. Rulandus de baln. lib. 1. cap. 4. cl. 3. Ad melancholicam, insaniam ac vis giliam, inducens somnum: R. Maiorana, fl. Betonicae, chamæmeli ana m. s. Con diantur faceculæ & decoquantur in s. q. vini: quo crebro lauetur caput: Hæc ille. Si precedentia tantum præstant cum vino, potius præstabunt meo iudicio, dea coctæ aut potius macerata in aqua fontis admirabilis, potissimum si nullus adsit calor. Idem clas. 5. Dæmoniacus prodest Neubrun & Spiegelberg. Item. Intellex etum restituit Zellerbad. Item, Sensus omnes vitiosos, non tamen ex vtero, reo stituunt, roborant, conseruant Badenenses Heluetice, Embs, Vvysbad, Sylvestres. Lotio pedum cum aqua calida dulci ante introitum lefft. Lotio capitis matutina ex calido lixituio. Item: Iracundia affectum lenit obtunditque Fideris. Item: Maniaci utiles sunt Cellenses, Piperinæ, Neubrun. Item: Melancholicam purgant & pellunt Abecenses, Aquisgranenses, Cellenses, Gebersweiler.

Ad catharros & defluxiones à cerebro.

C A P. X V.

Stillicidium. **Balnea Parauina.** I quis velit balneare propter catarrbos, assuefacto corpore in balneo per bis duum instituat stillicidium supra caput: oboluatur caput per frontem, tempora, & collum paucino lineo crasso: recipiat aquam calidam distillantem per siphunculum ex altitudine trium pedum: recipiat primò supra synapsim, deinde supra sinistram partem capitis, tertio super dextram, quarto supra occiput. Idem faciat supra alias partes dolentes: Montagnana, cons. 303. Item de balneis Patavinis ait: Quicunque desiderat per balneum exsiccare humiditates cerebri & consumere catarrbos fluentes, ac humores replentes nervos & remollientes, vt accidit Paralyse laborantibus, recipiat stillicidium aduersus catarrbos supra bregma, aduersus paralysin supra occiput aut supra latera capitis: In bac micrania & semilibus, eo vtatur donec sentiat aquam profunda: pars capitis penetrasse: in paralyse non tegat capitum posteriorem partem linteis, sed remaneat totum occiput detectum, vt aqua cadat supra collum & vertebraes ac nervos exsiccet. Potius placet recipi stillicidium supra caput secunda vel tertia die quam prima cum iam corpus assueverit balneo. Fallopius de thermis cap. 17. de balneo Aponensi, Stillicidium aquæ conductus primo ad capitum intemperie frigidam & humidam, & ad catarrbum ex intemperie frigida tantum vel humida: ad versus virginem sint temperierum dictarum aliquam habeat coniunctam: ad aurium subilium: ad tinnitus & ad surditatem, ad resolutionem linguae, oculorum & alias rerum partium, ad epilepsiam si sunt hi morbi cum intemperiebus prædictis. Hos

& confimiles morbos fugat Aponitana aqua per embrociam administrata ex-
 ficcando, calefaciendo, evacuando reborandoque cerebrum eiusque membranas
 & reliquias capitis partes. Causat à stillicidio istius aquæ qui laborat intemperie Cautio.
 capitis calida, etiam si esset adiuncta humiditas. Item cap. 15. Stillicidia de Ducijs Ducis.
 commendantur pro capitibus humidis & calidis, & ad fuscandos catarrhos. In
 balneo de Ducijs est paucum nitrum & marmor combustum copiosum, & ideo
 valde fuscatur, sed parum calefacit, hincque sit ut stillicidia quæ ibi fiunt appellen-
 tur Dacia temperata, & sunt in usu pro capitibus humidis & calidæ tempera-
 turæ, præsertim humidæ profundi. Andernacus, Aegris prædæsse potest instillatio
 aqua in stillatur: occipitio autem cum neraorum spineaque dolores, resolutiones
 que & similes affectus urgent. Cum syncipi in stillanda est, caput linteo cir-
 cumdetur, ne illa diffundat tempora verò & frons oleo myrteo & mastichino, cui Vnguentum
 adiecti sint myrtorum, cupressi, bistortæ, mastichis, terræ sigillatae, singulorum
 scrupuli duo, ceræ modicum, illinantur, ne humorum materia calore aquæ ad
 oculos aliaue membra concitetur. Hoc autem caueri debet ne aqua iusto sit calis
 dior, aut frigidior & contagione aliqua infecta. Cum verò in occiput danda est,
 caput cum linteo non circumdandum, sed aqua per spinam fluere sinenda est: vt
 etiam vis illius insinuetur, &c. Plura hic facientia inueniet lector cap. de Stil-
 licidio lib. 2. vbi etiam obseruabit quæ Andernacus de Germanis dicit. Idem: Thermæ
 quæ calidæ Badenses copioso sulphure imbutæ in caput datæ, omnibus frigidis
 humidisque vitijs cerebri conueniunt: defluxiones humorum ex capite siue in Badenes ad
 linguam, siue in palatum, siue in alia membra factas fiscant: memoriam iuuant,
 omnesque sensus vitiatos, non tamen ex origine sed mala vietis ratione: præser-
 tim rufum, auditum & odoratum restituunt. Idem, Aquæ Ferinæ sulphure, Thermæ
 sale, & alumine imbutæ, calidae in caput datæ, cerebrum purgant sensuque in-
 strumenta corroborant, cerebri frigidos affectus sanant: sonitus intra aures dis-
 cutiunt. Item, Aquæ civitatis Aquinensis Montisferrati duobus diebus limpide ferriæ ca-
 sunt, tertio virides. Ingratus earum sapor est tanquam ouorum putridorum, ar-
 tubus & capiti salubres: maximè si frigida materia infestet. Item, Aquæ calidæ Aq. Montis-
 Visbadenses vulgo ex sulphure, alumine, & nitri modico infectæ admodum, ca-
 lidæ in stillatae ad capitum defluxiones frigidas alia que vitia conferant. Item, Badenæ vil-
 quæ Badenwillæ manus factæ calidæ, scaturigine tepida, in caput quæ sutura co-
 ronalis est facta afferione qua ~~μετέρη~~ Græcis dicitur, defluxiones cerebri ex-
 fiscant. Iob. Gōb. lib. suo de thermis dicit: aquam S. Iobi ad urbem S. Anneberg
 tepidam constare alumine & vitriolo, plus tamen adesse alumini, deduci per
 serpentem ferreum qui est in fornace, ut ad balneum calidior reddatur: conferre
 capiti & cerebro, calefactam gargarizatu: si stercor defluxiones capitis in os & fas-
 ces, dissipare & consumere ore diu retentam humiditatem & superfluos lingue
 humores: facere etiam ad tumorem gingivarum & palati licet ad sit calor, si os-
 se abluctur & calide in ore retineantur: item ad ulcerationem: dolores sedare

198 HISTORIAE ADMIRABILIS
capitis, qui à pituita originem trahunt, applicatas fronti & occipitio, aut recte
pta evaporatione: utiles admodum grauato capiti, vapores dissoluere si tempore
oportuno per stillicidium administrantur: ad Coryzā facere naribus attractam.
Ad Bollerf. Ego sane non dubitarim aquas admirabilis fontis idē præstare posse & fortasse
accōmoda. felicitius, quandoquidem poros non ita constringunt, & exhalationes non ita fa-
cile reprimere possunt ut insigniter aluminose, quales S. Iobi & aliæ similes vel

Elechus aq. que calidiores. Kulandus, Ad capitis fluxus & humiditates prosum aquæ sylue-
ßchermarf ad deflu- stres, Hubbad, Delfingenses, Plumbariæ, Sultzbrun, Valdsborn, Keeswasser.
xiones. Item, Contra capitis distillationes & tremorē conferunt aquæ Vrysbad, Löffin-
genses, Brigenenses. Item, Catharros & defluxiones sanant aquæ Auwenses, Caro-
line, Dalfingenses, Leucenses, Volckstein, Annabergenses, Neubron, Badeneses
Heluetice, Hercinia, Vendengenses. Item, Cerebri distillationes curat Falborn.
Item, Contra defluxiones humorum è capite ad partes subiectas administrūt sunt
aquæ salsulæ, nitroæ, Lucenses, Sylvaticus fons, Niderborn, acidulæ in Kissin-
gen, Vvebr. Item aduersus fluxiones capitis ac totius corporis curationem adbi-
bentur aquæ ferratae, gypſea, aluminatæ: potissimum autem Embenses, Cellens-
ses, Villingenses, Verlingenses, Veringenses, Laubacenses.

Ad vertiginem & Incubum.

CAP. XVI.

Patitur cerebrum cum meatibus in vertigine ex flatibus, Epilepsia à pitui-
ta aut melancholia: Incubo à crapula, stomachi cruditate, melancholico
succo & flatibus crassis, opacis. Frequentissime his morbis affecti magna
ad vertig. & suo commodo alias freti sunt Beliliu. a quarū potu quindenī diebus perpetuis:
Incubum. imò loco vini in pastu, non alio liquore quam aquarum harum stillatitio egelido
vtebantur &c. Dortom. Fallopius de thermis cap. 17. de balneo Aponensi: Stil-
licidium huius aquæ confert ad vertiginem si sit iuncta intemperies frigida vel
humida. Vertigo si sit per sympathiam & consensum ventriculi qui farctus sit
Ad vertig. pituitosis humoribus, in statu poterit potus aquæ fontis admirabilis: si biliosis,
ex sympa- acidularum, ac ipsi repurgari corpus. Si non evacuent sufficienter, addi poterit az-
thia ventri eculi.
Per idiopa quæ trochiseus Axungiae Luna secundæ dissolutus in aqua admirabili. Si vertigo
thiam. ab idiopathia & inueterata sit, poterit adhiberi stillicidium, sed non sine consilie
docti medici.

Ad Memoriam.

CAP. XVII.

Aq. Badens. **A**qua calidæ Badenses in Austria multi sulphuris, paucioris nitri, minimi
in Austria. Minera. vertiginique opitulantur, si illud aqua ipsarum foueat, aut eam ex alto
Stillicidiū. destillantem recipiat, ita tamen ut corpus totum prius sit euacuaturn: alioqui

periculum resolutionis aut lippitudinis imminent. Nervis ex humore irriguis & resolutis conferunt surditatem flatus & sonitus intra aures discutunt. Idem, Aquæ fabariae capiti instillatæ cerebri obstrunctiones aperiunt, memoriam firmant, visum obtusorem & auditum grauem egegiè emendant: nisi ripe iuxta ipsas præterfluentis brepitns frigor, intolerabilis die nocteaque impediret. Rulandus, Memoriam restituunt & confirmant Piperinae, Carolinae, Dalsingenses, Badenses Austriae, Helvetiae, Villacenses, Teplicæ, Aponenses, Sylvestres. Vales Thermau*m* memoriam therus Riuus in speculo, Vildbad confert omnibus affectibus frigidis capitis & nuerorum, epilepsia & conuulsioni: roboret sensus & intellectum & imbecil. Aq. Fab. &c. memoriam. Aquam fontis admirabilis firmare posse memoriam non dubitas rem asserere, considerata facultate mineralium per quæ transit, potissimum sive sylvestris post purgationes, sudores à balneo, accedit stillicidium, in cuius aqua incoqui possunt verbe caput roborantes ut betonica & salvia ac similes.

Ad Ebrietatem.

C A P. XVIII.

IN Arcadia, inquit Vitruvius lib. 8. cap. 3. ciuitas est non ignota Clitor, in cuius agri est spelunca profluens aquæ quam qui biberint fiunt absenij. Ad eum autem fontem Epigramma est in lapide inscriptum hac sententiâ versibus Græcis: eam non esse idoneam ad lauandum, sed etiam iniunicam vitibus, quod apud eum fontem Melampus sacrificijs purgasset rabiem Prati filiarum, restituisseque earum virginum metes in pristinam sanitatem. Dicitur lac. Theod. sum. authore aqua acida in Langenschwalbach tollit dolorem capitum à vino genito, nerosiore vel ebrietate. Georg. Agric. de natura eorum que fluunt è terra lib. 2. Acidula que etiam ignem senserunt (internum subaudi, in ipsis mineris) vridam potè mouent & calculos medentur & ebrietatem discutunt. Superstitione Baccus, ris ad ebrietatem. Ebrios somno sepultos exsuscitat frigida vasa in confectionibus, nec minus acida in potibus, & que à crapula vendicant lauationes in thermis. Rulandus, Contra crapulæ præstant aquæ Aegre. Non minus à Bollenibus ebrietatis præcautio longè certissimo experimento me auctore petetur si quis vino & cerevisia fortiori bellum indixerit, & ad Bollenium vsum se contulerit, me spensore à temeritate securus esto. Quam rogationem pauperes centuriatis comitij sanxerunt iamdudum & religiosè vt plurimum obseruant, neque inde ullum detrimentum senserunt, vt diuites istos tam afflictæ valetudinis ex temeto meraciore secundioribusque poculis pudere pigereque meritò debeat, quos vini sacra fatis in ebriositate quare quam leonina feritate armat, fædiore quoque Grunny illius proluwie & ignavia debonestat. Vsq; adeo creatura diuinoris animi capax positas metas semel trâsgressa obbrutecit. Cōniuet parilis turpitudinis cōscientiâ penes quæ animaduertit potestas: at vindex Dei oculus nō item: quibus vtrices podagræ, artritidas, cōtractiones, catarrhos, & similiè acie numerosam infensissimam immittit, solidas corporis bases & columbas subuersurā, propugnacula labefacturā, sacri consilij

asseffores corrupturam, coquis etiam & lixis abdominis non parcituram donec pro tribunali trepidantem regiam cordis maiestatem captam miserè sub iugane mittat. Vnde desertæ stationis pœnas comminatur exspectandas. Intonat altissimi interpres Diuus Paulus ad Galatas cap. 5. Manifesta sunt opera carnis, quæ sunt fornicatio, immundicia, impudicitia, luxuria, idolorum seruitus, beneficia, inimicitiae, contentiones, emulaciones, iræ, rixæ, dissensiones, sedæ, inuidiae, homicidia, ebrietates & his similia: Qui talia agunt regnum Dei non consequentur. Verendum ne Turca tollat vsum vini, quod Deus optimus sua clemetia auertat.

Ad Epilepsiam & tremorem.

C A P . X I X .

Bellulcanæ.
Baln. Apo-
nense.

Aqua Lan-
genschv.

Aq. S Jobi.

Accōmod.

Tremores.

INYIETÆ contumacia Epilepsia vix ac ne vix quidem exquisitissimis remeas dñs vñquam cedit, vbi iam in cerebro radices egit, nisi forte totius temperas menti & habitus corporis mutatione. Lenitione tamen eius atrociae legitimò remediorum vñs, sc̄ vt vel tardius redate paroxysmas, vel mitius affligat citiusq; cesset, medica ope impetrare possumus: Quo in genere sunt aquæ thermales, ad quas in desperatis malis, tanquam ad sacram anchoram, vbi mali vis omne mea decimæ auxilium eluſerit, subinde confugimus. Dörtomanus dicit: Epilepticos magno commodo fretos Bellulcanis aquis per potum. Fallopius de thermis cap. 17. de balneo Aponensi, Stillicidium huius aquæ conductus ad Epilepsiam, si fiat ex frigiditate & humiditate. Iac. Theodor. aquas acidias in Langenschiwalbach probat in epilepticis: impedire quoque paralysin, & ad dolorem capitum facere. Rulandus, Epilepsiam tollunt Piperinae, Neubrun, Annabergenses, Abecenses, Carolina, Valdsborn. Iob. Göbel. aquæ S. Iobi aluminosa conserunt conuulsio- nibus quas vocat Gicht. Brämpff & Daymigkēit, non tantum adhibite per stillicidium occipitio & fronti, sed etiam potæ. Verisimile efficaciores esse nos stras admirabilis fontis propter bitumen & Gagaten lapidem si epilepsia & spasmus sint à flatibus & pituitosis humoribus: quâquam etiam per accidens possint quoque prodeſſe, redundantes biliosos humores euacuando per aluum, vel per fuc- dores resoluendo & propellendo malignos & acres vapores, propter quos plerūque excitantur illi affectus, vt pulchrè demonstrat ingeniosissimus Praeceptor meus Rondeletius. Vbi autem maligni, & arcis humores vaporesq; præfero pos- tum acidularum. Rulandus: Tremulis succurrunt Piperinae, Badenses Herci- niæ, Volckestein, Annabergenses, Auwer, Dalfingenses, Lutterbad, Sylvestres, Teplice, Brigenses. Multis argumentis possem demost̄rare vsum aquarum fontis admirabilis utilem posse esse ad tremorem, nisi prolixitatem vererer. Hoc suſ- ficiat monere ad tremorem volenti vti, non conuenire violentius balneum: & in exitu diligenter cauendum à frigidore aeris: ne poris apertis se insinuet & tre- morem maiorem inducat.

Ad oxy.

Ad oculorum affectus. CAP. XX.

Oculorum affectus dolor ab intemperie frigida, à frigido crasso humore, à flatu copioso genitus. Ophtalmia à pituitoso sanguine. Epiphora, defusio ex frigidis humoribus. Emphysema, tumor Oedemati similis ob id pituitosus aut serosus. Chalazion, remollitio palpebræ ex humorum collusione vnde congesta: primum potu aquarum Bellucarum aluum ciendam indicant (vide Hippocratem Aphor. lib. 6. Aph. 17 & 31.) deinde ablutionem oculorum ex aquis iisdem subiungimus. Potu mane & vesperi: ad finem cœnum tota nocte ijs imponimus. Anchilos & Aegilops abscessus in angulo oculi maiore ex humore pituitoso, seroso melanocholico. Citha, Hordeolum tuberculum, palpebra cilio obueniens, alter Græcis woobia dictum, ex pituita aut melanocholia. Encathis in maiore angulo vt Aegilops carnis ex crescentia, eodem quo Ecstropium modo nascitur. Pilosis, palpebra crassis ex pituitoso sanguine, magis exsiccantia quam prædicti affectus desiderantes, à potu aquarum incipiendo, mox aquam pro collyrio usurpando, denique cœno per se in umbra non ad solem inducto, curantur: quæ remedia ex causa magnitudine peti repetique debent. Ulcera, colemata lata scilicet & extensa more cœli, non profunda. Epicauma post adustionem sordida, Hypopyo seu suppus ambo ex pure, Nubecule & albugines, cicatrices puta. Argeme ylculum, Pterygium ynguis (differens à superiore) adnatæ membranæ ex crescencia, ab angulo oculi orta & ad oculi coronam vel ultra se promovens, Mydriasis dilatatio pupillæ, quæ omnia minora quam sunt videntur, ex humore excrementito. Nyctalops seu nocturna cœctudo ex pituitoso humore. Glaucoma, obscuritas crystallini humoris vitium ob humiditatem nimiam (vt putant) humoris pelucido glaucum colorem inducens, qui alioqui omnis coloris est expers, Hypochyma, suffusio, cataracta, humorum affusio inter tunicas Corneam & Araneosam vel Corneam & crystalloidem apud Paulum, Amblyopia siue bebetudo visus ex humorum congesitu. Eccliesimus seu expressio ex pituitoso sanguine seu melanocholia. Hæc inquam omnia exsiccantia, detergentia, euaporantia, exterentia remedia postulant, quale est thermarum Bellucarum sèpe multumque oculus affusa & infusa aqua, mox cœnū crassum obduictum, cui quædoque reliquiarum & nitroſi salis aliquid addendum. Alternis diebus aquæ largi potu purgantur. Hæc Dörtom. Diffusor censura Bacci lib. 3, latius se extendit: sub sua signa coactis & videntibus singulis. Calidis pariter oculorum passionibus, quæ mobiles sunt, aut ventriculi, aut uteri, aut alterius subiecti membris vitiis temperante iure potum balneæ opitulantur. Maximè quæ oculos peculiariter tute la respiciunt, vt ænea ante alias, nec minus auree, deinde nitrose. Grotta Viterbiæ talis, & ibi Iaselli, ac simili natura Tigurinæ in Heluetijs insigne, Fabarienses auratae. Postea Tritoli sub Puteolis, & sequentes ibidem nitratæ, titulorum Sanctæ Anastasiæ, Adriotorij, Iuncariae, Petreæ, & Flage Romanæ in Ischia, qæ omnes bibuntur. Tuetur oculos admiranda semper prærogativa Ciceronis cognomento Scatebra ad Baias, cum sudatoria ad idem salutarium vaporū.

Aq. Bellucæ.
ad variolos o-
culorum mor-
bos vsus, va-
rius.

Sicut & Bulla ad Puteulos: & sudatorium in Minio fluui Hispaniæ, que naturæ erræ nulli cedit oculari remedio, conspersis item ex eo naturalibus aquis, sicut & ex Cadmia naturaliter dilute aquæ probantur, & ex Pompholyge paratae. Eadem punctionibus tum oculorum, tum palpebrarum quoque facient, & ex æruginib[us] infuse, nec secus rbi frequentier fluxionibus, aut lippitudine infestari soleant. Iis enim multæ aquæ minerales, ferri præsertim aliqua virtute particeps, & que citra mordacitatem exiccent, limpidae, & claræ utiliter oculis infunduntur. Nam aquæ istæ claræ, que nouiter ad mania vrbis reperte sunt, sapore aliquatenus fisco, fluxiones id genus oculorum facile sedant. Et que de Trigorio dicuntur, ad decimum lapidem via Hostiensi. Offusionibus, ac nebulis obscurantibus, Aquæ prædictæ, & Ciceronianæ, in Sardinia Solini fontes admirandi, Aenea insuper, ac Nitrata epota, vt Brachula sub Baijs, & Petra sub Puteolis, Marina tenuis irrorata, & ex Cadmia aquæ omnes & colyria. Suffusionibus verò, non a leo Hypocysi confirmata, tam potus prædictarum medici, quam ex discussoriis ex alto cadentes aquæ auxiliantur. Quod promittit Astrunum cum duccia, duccia Sancti Philippi, Badenia in Heluetiis, Grotta ac similes, & colyria ex æruginib[us], cadmiaque præparata. Sic lacrimas ex fistula importunè abortas exiccare, in quo enea prævalent ebitate, vel ex Minio aquæ etiù perfusæ, quales multæ iuxta Minium fluuium in Galicia: & ad lucum Augusti. Sordidas vero ex antiqua lippitudine lemas, vel ex alterius exalti morbi reliquijs, cum potationes non noceant, assidue tamè ex medicatis ipsis perfusiones exiccant, aureis, æneis, miniatis, æruginosis, ac arte cum pompholyge paratis. In vniuersum omni inueterato oculorum affetui duccia baln. in occidente adhibita propria est: ubi nimirum eorum nerui habent originem. Idem lib. 6. cap. 15. In Ilua Tyrrheni maris ob feri metallum per celebri insula, eminet occidentali situ altissimæ rupes, que tota fere coaceruata pyritide lapide videtur, ac crebris hinc inde aquarum riuiulis irrigatur. Quæ omnes frigidissimæ sunt, cum sapore tamen insigniter acris, ac adstringente, unde & gingiuas laedunt, ac paulic sper detentæ in ore stuporem inducunt dentibus. Utiles ocularijs remedij, fluxionibus numirum, ac lacrymis spontaneis, & rubentibus ex ea causa oculis conspersæ. Idem lib. 6. ca. 5. Aqua de Grotta vel ipso vapore spiritus visiles instaurat etiam senibus. Visum acuit, fistulas lacrymalem, lippitudinem, suffusionem quæ cobibet, Sauanarola. Idem l. 3. c. 4. Visum in staurant etiam sanis ac senibus æneis aquæ, vt Viterbiensis aqua tam nobilis, Ferina item & Tigurina epota, & ex minio in Hispania peculiari proprietate. Rulandus, Visum restituunt, conservat, obscuritatem auferunt Dafingenses, Castlein, Laubach, Spigelberg, acida ochra, infecta. Brintzbach ultra Rhenū scaturientes ex ære & ferro, Pipe inæ, Sylvestres, Löffingen & nitrose aliae. Itē, Contra oculorum vita valent Neubrunn, Badenweiler, Fideris. Item: Ad oculorū humiditatē, fluxus, lippitudinem profundunt Badenses Hercinæ, Agranae iuxta Bohemiā acidulæ in se & chalcath, ære & ferro, Uveringenses, Leucenses, Spigelberg, Abccb, Zukenthal, Annabergenses,

Dalsingenses, Glottenses, Kefwasser, Niderborn, Volckenstein. Item oculorum clarum atem confirmat, lachrymas sistit, & omnem fluxum ac oculos roborat aqua frigida dulcis pota, & si ex ea lauentur mane oculi, vel in eam aperti immergantur & manus ex ea post cibum lauetur crebro: & ex ea subcalida pedes ante lecti introitum abluantur. Item oculorum suffusioni & Hypochysis conferunt Badenses Helvetiae, Casteiniae, Annabergenses. Oculorum abugini, Valdsborn. Oculorum carnem excrescentem auferit Spigelberg acidula. Fallopius de thermis cap. 17. de balneo Apontensi, Stillicidium buius aquae conductit ad resolutionem oculorum. Item cap. 25. Vidi ex vsu balnei de Corsena cæcum quendam sanatum: in eo est sal paucum, nitrum copiosum non valde acre, calx copiosa. Andernacus, Aquæ medicatæ in Brinzbach ære & ferro imbutæ balneæ visum accidunt. Idem, Aquæ medicatæ Ribbad prope Friburgum ære & sulphure infectæ oculis conferunt, renibusque calculosis: scabiem discutunt. Idem, Aquæ in Apulia Sudatorie distentæ visum accidunt, lachrymas stringunt. Aquæ à Bulla capiti, oculis, iecori, lieni, & vtero idoneæ in caput datæ defluxioni & oculis ægris melentur. Aquæ Locris Neapolitanis n. agno in vsu quemuis dolorè angustiam tollunt: capitis & oculorum fluxionibus caligini opitulantur. Idem, Aquæ calidæ & eucerasæ ære copioso & sulphure infectæ oculorum obscuritati & lippitudini profundit, lob. Göb. dicit de suis aluminosis aquis S. lobii: conferre oculorum doloribus & superfluitatibus si quis aquis abluantur: in alijs affectionibus applicari occipitio vel stillicidio administrari: viles esse ad hordeolum & alios oculorum morbos solas vel cum alijs mixtas: exemplo esse serenæ nobilem, qui cum conquereretur de visus imbecillitate & obscuritate ob humiditatem multam oculorum eis aquis vsus afferebat caliginem omnino ademptam, & optimè restitutum visum. Causæ quoæ me mouent ut existimem præcedentibus oculorum affectionibus posse prodeesse aquam fontis medicati Bollensis sunt facultates à Dioscordi attributæ Pyritæ lapiti: cum ait excalfacere, abstergere, offusam oculis caliginem expurgare, excrescentiam in carne cobibere: & quemadmodum ante annotauimus, mixtura pauci salis, copiosioris Gagata vel bituminis, iuxta mixturam Beliluc. minorem tamen, Salis enim vel minima portio facit ad abstercionem. Præterea ex facultatibus lapidis Gagata à Diosc. ascriptis. Potest etiam demonstrari quibusdam affectionibus oculorum viilem esse posse aquam Bollensem, quia vis ei molliendi & discutendi: qua facultate etiam præditum Bitumen eodem aut bore, cui quoque lib. 1. cap. 83. Naphtham vocat Babylonijs, bituminis colamen colore candidum, interdum nigrum, ad suffusiones oculorum & albugines utilis. Galeno etiam tributa Bituminis vis resuscitatoria tum excalfactoria in secundo ordine: quæ facultas moderatæ calfactiens utilis est oculis, quia violentiora acria ferre non possunt. Cur non etiam liceat de nostro pyrite addere in tenuissimum puluerem redatto supralatè pideum marmoreum?

Ad oculorum claritatem.

Aq. frigida.

Lotio pedæ.

Ad suffusionem.

Aq. Aponæ.

Cœcus sa-

natus aqua

Corsena.

Aq. Brintz.

Aq. Ribbad.

Aq. Sudato-

rix.

Aq. à Bulla.

Aq. Locris.

Aq. calidæ

Leucenses.

Aq. S. Iobi.

Historia.

Bollenses ad
oculorum
morbos cf.
ficas.1. Ratione
salis2. Ratione
Gagata.3. Ratione
Bituminis.4. Ratione
pyrites.

Ad aurium affectus C A P . X X I .

Ad aurium
vario mor-
bos Belili-
canarū vſus

Aurium affectus, Dolor ex intemperie frigida sola, aut intemperie cum materia frigida, crassa, glutinosa, flatuosa: Tinnitus seu sonitus ex flatibus: Grauis auditus & surditas recens ex crudis crassisque humoribus mitigatur potu aquæ per plures dies continuos. Purgato satis corpore laticem in fundinus auribus & effundimus. Crassamentum exsiccatum addito sulphuris & styracis calamitæ modico, more suffitus per acetabulum excipiunt, item fermentum aquarum vaporem teste Plinio. Ulcera sordida, purulenta, sordes, caro excrescens, vermes, calculi vel alia corpora immissa exigunt frequentem ablutionem internam & externā aurium aquā t hermarum Belilucanarum per se aut stillaticiā. Post madefiat in aqua emmotum: id auribus imponatur per horæ se missem. Extrahatur, & aliud crassamento limouè imbutum indatur: Interea decumbat æger, non dormiat in aurem affectam, Dortom. In eandem sententiam Baccini lib. 3. cap. 1. Eisdem porrò balneis ac eadem ratione aurium morbis mendendum quas iam capiti, ac maximè à causa frigida applicuimus. Afrigida enim ac immersa in illis partibus materia plerunque fuit obstructio, sonitus, surditas, grauitas, & hinc ex distensione dolor, tumor, humiditas, purulentia, quibus omnibus necesse est per discussoria balnea medicari. Quales inter Italiam Duccias sunt illæ tres præcipue, S. Philippus, Corsenum & Aponus, quibus ad prædictos affectus communiter hodie vitim certissimo successu. Facit & nitrata aqua infusa tepens, quæ & vermiculos intus necat aggeneratos. Faciunt & Astruni balnea sub Puteolis, & balnea Carpi virtute partiali, omnia calida subtilis essentia, ac digerentia. Nec minimè in potibus viles & tan in calidis quam in frigidis Aeneæ aquæ, quibus prima iuventuti sensoria tribuitur, vt sub Viterbio Grotta Iasielli, ac Nausiæ dictæ, Leucæses, Fabarienses, Ferinæ, Figurinæ, huiusmodique aliae. Fallopinus de thermis cap. 17. de balneo Aponensi. Stillicidium huius aquæ conductit ad aurium sibilum: ad tinnitus & ad surditatem præsentे temperie frigida & humida. Constat autem hæc aqua que caliditate actuali depilat sale copioso, lapide calcari & vapore sulphureo. Item cap 26. Ago maximas gratias Deo optimo maximo quod balneum de Corsena construxerit, videtur propria ipsius manu efformatum: Cum essem penitus surdus, ex geminato stillicidio eius accepto totum fere auditum recepi: Vidi etiam alios surdos ex vsu istius balnei fuisse sanatos. In eo inest salpancum, nitrum copiosum non valde acre, calx copiosa duplo & triplo aliam superans materiam in eo balneo contentam: Et quamvis aqua calidissima sit, tamen non nisi panus vapor sulphureus inest. Andernacus, & que Vembdingenses manufactæ calidae, surditatem & flatus aurium dissipat. Idem, Aquæ in Apulia à Petra dictæ omnes capit is molestias dissipant, surditatem, oculorū caliginem, suffusionemque discussiūt: peccori & cordi salubres. Aquæ Pfesser. Valtherus Riuinus: Pfesserbad Rhétorum constat auro, sulphure, & sale nitro, restituunt auditum deperditum. Iob. Göb. aluvionis aquas S. Iobi viles

Bal. discussio-
naria ad au-
riū morbos.

Nitrata.

Stillicidium
Apon.

Surditas
surata bal-
neo Corien.

Aq. Vvemb-
d. Aq. à Petra.

Aq. Pfesser.
Aq. S. Iobi.

esse scribit ad tinnitus aurium ex crassis vaporibus fotu administratas : per silicidum posse etiam ijs curari veterem aurium fibilum. Rulandus, Ad aures Censu bal- & auditam valent aquæ Piperinæ, Kefwasser, Laubacenses, Dafingenses, ac res facien- lotio pedum cum aqua calida dulci ante introitum leedi. Ad aurium sonitus, tin- tum. Badenses Hercinæ, Austriae, Annabergenses, Villacenses, Abeconses, Teplicæ, Sylvestres, Vvendingenses & nitroæ. Contra aurium fluxus & humiditates valent Dafingenses Kefwasser, Margraffbaden, Vvolckenstein acidula in Kis- sing & Vvebr. Contra aurium dolorem frigidum valent Vveringenses, Vvalde- bron. Aures purulentas, inflammatas & tumefactas sanant aquæ nitroæ in. Ad doloræ stillatæ auribus. Item, Surditatem remouent nitroæ Dafingenses, Brigerbad. Ad purule- tas aures. Neubrun, Badenses Austriae aquæ calidæ multum sulphuratæ, parum nitroæ Ad furd- ac aluminatæ Antegaste nominatæ, Abeconses, Teplicæ, Villacenses, Vvendin- genses, Piperinæ Spigelberg. Non minus emolumenti ad affectus quibus obno- xia sunt aures ex Bollensibus sperem. Succino quippe nigro sive Gagata lapidi vis est iuonazum: idemque serpentes authore Dioc. fugat: Bitumen discutit: Py- rites ab Stergiis &c, atestante Galeno, conſtantia grumosa in ſpacij musculo- rum intermedij nata, per halitum digerit. Pbi tinnitus aurium, dolor, & furdi- tas à frigidis humoribus, id dederim confilij ut per actis generalibus que totum corpus recipiunt pro topico recipiatur in aurem vapor per infundibulum inco- etis aliquibus herbis conuentientibus: deinde apponatur ſacculus plenus tenui- ſimo puluere bituminis & succini, madefacti in feruentia aqua fontis nostri. Si Ad illapsa aqua in aures illapſa, vel animalcula, festucae, puluis & similia ſacculum ex te- nui & rara tela plenum bitumine & Gagate, calide fuaserim ſuperligari auri. Si calculi vel similia magna corpora, vt aliquando viat nucleum allij, aquis me- dicatis præferrem lubricantia & relaxantia vt olea amygdalarum dulcium, vio- fera ab ortu statim iobore croceo manantibus auribus, cum maligna crux ſaque facie ſabie, grauique inquietudine conflitatum, potu & lotione aquæ Bollensis incolument redidiffe. In purulentis auribus non improbarim etiam balneū Ad vvol- præmissis præmittendis, ac ſilicidum: nec non iniectiones palueris pyritidis te- nuissime triti cum aqua mirabilis.

Ad narium affectus.

C A P . XXII.

Narium affectus, olfactus deprauatus ab humore crasso obſtruente offa- di humoribus, aliudue narium ulcus, curantur potu multo ac frequenti aquæ Belitucanæ, naribus Errbini modo aqua attracta è volam manus, ore pleno aqua communis frigida. Ex exſiccata vel exuſta, item reliquæ aquarū vſtæ & rursum lotæ hic conferunt, vt etiam in aurium ſordidis affectibus, Dort. Baccius

Pottus.

Abscessus
narium.Thermařū
index ad
nares fa-
cientium.

Bollenses.

lib.3 cap.10. Per potum ministeria iuvant aeneæ, nitratæ, idque genus aliæ pura-
gantes aquæ, de Grotta, de Tiguro, Porretane & his aliæ consimiles. Nec mino-
ri efficaciâ ad abscessus iã incipientes occurunt, trabendo ad infima, ac vacuâdo,
quemadmodum cõfperæ plumbeæ iam factis ulceribus, Ozanæ & Po. ypo, qua-
les in Lotharingie montanis, vel arte ex delato plumbô comparatae, & item Al-
bulæ prope Romanum per Alumen dilutæ, omnem fætorem leuando. Rulandus, Cö-
tra narium, sedis & aliarum partium excrescentias valent aquæ Niderborninæ,
Glotten/ces. Item, Narium excrescentiam, Ozanæm, Polypum & curant, Castein,
Zuckenthal. Item, Nares à morbis ciuis que olfactum conservat aqua dulcis fri-
gida vel tepida naribus attractæ; idem prestant annabergenses. Vt item futuram
aquam mirabilem Bollensem supradietis narium morbis, appetet ex facultate
que tribuitur à Tabernæ montano aquæ que Pyriten lambit: nempe curandi
cancros & fistulas: quò perlinet & illud à Dioscoride proditum, cui Pyrites ab-
stergit, durities concoquit & concocta discutit. Et inter historias nostras una de
quodam laborante vlcere narium & herpete sub axilla, qui verti attatus quæ
laboraret lue venerea, cuius sanè suspicio, nec curatus, nisi vsu aquæ medicatæ
Bollenfis in balneo & potu. Placet balneum, attractio in naribus aquæ nostræ me-
dicatæ, dum balneabunt & extra balneum, linimentum paratum cum butyro,
pulucre lapidis scissilis & pyrite tenuissimo.

Ad sanguinis profluuium ex naribus aut alia etiam ex parte.

C A P. X X I I .

Aq. Cellens.

Historia.

Aq. Vinadi.

Aq. Regiq.

Elechus aq.
ad hamor-
thagias.

A Quæ tepidiusculæ Cellenses sanguinis profluuium ex naribus aut alia etiam
Ex parte non solum in potu, sed etiam in balneis singulariter prodeſſe mul-
tis exemplis didicimus: maximè in Nobili viro qui tæpius quotannis im-
medicabili sanguinis fluore per nares ad mortem usque laborare solitus erat. Hic
cum istis aquis quotannis bis pteretur, reliquo tempore uibil incommodi sentie-
bat: Cum autem intermitteret, rursus in morbum incidebat, Andernacus. Idem,
Aqua, Vinadi in Pedemontio ferreæ potu sanguinis fluori utiles: confirmant
ventriculum: similes etiam sunt apud Pisæ Reginæ dictæ. Baccius: Salsæ autem
& atramentatæ sanguinis ex naribus fluxum retinere valent, ut aluminate os-
mnes, ac nitrate etiam in fotibus, plumbeæ, ferratae & quæ gypsum ducunt.
Item lib.1. cap.1. Iure balnei ac potum adstringentia faciunt sanguini undecun-
que mananti aluminate, ut Albulæ & Porretane: ferratae ut Sancti Cassiani
omnes, villæ Luce, Caldanæ Piforum, Calderana Veronæ. Plumbeæ in Lothar-
ringia, atramentatae in Velaterrano, aqua ex gypso & quales emplasticæ S. Vis-
cortis sub Fabiano concalfeatae, & in balneis adhibitæ. Et demum quæ valde
conferunt arte paratae, ex hematite lapide à proprietate, ex rubrica, sinopide,
autimonia schisto. Si sanguis ex naribus effluat larga & improuisa ægro frigida
de multæ aquæ affusio prodest mirificè. Rulatus, Fluxus sanguinis narium aliæ
rumque partium suppressunt aquæ Cellenses, Löffigenes. Acidulae in Kelub;

Kessing, Göppingen, Kesselborn & ferratae: & aqua frigida dulcis fronti & ceruici crebro apposita. Hæc ille Obnoxij hæmorrhagia è naribus nihil p̄festantius venæ seſtione ad præcautionem & curationem: quanquam ad præcautionē morthagia etiam non improbem purgationem per potum aquæ fontis Admirabilis: deinde mediocrem potum inter cibos, acidularum. Si quis lauare velit, caueat à calidore lauacro & diuturniore mora. Fluente sanguine confert aquam frigidam conti-
nuo in ore tenere, cum incaleſcit mutandam ſepe in nares trahere, addita argilla vel bolo: Vtile etiam alterutri narium imponere turandas ex pilis leporinis non conciſis ut præſcribit Guido & alij, intinēti in linimētum ex aqua frigidissima, argilla vel sanguine Herculeo aut bolo, ac albumine ouī.

Ad Scrophulas & Bronchocelen.

C A P. XXIIII.

Scrophulis ex pituitoso melancholico, humore ortis, Bronchocelæ niuofas serum aquarum potu contrāctæ, potu & litu præſentaneo aquæ Belilucæ, aquarumque partes præſidio ſunt, Dortom. Aquæ thermales, inquit Fallop. de thermis cap. 7. potu accepta inuant tantum illas partes per quas tranſeunt & quas fouent: Partes verò illæ quæ nec tanguntur, nec fouentur, puto quod non inuentur. Adiuuantur fauces & quæ circa fauces ſunt ea: um puto, & ideo antiqui exhibebant aquas Pinnae Vestinæ voilatas ad diſciutiendas ſtrumas vt Aq. Pinnae ait Vitruvius lib. 8. c. 7. Andernacius. Aquæ rubræ & quæ frigidæ Lucenses aeratae Vefline. aluminofas potæ tonsillis, auribus, vua & oculis commendantur: has calefacere Aq. Lucenses. oportet. Ioh. Göbel dicit aquas aluminofas S. Iobi curare bronchocelen. Baccius de tber. lib. 4. cap. 9. In Baiānis est Scrofa balneum, quod à scrophulus fanandis Scrofa bal. dicitur ad vitia quoque cutis perutile. Item lib. 3. cap. 1. Broncoelas autem, id est deformes ſub glutture tumentias, Gibberosi ebita aqua ſub Baijs pollicetur ex proprietate reprimere, balneum ex bituminofis aſi diuē vſurpatum, Plumbeum in Lotharingia, ex ochra vel æruginib[us] parata aquæ. Sicut scrophulas ſubnaf- centes abolere Scrophæ balneum item in Baiānis & digerentia, & calida alia diuifimē ſota, vt nitratæ calentia, ac uen. ebita, quales placuit Vitruvio cele- brare Subcutilas aquas in Sabinis, pa: iterque fomenta ex bituminofis, ferreis, plumbeis, & ex brasīca parata. Ruland. Glantularum mala depellunt Carolinæ, Glandula- Glottenses, aluminatæ, ferratae ore retentæ. Item, Strumas diſciutit ac pellit Zu- ckenthal. Vvolkenſtein, Carolinæ, Annæbergenses & nitroæ. Iam verò & v- sum aquarum fontis admirabilis poſſe non ſine ſuccetu prædictis morbis vſur- pari nō dubito, priu[us] benè repurgato corpore, ob eruata vičtus ratione tenuiſima Bollenium ad ministrādi ratio in Broncho. cum multo labore: quali viuntur Hispani scrophulosi cum veniūt in Galliam vt & Scropha- tangantur à Rege, prouocato multo ſudore, parato ceno ex aqua, pyrite & lapide ſciſili vſis ac etiam ipſo Gagare & bolo. Scrophulosis profuſe in h[ab]itorij ana- potayimus.

TVmidis & concisis labris ob frigus mederi aquas Belilucanas dicit Dors tomanus. Idem præstare posse nostras Admirabilis fontis non dubito, se cā sepe eluantur, linteolis pōst superdatis. Ad id etiam utiles erit Axungia Lunæ cum butyro vel oleo amygdalino. Iuuant, inquit Bacchus, peculiari facultate os ac fauces aeneæ aquæ, vt Grotta tam celebris, & Tiguri in Gallia, & quæ in balneis Attinonitis scatetra aenea, & Leucenses in Valesijs. Deinde nisi

Tonsillarū & columellæ inflammatio.

tratæ, & que pro tenaci substantia mouent, nec secus collutæ omnes. Tonsillas cobibent, columellæ inflammationem, tumoreisque restringunt eadem, & ad Villam sub Luca potionē, collutionesque, ad Porretanas, ad Tigurum, ad Viterbiū. Fauces aperiunt vocem insaurando eadem, Nitrata, & præsertim Brachula, & ex Petroleo, sub Baīas ehibitæ, Astrunum balneum, Tigurinum, Letharingicum, Leucense & Zanæ in Africa Anginas ac pleuritides arcent. Ruzlandus, Fauces & os ab anginâ fluxionibus alijsque malis præseruat collutio oris ex aqua frigida dulci. Item aquæ Lucenses. Item: ad vuæ affectus conducunt Veringenſes, Vvolckestein, Gypſe. Item: Ad oris virtutia conferunt æreæ, aluminosæ, Annæbergenses, Aquisgran. Glottenses, Leucenses, Piperinae, Vvolcken-

Stein ore retentæ. Tonsillas affectas sanant æreæ aluminatas, Keffelborn, acidulæ Aquæ Kef-

irfectæ ferro, æreæ atque calcantbo, Kissing, Vvolckstein, & acidulæ pleræque: selborn. Item ferratæ, gypſee, nitroſæ ore retentæ. Item ad vuæ affectus conducunt Glot-

Bollenſis v. fus in fau- cium aftec- tibus.

tenses, Leucenses, Veringenſes, Gypſe per crebram collutionem oris. Hæc ille. Non video cur non possint nostræ aquæ eadem præstare, que precedentis collu-

tute frigidæ vel calidæ pro ratione & tempore affectuum, per se vel addito san-

guine Herculeo aut Axungia Lunæ priore. Historiam habemus puellæ curatæ &

defluxione in fauces potu & collutione.

Ad Aphthas gingiuarum & dentium affectus ac scorbutum,

C A P . XXVI.

Aqua Beli- lucuca.

AQuæ Belilucanæ medetur oris affectibus & ulceribus aphthodeis pituis tosis ablutione potissimum: Epulidi carnis excrescentie in gingivis, bus midis excrescentibus gingivis, Dortom. Facit vero ad gingiuarum abscessus collutate pida efficaciter vel nitrata, vel salta. Corrosis vero ac laxis, sicut & dentium infirmatæ que nimis ex acri & salta è capite fluxione dependent, non vulgari auxilio faciunt quæ ad destillationes supra retulinus, potionē, balznea, discussoriæ & asperções. Sicut collutæ salta, montis Catini in Tuscia, Aquarj oppidi in Aemilia, Succellaria Baiarum, Porretanae & Albulae, ambæ ex alumine, Caldanelle cum ferro, & que variae sunt tituli s. Bartholomei sub Patrino, Astrunum à proprietate, Corporum balneum, & Veronense. Inflammatis cruen- tis que

Gingiuatu- inflamatio.

risque ac multa acri humiditate fluentibus gingiuis magnopere conferunt aquarum dulcium, & temperatarum balnea ex aërio. Faciunt porro predielæ mineales omnes ad confirmata jam vlcera, aphtasque quocunque vsu omnes, & pæterea ex antimonio parata gargarismata, ex æruginibus fortiora, ex auro inter naturales sub Fabaris, & ex ochra quales habentur in Germania quædam. Iac. Theod. Tabern. Aquæ pyritæ tribuit facultatem Scorbutum & Aphtas. (Mundfaul) si ea saepius os colluatur, curandi. Rulandus: Gingiuarum putredinem, humores, carnemque superfluam sanant aquæ ferratæ, aluminatæ, salæ, Abecenses, Aegyanae, Annæbergenses, seu S. Iobi, Vvolckensteininæ, ore retentæ. Item, Scorbutum sanant Abacenses, Aquægranenses vel Aquenses aquæ calide sulphure, sale, & alumine infectæ. Hæc ille. Multis rationibus possem demonststrare aquas medicatas Bollenses & acidulas ad aphtas utiles esse, si mibi omnia saepius repetenda esse existimarem. In ijs interim laudarim potum ad evacuationem nostrarum, deinde acidularum post evacuationem, ablutionem ex vtrisque, linimentum paratum cum melle, pulu, tenuissimo belemnite, pyritæ, & marmoris metallici. Sed etiam dentibus sui sunt dolores, sui morbi. Dortoma: Dolori dentium ex frigiditate sola aut frigidis humoribus, dentium detaraptioni & decolorationi ob humores viscidos, lentos, & fuliginem, medentur Belilucæ thermæ. Andernacus, Fons Vvaldsborn lapidibus bituminosis infectus valet ad capitum defluxiones, dentium dolorem & aurum ex frigida causatum. Iob. Göbelio aquæ aluminoæ S. Iobi profunt doloribus dentium diu ore revertentæ: eiusdem frequenti collutione dealbari & repurgari dentes qui incipiunt corrumpi prodidit. Ruland. Dentum dolorum auferunt Syluaticus fons Vvaldsborn, Abecenses, &c. calidæ sicce per collutionem adhibitæ. Dentes mobiles confirmat & sanos conferuant aquæ Aegyanae, Annæbergenses, Casteinenses, Vvolckensteinenses, & aqua frigida dulcis quo os sape colluitur. Hæc ille. Qui conferet mineralia nostri fontis cum præcedentibus, comperiet nostras aquas idem posse præstare quod præcedentes.

Ad Raucedinem.

C A P. XXVII.

RAUIS seu Rancedo, à Boreo flare incipiente: Nam tertio die, hoc est postquam aliquamdiu inualuerit vix huius inæqualitatis vocis causa existit, sed aut pluvijs mitescit, aut assuetudine se toleratu facilem reddit: Easine potu aquæ Belilucanæ mitescit fumum hauriente & in calido balnei folio versante sat diu ægro, Dortom. Baccius lib. 5. cap. 6. Brachulæ ex natura aris sulphure non mediocriter participantes, grossas fauces subtiliant (bronchocelas vocant) raucam vocem ehibitæ claram redditunt. Idem lib. 3. cap. 1. Vocem clarificant apertientes ac tenuis naturæ epotæ balnea, & eadem nitratæ, Tritola & Luncariae & Astruni aquæ sub Puteolis. Petroleifons ad Baias de natura bituminis Grotta, Tigurum, ac similes ex ære, Fiuncella, Porretana & Carbi ex ferræ ac

Vlcera oris.
& Aphthæ.

Gargarismi.

Pyritæ aq.

Scorbutus.
Epulis, Sto-
macace.Aqua resi-
stentes sco-
buto.Accomo-
datio.Ad dentis
affectus.

Beliluc. aq.

Vvaldsborn

fons.

Aq. S. Iobi

ad odontal-

gian.

Ad mobili-

tatem.

Aq. Beliluc.

Aq. Brach.

Vocem cla-
rificantia.

alumine, & nitro, & ex Sandaracha aquæ, qualis Zame fons in Aphrica. Balneis vero vtendum his ex dulcibus aquis frequenter, ac cibos comedent qui erosionis sint expertes, ac laxent. Cauenda autem his qui vocis affectiones patiuntur balnea quæ nimis exsiccant. Item lib. 6. cap. 5. Aqua à Grotta sub Viterbio asthmati concoquit, anhelosus suspiria mitigat, vocem cantoribus clarificat, quod aeris tribuitur, & faucium morbis medetur. lib. 6. cap. 13. Ex autoritate Varronis

Aq. Zamæ. aquæ Zame in Aphrica canoram facientes vocem. Rulandus: Raucedinem, graues Ribbadenses d' nemq; tollunt: Ribbadenses que constant ex maiore parte sulphuris, minore aeris: Valdsborn: & calida aqua dulcis orerentata. Est & inter historias nostras videre aquam fontis Admirabilis facere ad raucedinem, felici Concionatoris experimento. Quæ si etiam ex faucium ulceribus nata sit, ut saepe elephanticis vsu venit, collutionem è Bollenisbus frequentem commodaturam haud dubite.

Ad affectus linguæ & tumorem, ranulam, paralyсин, mutitatem.

CAP. XXVIII.

Aponenses. **L**inguæ tumoris utiles Belilucanæ, ac batrachum seu ranulam ex pituitoso sanguine sanant, Dортom. Fallopius de thermis cap. 17. de balneo Aponensi: Stillicidium huius aquæ facit ad resolutionem linguæ. Rulandus: Linguae nimiam humiditatem, paralyсин sanant Piperinæ, Annæbergenses & consimiles. Mutos sanant Neubron & Spigelberg cui aqua acida ochræ infecta. Ranula cum non parvus sit morbus neque facile unico aquæ medicato remedio possit curari, doctum & expertum Medicum tum in aquæ tum aliorum præsidiorum pse & administratione in consilium adhibendum esse censeo. Ad tumorem vero & paralyсин lingue inservire posse aquas medicatas sperem, si omnia ritè admittantur, vt affectis Hemiplexiæ: evaporationibus potius vtantur quam multo balneo. Stillicidium etiam placet, additis caput roborantibus & exsiccantibus: ac crebre ex calida collutiones & retentiones in ore additis stomachicis, vt melle anthofato, conseruâ primulae veris & similibus. Ad mutitatem nostras aquas utiles existimo, potissimum si est à resolutione vel paralyssi, nec qualibet mutitas vel aquis medicatis ac etiam alijs remedij curari potest.

Adrupta & vulsa circa omoplatas, ad dolorem clavicula-
rum, scapularum: ad gibbos.

CAP. XXIX.

Rupta & vulsa circa omoplatas ob villorum fibrarumque in musculis dorso solutionem continui, per interua la dolorifica, limo aquarum mitigantur. Postquam inaruerit limus, balnei aqua cluatur vt recens & crudus denuo imponatur, idque pluribus repetatur per quatriodium vicibus mane, meridi & vesperi. Claviculæ scapularumque dolor ab intemperie frigida simplici vel

cum materia, immersione in aquam, fotu eiusdem crebro & ceno luto in aprico, aut alio loco mundo & sereno planè mitigatur, maximè si ceno parum olei luma bricorum, vulpini, vel de castore commisceatur, Dort. Eadem in ijsdem affectibus, pariꝝ successu vt confidimus, erit Bollenſium administrandarum ratio, tum vapore excepto, tum limo è pyrite, lapide scissili, bitumine & pauca argilla confeccio subactoꝝ imposito. Cum ſæpe gibbi à cauſa iſtue accidunt, non immeritò videtur ſubiungendum, quid huins cauſa à thermis fit ſperandum. Andernaco, Gibbos diſcutiunt Vyembdingenses aquæ manu factæ calidæ. Ego quidem Gib-
bum nullum ſolo vſu aquarum medicatarum curari poſſe credo : Non negarim ut cōférant
tamen viriles eſſe eas cum cæteris remedijſ tum maxime vbi partes ab iſtu cauſuē
labefactate ſunt roborandæ, nec non vbi principiū à defluxione pitiatoſa: Tunc
ſtandardim præmissis præmittendis Stillicidium in partem addendo aquæ admis-
ſibili, chamepytim, ſaluiam, rorommariūm & ſimilia: poſte a ſuperimponendo
lutum factum ex aqua admirabili, pyrite, lapide ſcissili & bolo Teckſiano, vel
etiam argilla. Oportet etiam egrum geſtare thoracem durum loricamuē com-
primentem partem que incipit protuberare, cuius confiendiæ aliquot modi do-
centur in lib. med. II. Principis Domini Ludouici Ducis Virtembergici.

Ad māmilarum & papillarum affectus.

C A P. XXX,

Mammæ ſoriantes, turgentesque citius & plus quam deceat ob humo-
rum ſeu vaporum eò inclinanțium orgaſmum, mensium tardiorē eru-
ptionē cutem vniuersam denſorem & perſpiratu difficultiorem, ſident ſi
per dies quatuor pluresuē aqua Beliliucana potetur mane & vſperi ad doſin lib.
i. ſ. bis diebus elapsis foueantur mammæ liquore hoc: demum poſt fotum illinā-
tur fece balnei, admixto ei melle cocto & deſpumato ſimplici, anthoſato, vel ana-
cardino. Dort. Iob. Gobelio aquæ aluminoꝝ S. Iobi mulierum mammas contra-
bunt, duriores & firniiores reddunt ſe crebro linteola in aqua madeſacta illis ap-
placentur additis alijs aſtrigentibꝫ. Pantal. de thermis Tiguriniſ cap. 18. dicit Mammæ
eas facere ad mulierum pendulas mammas, eas contrahere & duriores reddere,
potiſſimum ſi ſimil ad noctem lintea madeſacta in ſucco prunellorūm ſylu. &
aceto applicentur: eas mulieres poſſe etiam bibere aquam. Baccins, Fontanalem An aq. lac
dictam in Puteolano aquam promittunt lac multiplicare, cum id tamen natura
opasfit. Nam lac exſiccare artis quoque eſt, vt cum mamillas infantarijs co-
piam laetiſ non ſuſtinet marina aqua aſtidue fouemus, vel ex Grotta ſumptis,
vel ex plumbeis in Lotharingia, hiſq; ſimilibus extenuantibus. Rulando authore Mamillæ
mammis laxis conſerunt Annæbergenses. Supra diectis vitijs conſert aqua admis-
ſibilis ſi addatur puluis fluorum alborum marmorii ſimilium, & belemnite, ac Accomme-
parum aluminiis. Vtilem alioqui lapidem ſcissilem nolim addi, ne prauum colos
rem imprimat, nec cetera adſtrigentia que id facere poſſunt, vt gallas & me-

licorium. Non absurdè & mammaria tumoris (et si de tumoribus in genere suo loco dicetur) propter affectam partem eandem meminerimus. DORTOM. Tumor mammarum à flatibus ortus: Scirrhous earundem ad modum scrophularum perceptibilis, ob frigida repellentiaue remedia humores cogentia in glandulosas mammarum partes potum aquarum Belilucanarum expedit, non qui vacuet per multos dies, sed qui calefaciat. Ob id primo die vacuandum assumptis aquæ lib. duabus vel tribus. Sequentibus diebus sumat lib. 1. vel 4. vel 5. tantum, ut eisdem tum etiam mergi possit. Foueantur mammae, liniantur cano addita axungia crux rum vituli. RULANDUS. Mamillarum duritiae tumorique CASTEININÆ. Mammarum ulceribus Badenses Hercinia & consimiles conferunt. Hæc ille. Ad tumorem mammarum & ulcera non improbo balneum & fœtum aquarum nostrorum. Altumores probo vsum bituminis triti cum aqua ad fœtum moderatum, ne plus altrahat quam resoluat. Ulceribus in exitu balnei infiberti potest puluis crustacei lapidis adhaerētis cacabis, vel pyrite aut lapidis scissilis tenuissimè triti per se vel cum melle. De cancro mamillarum, CAP. de elephantiasi dictum est. Papillarum autem tumor DORTOMANO, carnis excrescentia, fissura ex humorum copia & frigore, fœtum ex aqua Belilucana, litum è cano flagitant. Simili ratione papillis affectis utilis erit lotio ex aqua fontis nostræ tepida & linimentum factum ex axungia Lunæ prima, pyrite tenuissimo & butyro.

Ad Lactis correctionem. C A P. XXXI.

Sparg.
nōis. Præcep-
tiones in aqua
rum potu. **L**ac frigidus, serosius, humidius in obesis fœminis, alijs uè quibus tale existit ex causis externis seu internis, calefit diutinè & frequenti potatione Belilucana aqua, in pauca tamen qualitate, lotione balnei, fœtu mammarum ex aqua lutoſa. Fœtu diſtillatae huius aquæ cum saccharo in prandio & cena: vſu reliquarum pro ſale in obſonij. Colostratio autem ſeu in Casei grumique morem lactis coagulatio in mammis ob copiam non exueri lactis, vel frigus, potum, fœtum, & litum aquarum Belilucanarū deſiderat, ut tumor mammarum, niſi quod in litu mel scylliticum ceteris ſi preferendum, DORTOM. Medicus aſſiſtes ægrotæ poterit praescribere vſum aquarum medicatarum admirabilis fontis & acidarum pro ratione pereſone & immuniti lactis. Si obesamulier, conſeret repurgatio per cathartica & aquam: deinde balneum, non tamen calidius & ſine longiori mora, proderit & fœtus mammarum. Si calidiori ſit temperamento praesertim hepate, os amarum & cibi minus sapient, ſuspicio ſubſit viscera biſilioſis humoribus redundare, euacuatio inſtituetur ex aqua admirabilis fontis. Si difficultius ægrotæ aliud ſoluat, neque efficaciter ob id vires ſuas aqua exferat addetur trochis ſus axungie Lunæ ſecundæ: celebrata purgatione, ad intemperiem calidam corrigendam, acidularum potum praefero. Non Oberit etiā ſe que ſero abundant interdum excepto vapore mouere mediocriter ſudores. Ceterum in coloſtratione, aquas noſtras probe. Cum enim bitumen teste DIOSCOR.

dissoluat concretum sanguinem non potest non prodeesse litus cum parca argilia
bitumine tenuissime trito, paucō aceto addito etiam oleo rofacere: Fosus quoque
Bollenfum intinētis pannis tepidē sāpius applicitis, quo impediatur inflamatio.

Ad Alarum, inguinum & pedum foetorem.

C A P. XXXII.

Alæ fætidæ & birquitallæ, quod commodè recipientia putrentia recrementa è
grandioribus vasibz calore & humore multo scatentibus ad raram, laxam, Beliluc. ad-
glandulosam sedem sic curantur, nisi in valde annois. Per integrum septi- ministratio.
manam mane hauriat aquæ Belilucanæ lib. ij. vt depleatur à noxijs humoribus:
altera septimana balneo harum aquarum interdiu abluantur, alas depiles confri- Epipasma.
cando: lecto compositus asperget reliquias aquæ post distillationem, quibus ad-
datur puluis foliorum seu granorum myrti, lentisci, tinctorum, & maximè ras-
dix scolymi. Loco salis edulis vtatur his reliquijs cum sale communij, pipere &
nuce moschata inter pastus. Dort. Rulandus, Alarum sudorem & foetorem tol-
lunt aquæ aluminatæ, ferratae gyphæ, nitroæ & Vvolckensteineræ. Item fæ-
torem alarum, inguinum pedum auferunt aquæ Niderborn. Item, Inguinum sus- Bollenf pa-
dorem, foetorem auferunt aquæ Niderborn Vvolckenstein. Tumorem Teplicæ.
Hæc ille. Probo si per vsum aquarum medicatarum, vt nostrarum, repurgetur
corpus per alumini & per sudores: Non tamen hoc consilij dederim vt facile emun-
dorij adstringentia aut repellentia adhibeantur. Quò enim natura vergit eò du-
cere oportet, si fiat per loca conuenientia, inquit Hippocr. Vbi natura grauatur
putrido humore sero, quis locus commodior, quam alæ & inguina? Similitud-
inis affectus & curationis ratione ducti, bona Leætoris pace, pedum quoque fæ-
tores attexemus. Dortom. Vuidi & fætentes pedes, multis tales ob humorum
putrentiū copiam qui putredinis sunt particeps, etiamnum cute delitescentes:
aut quod crebrius accidit, per poros egesti, neglecti vel non curatis à sordibus
pedibus secundum cutem, putrere atque tum fætere incipiunt. Abluantur igitur
crebrò balnei Beliluc. aqua cui saluie & absinthij comæ additæ, mundis linteis.
Item tertio quoque die assumant aquæ thermarum lib. ij. plus minus manæ quo
tamen die à lauacro defiant. Hū nisi conquiescat affectus eadem methodo. vt e-
dum qua in alijs birquitallis vt modo dictum. Hæc ille. Non dubitarim aquam
admirabilis fontis eo modo quo Dort. docet administratam, idem prestare posse:
& felicius meo iudicio quam cum balneo Rulandino, quod ad fætorem pedum
recipit Aluminis m. i. coquendum in s. q. aquæ: in qua vsque ad talos immittan-
tur pedes manæ atque vesperi & diu multumque fricentur, lauenturque. Suspe- Astringenti
ctus est mihi vsus copiosoris aluminis in hoc affectu ob multam astrictionem: nimis vifus
Verendum ne praui humores & vapores retenti tanta astrictione, creent alii
quem deteriorum effectum.

Baln. cœsus
ad alarum
hircum.

Pedum me-
phitis.

Ad dolorem laterum externum & vlcera.

C A P V T . XXXIII.

Dolor laterum externus ex flatum vaporum è copiâ aut alia causa consuetus, maximè autem frigore externo & Aquilonaria tempestate sic curandus: abluî mergique toto corpore æger debet. In balneo fricitur multum & duriter pars affecta. Egressus balneo lecto componatur, sudet copiosè. Post abstersionem sudoris, foueatur cœnosâ bac aquâ pars dolens. Hæc fiant bis teruè in die, Dort. Simili modo possent administrari aquæ medicata fontis admirabilis: obseruata hac cautione, ne multis prauis humoribus repletum sit corpus, nequè etiam diu æger in balneo relinquatur si suspicio vel febris vel humorum orgasmo valdè commotorum, vel iam etiam fluentium. Sed maiore cum periculo coniuncta sunt thoracis vlcera, potissimum penetrantia: quæ Dortomano scribente, si sordida fere fistulosa, abluî aquâ Belilucana debent: Emmota & puluini latice hoc madeant cum vlceribus imponuntur. Per interualla purgatur corpus potu largiore aquæ. Isdem proderunt nostræ aquæ admirabilis fons potu ad purgationem, & balneo: Pulus ex pyrite & lapide scissili conferet inspersus vel admotus cum melle: & emplastrum de plumbo parentis nostri, si vlcera in thoracem non penetrant. Nulla enim talia in thoracem injicienda: nec etiam facilè penetrantia occludenda, ne retentum pus noceat, nisi consilio medici & chirurgi fiant iniectiones cum melle vulnerariorum herbarum ex qua admirabili.

Ad thoracis & pulmonis vitia, tussim, difficultatem spirandi, & asthma. C.A.P. XXXIII.

Belil. aquæ
ad tussim.

Ad spirandi
difficult.

Ex Sandar.
aquæ ad tho-
racis affectu.

Aeneæ, &
Nitratæ.

Asperæ arteriæ debetur tussis quæ à defluxione aut frigida aut humida, aut ambabus oritur: cui medentur thermæ Belilucane, si antelucanis horas æger fumum barum affiret: oriente sole aquetur: potet ad commodam enacuationem, idque triduo continuo. Collum cæno obducatur finita purgatione. Ad pulmones pertinet anhelatio, spirandi difficultas, asthma ob infarctâ pulmos nibus pituitam crassam, létam, viscidam, nisi admodum sit malum antiquatum, diutino ysu interno aquæ Beliluc. per mensem puta integrum evincuntur, si primo die aquæ potu æger purgetur assumptis aquæ lib. ij. vel pluribus tribus diebus tantum lib. i. assumat: quinto die rursus lib. ij. sexto, septimo, octavo lib. i., & sic in sequentibus. Pro potu vtatur aquâ stillatitia, loco salâ reliquis huius aquæ. Dort. Baccius, Thoracem peculiari facultate tuentur ex Sandaracha, quæ, cuius naturæ fons proditur Zame in Apricca, Plinij testimonio. Et item aeneæ, quæ attenuant, acuuntque vitales spiritus mirificè, & Nitratæ: nam è diauerso quæ indurant, vt Ferreæ, ac Frigidæ, vel oppulent, obstruuntque, vt Gypsee, ac alumine dilute, minus eligibiles. Quare immersis in altum thoracis ritus, eæ

lento potissimum phlegmate fientibus, vt obstrunctiones, Peripneumonie, suspicio-
 ria Asthma, efficacissimum habetur remedium tenuium, quales diximus, a- Taxatio &
 quarum potatio, in primis Grotta, & Tiguram ex aere, Fabarienses ex auro, ad aqu-thoraci
 vallem Sancti Marini, ac aliae Nitrate ad Baias, Porretane admistae in Bono- cōferentiu.
 nienſi, Carporum aquæ, & Aquæ in Liguria exhibitæ, ac similes. Asthmaticis uti- Ad Asthma.
 lis habitatio ad Puteolos habetur, (authores sunt Medici Neapolitani) pro na-
 turali sulphuris habitu, qui modicè siccatur, atque attenuat. Utile porro & vocis
 exercitatio, cantus, & clara lectio. Ceterum post initia purgationibus alijs pre-
 gressis, omnia calida, ac digerentis facultatis balnea, ac etiā sudatoria conueniunt: Sudatoria.
 quales discussoriae Badenæ in Austria, blandaæ Aquæ grant in Brabantia, Mi-
 niatæ Aquæ calidae in Hispania, Leucenses in Valesijs, multi iugæ facultatis A-
 ponus, atque his similes aliae modicè calentes nec villo minore excessu aut astrin-
 gentes, aut siccantes. Tuſsim verò macerant eadem epotæ, aperiendo, tenuando,
 educendo, vt Tritoli speciali virtute ad Puteolos, & ex bitumine aliud ad Baias,
 Plagæ Romanæ titulo aquæ in Iſchia, ac demum sub Astreno asperções in an- Ad Tuſsim.
 tiquata etiam tuſsi. Fallopius de thermis Patauinis cap. 17. de balneo Aponensi. Aq. Apon. Asperções.
 Thorax iuuatur ex vſu iſtarum aquarum: cum pulmo humidior, nihil est pre- Palmo hu-
 stantis quam diuturna infusio in Aponitana aqua quia consumit & siccatur huc midior.
 miditatem illius. Confert etiā ad Asthmaſi aeger diu moretur in balneo: quod nō Ad Asthma.
 ingredietur nisi cessarit paroxysmus. Andernacus Virebadenses aquæ calidæ ad- Aq. Vireba.
 modū, vbi dolio quodam exceptæ aliquanto defervuerint, potæ ad frigidos totius
 corporis humores, asthma, difficultatē ſpiritus & vrinæ, & aquæ intercute, &c.
 conueniunt. Item, Aquæ Badevillenses manu factæ calidæ iuxta oppidum vulgo
 dictu Vattweil sulphureæ & nitroſæ asthmaticis ex pituita auxiliantur. Pre-
 dicat lo. Göb. aquas aluminoſas S. Iobi, valde utiles difficiili respirationi & simili- Aq. S. Iobi.
 bus morbis originem trahentibus à frigidis & tenacibus humoribus, si mane, vt
 decet, bibatur vel in occipitiū ſilicidiū recipiatur. Solum ipsum balneū profuiſſe Historia.
 nobili magni nominis Franco qui difficultimē ſpiritum ducebat & vexabatur flus-
 xione in thoracē: cōpescuisse fluxiones in thoracē, leniuisse dolores neruorū: frigi-
 dū ventriculū calefcisse: deniq. utiles esse admodū omnibus frigidis morbis qui,
 bus affiebatur prædictus nobilis, à quibus multo vſu balnei Janus domū reuer-
 sus fit. Helisœus Rößlin de Alſatia & aquis Niderborn II. Comitū Hanawensiū: Aq. Niderb.
 ſpiritu habent cupri: Vbi enim vitriolū facile reperitur cuprū. Nā vitriolū succus miftura &
 eſt metallicus, ex quo tēporis tractu fit metallū potissimum cuprum & ferrum: parti- vires.
 cipiant sulphure, nitroſue ſale petræ: tepidæ ſunt: habent ſal & bitumen: curant veterem tuſsim, calefaciunt refrigeratum thoracem, repurgant à coaceruata pituita, valde utiles difficiile ſpirantibus, conferunt incipienti phtisii. Rulandus, Aqu. cata-
 Tuſsi medentur Cellenses, Annæbergenses, Gebersweiler, Lutterbad, Valdsborn, tuſsim.
 Zellerbad. Itē Asthmaticis proſunt aquæ ferreæ, ſalfæ, cuprinæ: ac in ſpecie Badē-
 weiler, Sylu. Embſenses, Badenses Hercinia, Vvifbadē, Volckeftein, Veringeſes,
 Vattweil, aquæ in Löffinge, Zuckenthal, Annæbergenses, Dalfingenses, Ribbadē-

ses, Antegast, Lutterbad. Item, Pectoris angustiam, defluxiones & thoracis cæteros morbos omnes auferunt Cellenses, Göppingenses, Hubbad ex alumine, ære & sulphure, Badenweiler aquæ frigidæ, sulphure & nitro infectæ, Embenses, Kesselborn, Kissing. Idem: Spirandi difficultatem tollunt Badenses Helvetiae, Valdsborn, Sultzbrun in ditione Triuerensi constans sale, alumine atq; calchanthro. Idem, Thoracem pituitosum expurgant nitroæ aquæ Badenses dustræ, Heluetiæ, Villacenses, Teplicæ, Abecenses Ribbacenses. Idem lib. 1. cl. 3. cap.

Ad spitandi
difficultatē.

Lixiuū ad
Asthma.

Accommo-
datio.

Pulmonum
cum pleura
adhaerens.

4. Lixiuū ad Asthma siccans & sistens distillationes ex capite ad subiectas partes R. Salvia, betonicae, hyssopiana m. fl: chamam. ro: sub granorū myrtilli contus a m. i. Bulliant in s. q. lixiuū dulcis condita sacculo. Ex hoc caput singulis septimanis lauetur semel aut bis ante cibum. Utenti aquis fontis admirabilis ad similes affectus, lixiuū loco erunt ex ipsa venâ latices in quibus candentes lapides fuerint extinſti, cui herbae & semina iam dicta incoquentur. Ad hæc nō video cur non etiam in his affectibus vtatur potu & balneo aquæ medic. Bolensis, considerata natura mineralium. Argumento sunt historiae eorum qui asserunt se ea subteuatos. Quamobrem qui volent ut prius se præparent ex consilio medici, qui poterit eis præscribere bechica, quæ consulo sumenda & ore tenenda dum bibent ac balneabunt: A balneo diuturniori & calidiori caueant, aërem frigidum in exitu balnei vitent ut summum venenum. Mane poterunt tuſiculose & asthmatici paulatim & guttatum ad horam semis deambulando, deglutire de aqua nostra stillatitiam admirabilis fontis in vitro calefacta, addito saccharo candi vel syrupo violaceo, iuiubino, de hyssopo, glycyrrhiza prout medico assistenti ex vſu esse videbitur. Quid si paretur Eleuthriarium lambendum quod recipiat minutiſimum pollinem bituminis? quod tamen committo iudicio assistentis mei dici. Crebro disseſſione anatomicâ obſeruata asthmatis & difficilioris respirazionis causa, pulmonem ad pleuram certis locis per fibras agglutinatio: de cuius per balneas curatione Dortom. Pulmonibus cum succingente costas membranæ glutinatis ab humore frigido, humidu viscidu, lento craſſo aqua Belilucan. intus aſſumpta & foris admota, purgare detergere, incidere oportet pluribus diebus: in ſolio balnei versari, auram eius aspirare, aquam stillatitiam potare, ſalem eius lingere &c. Si quis poſit cognoscere aut conieetur consequi ſe laborare glutinatione diellâ, quid forte fiet ſi aeger ſentiat dolorem in aliqua thoracis parte certa continuo vel crebro vexantem, & aliquando in eam partem ceciderit aut intus fuerit, costa rupta aut tale quid euenit, vel laborant pleuritide vera vel defluxione in eam partem: Tum non inutilem existimari potum aquæ admirabilis fontis vel eius stillatice eo modo quo ante dixi lente deglutiendo cum beberis. Poterit etiam adhiberi fotus repurgato prius diligenter corpore ac etiam sanguine detraecto ſi repletio aliqua, ne fotus non digerat, ſed potius attrahat. Fotum etiam nolim vel nimium vel calidiorem. Cuius quoque non minus quam fotus Belilucanarum Dortomanni vſus erit, ſi à diaphragmatiſ intemperie frigida & humidu difficultor euafiterit respiratio, vt ei apud Galenum accidit qui à ventriculi calore

calore & siccitate caratus ad motis frigidis humidis remedij, frigidam humi-
damque contraxit diaphragmatis intemperiem: quapropter difficulter in postes
ram surauit.

Ad Hæmoptysin sive sputum sanguinis.

C A P . XXXV.

Sanguis ore eiectus cum tuſi, ex thorace prouenire & pulmonibus ob rafos
ram aliquo vel copioſore ſanguine diſtentum, aut iētu, caſu, grauiorum
onerum inblatione, geſtatione, tuſi violentiore apertum ruptumq[ue] ut in
p[ro]f[und]o, avarac[ia]o: vel acri brumore eroſum, vt in diaſp[er]atio: vel denique rarefactis tu-
nicis, ſerioſorem ſimil factū ſanguinem parū firmiter retincre valēs, vt in diuina-
dōe. Tot ergo avariacionib[us] eſſe poſſant cauſe ad quam multi medici, inquit Fal-
lopius feliciter exhibent aquas medicatas, vt Villensem vocatam in agro Lucensi Aq. Villensi.
qua[re] non ſolum plurimum liberata ſputo ſanguinis, verum etiā à marcore illo ex
qua[re] fit phtib[is]iſiſ, ita vt praefueret à phtib[is]iſiſ. Vidi dum eſſem in Hetruria apud bal- Ad phtib[is].
neum Villense plures ex potu eius aqua ſubleuatos à ſputo ſanguinis & praefuer-
atos à phtib[is]iſiſ: Obſeruaui eos quibus ſtatim aqua egrē diebatur per ſecſum, nō
adiutos ex potu: qui verò retinebant per tres horas & poſtea excernebant per
prinam ſummopere adiutos, Fallop. de thermis cap. II. Item cap. 27. Aqua balnei
Villensis habet aluminuſ parum ita coctum & commixtum aquae, vt aqua ipſa
dia integra duret, & per totam Italianam & extra Italianam deferatur, habeatur q[ui]
ſemper in omnibus ferè Italiae vrbibus, preterquam Patauij & Venetijs: roboret
& laxas partes aſtringit, eā felicissime utiſur in ſputo ſanguinis ex aperta vena Ad ſputum
in thorace, priuſquam factum fit ucluſ vel callus crufauē aliquai in vena, damni ſanguinis.
in potu, roboſt ventriculum & viſcera omnia, & conſert ad laxatas venas, ad
fluxus ueteri rubros & alios ſimiles affectus: ſoluit parum ventrem & permeat
facili[m]. Idem, Aquæ calide Porretane quaſi temperatæ, aluminof[er]e & modico Aq. Porret.
ſulphure, ſale, & nitro ſcatent, potæ cerebrum ſenſuſque & ventriculum corro-
borant: capitis defluſiones ſunt, diſſicultatem ſpirandi tollunt: appetentiam
cibi excitant: ſanguinem ex fracto vase in pulmone aut pectori profluentem ſi-
ſtunt. Idem, Aquæ iuxta Veronam Calderiana in Italia ferrea & aluminof[er], Calderiane.
potæ pituitam ex cerebro fluentem ſiſtant, ſanguinis ſpuitionem prohibent. Belilucanæ.
Hæc ille Via capite de phtib[is]iſiſ authore Dordomanno, thermas Belilucanas com-
petere phtib[is]iſiſ & hæmoptysiſ. Sicut etiam ex Baccio quaſdam ibi annotauimus.
Ioh. Göbel dicit aquas aluminof[er]as S. Iobi viiles ſpuentibus ſanguinem ob aper- Aq. S. Iobi.
tam in thorace venam, ſi nullum adſit adhuc piſ: potas facere etiam ad humi-
dam tuſiſim. Rulandus, Ad ſputum puris & ſanguinis conducent Syluestres, Fi-
deris, Annabergenses, Levoſtein aquæ que proſſiunt ex aumine, ſulphure ac
aere. Volckenſtein. Hæc ille. Aquas acidas noſti, o fonti admirabili vicinas ma-
gnificacio in hæmoptysiſ potiſſimum iſ qui calidiori ſunt temperamento. Non ima-

Ad Empyema & Phthisin. CAP. XXXVI.

Empyema è pure colletto inter pulmones in spacia thoracis, eodem fere modo tractandum quo asthma nisi quod in hoc loco ex melle & reliquis sepius extendit, Dort. Quamvis empyici non faciliter curentur, sublevari tamen multum possunt: accedit saepe una parte pulmonis minus infecta & corrupta diu superiuere, si expectorationis diligens babeatur ratio. Bechicis vietiam poterunt egris eo modo quo precedenti capite dictum ad tuissim & asthma. Placet etiam mel mixtum cum aqua admirabilis fontis. Hunc affinis est, saepe etiam eius effectus, phthisis: licet tum haec, tum haemoptysis alias subinde causas agnoscant, thermis vel curand vela lenienda. Phthisis enim & haemoptysis, testante Dortomanno, ab ulcere etiam interno, dictu mirum, ex aquis Belilucanis alleuamentum percipiunt tametsi paucim fama increbuerit, phthisis haec aquas esse infaluberrimas. Quod verum comprobamus, si phthisis seu haemoptysi laborans, harum aquarum largo potu abutatur. At in thermarum solio versari, moueri, agitari, vebi, fumum & vaporem inhibere: ablui aqua per interualla, selibra eius aquæ cum syrupo de tuſilagine mane sensim deglutire, post multam in solio moram, ipsi ex usu est maximè. Sic namque Plinius de salis aquis agens. Harū alias usus multiplex, principalis vero nauigandi phthisi affectis, aut sanguinè egerentibus, sicut proximè Anneum Gallionem fecisse post consulatum meminimus &c. Baccius, Pulmonarijs ad tuissim conuenientes aquæ, que eadē ulcera omnes consolidant Plagæ, luncaria, & ex Petroleo balneum in Baiano. S. Marini in Flaminia, Fons Catinus in Hetruria, Aqua Borræ, Porretana, Villa, Grotta, Tigurius que minis in finibus Hispanie dilutæ sunt. Haec enim conivalunt, ac villos denso visceris à phthisi etiam confirmata vendicant, quo nomine Villa Luca commendatur, Grotta Viterbiæ & sub Tiguro aquæ, nec minus Porretanae potionis, Albulæ & his similes. Quare & haemopticos, id est sanguinem extussientes invitant. Rulandus, Phthisicos sanant Piperinæ, calidæ que scatent è sulphure, nitro, ere, auro ac ferro. Embenses, lungbrun, Cellenses, Annabergenses, balneum aquæ dulcis calida. An aquæ Admirabilis fontis Phthisicis ex usu sint, dubium alicui videatur, cum Tabernæmon. pulmomarijs aquarum usum interdicat, quas spiritus vitreoli imbuit, ut nocuum. Vvierus quoque eos taxet Medicos, qui aedulas Asthmaticis prescribunt. Ego tamen, ubi rem penitus expedo, Admirabis lem fontem minimè detrimentosum futurum phthisicis mihi persuadeo, quantum aliquid habeat tenuiorum partium viteoli. Non enim ita adstringit ut extremorum expulsionem impedire possit, nec ea etiam est acrimonia, quæ rodat & ulceret. Quare vel eo nomine conferre putemus quid abstergendi facultate pre-

Bellum ad
phthisin &
hemoptysin
efficaces co-
era vulgare
opinione.

Salsula
phthisicis
vitiles.

Balm. cata-
logus ad
phthisin ce-
lebratorum.

Bollen. etiā
phthisicis &
asthmaticis
salutares.

ditus sit fluxionesque à cerebro in pulmones decumbētes potis sit consumere, cor-
pore repurgare per alū, per sudores, per eam quam vocant eruptionem. In his
istorijs nostris, legitur D. Ranzy obseruatio de Phtibisco cui Bollensis aqua con-
sulerit. Et certè minimè catholicum ò vieri interdictū esse, euicerit nobilis Bura-
gundus macilentus, extenuatus, tussiculus, defluxionibus obnoxius, phtibiscus
multis habitus, quē acidulari potu plurimum adiutum esse certò scio, adeo
vt secundo biberit, usus interea virtus laudata ratione. Tabernamentanus etiā
Cap. 4. Thesauri, inter acidularum Langenscbalbencium preconia, dicit ex-
siccare & consumere à capite in thoracem, pulmonem & alia membra, defluxio-
nes: asthmati, obstructionibus thoracis & asperæ arteriæ mederi, expectoratum
iuuare, pulmonum viscidiā pituitam expurgare, respirationem faciliorem redi-
dere: ulceratis iam pulmonibus, si non profint, at certè nibil etiam obesse. Nos
quidem ex Galeno diximus lib. i. terram Armeniam: Pibio è laborat̄es adiuuare,
vulcus desiccare. Quidni etiam idem faciat aqua Bollensis, argillæ particeps, cu-
ius vires in secandis ulceribus non minus forsitan efficaces terrā Armeniā? Nula
tuis hic tamen temeritati subscribam: quin ex consilio duntaxat periti Medici
paulatim mane sorbillandam suaserim, additis becchis & axūgia Luna prima,
non minus forte utili ipjā terrā Lemnia, vel axungia solis, sive terra Silesiaca.

Ad pleuritidem & peripneumoniam.

C A P . XXXVII.

Pleuritis quedam à frigore ambiente, cute perspiratu prohibita, frigidiore
sanguine orta fotu & litu tuberarum Belilucanarum curatur, Dort. Rus-
landus: Peripneumoniam sanant Cellenses que constant alumine, aere, ac
modico sulphure balneum aquæ dulcis calida. Pleuriticis utiles sunt aquæ salis
fulæ, cupreæ, dulces, P:perinæ, Sylvestres sive Ferinæ calidæ infectæ sulphure,
sale ac alumine, vt alijs placet aere & nitro. Hæc ille. Pleuride laborantem vel Bollensiū.
peripneumonia malim aquam medicatam nostram bibere quam vinum, ad quā potus.
scio multò utilem. Nolim tamen nimium frigidam bibi, ne frigiditas expecto-
rationem impedit. Utiles etiam erit paulatim & crebro cum syrupo violaceo aut
altheæ in sacharo depurato aut candi deglutita: Nec ipsas acidulas non nimium
frigidas pro potu inter pastus improbo.

Ad cordis affectus. XXXVIII.

Cor autem (vt inquit Aristotele) svptium aliquod non patitur graue. Quare
hoc primarium viscus batnea non nisi secundaria actione iuuant, probis
bitis nimirum, quos aut ex aliquo censensu partium, aut aliorum morbos
rum incurrit, affectibus: vt quæ Cardialgiæ, palpitatione, syncopæ, prohibet,
ventriculū iuuatia, vterū, thoracē, pulmones, fauces, veluti æna, vt de Grotta Viz-
terbiæ aquæ quas nō desunt qui aurea quoq; souere materiæ existimet, Fabarienses Fabarienses
ex auro in Rhetia, vel ex auro parata aqua, vel in qua aurū extinguitur: vel quæ aquæ.
extrinsecus dissipatos ex affectu, vebemēti dolore, vel ardēti febi & spiritus vniāt Aquæ extin-
cofirmet, epithemata, Bacc. And. de balm. Aquæ in Apulia Astiane pulmoni, lieni Afianæ, ac

Junearia.

& tuſi abigendæ aptæ appetentiam excitant. Aquæ à luncare vocatæ, ad ventriculum & iecur roborandum efficaces, letitiam & hilaritatem inducunt, vescerem excitant. Aquæ à colatura appellatae potæ cor exhilarant, tuſim molestia tollunt, pulmones à pituita liberant, tuſim prohibent, ventriculi concoctionem iuvant & appetentiam excitant, in balneis præcipue pulmoni conferunt. Hæc ille. Aquæ admirabilis fontis non existimmo minores vires ad cordis affectus quos causæ prædictæ pepererint, quām modò nominatorū: hoc tantum menunerim caudendum corde patiente à nimis caloris balneo. Quod si in ordinato motu cor feras tur, inquit Dōtorm. vt in palpitatione obflatum crassiorem vel humorum meslancholelicorum copiam in pericardio aut corde vt parte diffimilari coercitam, non solum aquam Beli lucanam potando, sed lauanando reluendoque sanatur. Nos si certò sciri possit causam palpitationis effe similem prædictæ, licere putamus eti. balneo vt aque admirabilis fontis: quo egressus ager, cum palueribus cardias, vt aromatici rosati Bollenses bibet. At si palniam peperit calculus vel tuberculum, non tantum desperata curatio, sed difficilis & obscura coniectura. Hic Medicis Cæsareis solertissimis hæsit non ita pridem aqua. Ceterum inter cordis palpitationis causas Galeno habetur nimia seria copia in pericardio coercita, quo tamen in perfectè sanit sciri non posca quantitas continetur, vt in mortuis. Hac, inquit Dōt. parte adactum telum Christo Salvatori nostro crucifixos fit verisimile. Seri hæc copia inter Pericardij & cordis substantiam fluctuans, largiore aquæ Beli lucanae potu per quadratum depletur. Si aliqua coniectura innoteſcat copiæ adesse serofis humoris in pericardio, eum velim repurgari syrupo de Rhamno cathartico ex aqua admirabili, deinde vt vapore ad inueniendum sudorem, deum applicari cardiaca refaccionia.

Aq. à colat.

Cautio.

Seri copia
nimia in
pericardio.Omphalo-
cele à flatu
vel humore
pituitoso.A relaxatio-
ne perito-
nei.

Ad Omphalocelem. CAP. XXXIX.

VMbilici eminentia tollitur per Uvetingenses aquas Rulando. Ego vero eam solo aquæ medicatæ vsu curari posse vix crediderim, nisi fortè sit à flatu solo, vel ab aliquo humore pituitoso: nibilominus tamen utiles existimo aquas medicatas nostras eiusmodi affectu laborantibus, si prius repurgentur diligenter cum aqua ipsa, addito etiam trochisco Axungiae Lunæ secundæ in adultioribus, in iunioribus semiſſis vel triens satis fuerit. Velim si sit à relaxatione peritonei fasciæ constringi optimè ægrum, quam in ipso balneo gestet, fuscimentem qua parte umbilicum spectabit, globulum ex probato aliquo emplastro contra herniam, qui excipiatur tela serica. In exitu balnei in dorsum decumbenti admixta fascia madida, sacculo replete bolo Teckfiana, argilla, pulu. pyritæ, scissilis lapidis & succini nigri, immorsoque in aquam medicatam calidam fouetur ad medianam horam: ad quadrantem deinde horæ applicetur sacculus ex aqua medicata frigida madens: tandem vero globulus ex prædictis cum fascia recenti umbilico alligetur: Ita interim prouisum est fasciæ, vt cum surget, non

decidat. Ad hanc summa diligentia cauendum ne erumpat eminentis ambulando equitando, clamando, cantando, alio reddendo &c. Post menstruum vium balnei per annum integrum fasciam cum globulis gestet caueatque ne sine ipsi sit, nec tenet experiri an curata sit prominentia. Quod si Omphale celestis ab humore aliquo vel flatibus nec globulis nec fascijs opus est præmissa purgatione supra dicta sufficient cum balneo fatus, litus, & emplastrum quæ poterunt prescribi ab assistance medico vel perito Chirurgo pro ratione morbi.

Ad viscerum morbos & nutritionis instrumentorum, in genere.

C A P. XL.

Viscerum plurima sunt passionum genera, ac diuersa, quibus pro ratione balnea naturalia conueniunt, plus aut minus, aliquibus nequaquam conueniunt. In viuens illis conueniunt omnibus, quæ alteram duarum habet originem, vcl obstructionem scilicet vel debilitatem, vel utramque simul. Balnea enim naturalia haec operantur præcipue, quod aperiunt, & resoluunt, atque corroborant debiles partes. Vix vero duo præcipui, In potibus scilicet quo statim ipsarum aquarum ebitarum qualitates ad affecta ipsa loca perducitur: & item in balneis, quæ digerendo operatur, & confortando, quo nomine & lumenta in aliquibus viscerum morbis quandoque recipiuntur. Obstructionum quidem soboles sunt omnes istæ passiones, Intemperies quæcunque sit, inflationes, tumores, dolores, abscessus, vlcera. Et præter haec, repletiones, cardinalgia, iætitia, lienes, atræ biles, viscissates, arenulae, lapides, haemorrhoides, vteri morbi, præfocationes muliebres: quæ omnes passiones abstergentibus opus habent remedijs, ipsi demque attenuantibus, ac digerentibus, & quæ huiusmodi sunt balneis. Debilitatem vero viscerum haec potissimum consequi solent passiones, indigestio, vomitus, fluctuatio, flatus, colica, cruditas, inappetentia, fluxus, cachexia, hydrops, diabetes, sanguinis mictio, vteri fluores, laxitates, abortus, sterilitas, quæ omnes, affinesque aliæ passiones corroborari in primis desiderant ipsa membra, ac simul digeri superflua, quæ duo egregie præstant balnea, & quæ in potibus sumuntur maxime. Ergo, vt in omnibus, ita potissimum interiorum morbis debet tam supponimus præparationem esse præmittendam, qua & superflua quantum fieri poterit excernantur, & viæ dilatentur, & membra tandem ipsa ad futuram balnei operationem disponantur. Quoniam vero particularium ipsorum effectuum, ac particularium membrorum habenda ratio est, in quocunque balnei usu, in primis quidem ipsarum intemperierum diuersitas attendenda est, quæ aut cum materia esse possunt, aut sine materia, calidæ, frigidæ, humidæ, siccæ, vel mistæ ex his. Et qualitercumque sint, per balneas competenter curantur, habitamen ratione penes qualitatem intemperiei, & ad quantum se extendat gradum: ut frigidæ intemperiei calida adhibeantur balnea, tam abstergentia, quam digerentia, calidæ vero, & calidæ siccæ intemperiei minus calida consulantur,

potus.

Balnea.

Lumenta.

Morbi ex
visceri ob-
structione.Sua cunctæ
intemperie
opposita
balnea.

Bal. ad quā liber visce rum intem- peritem in- differenter. inò frigidæ facultatis sint balnea. Paſſionibus porro omnibus interaneis (id est quæ sub prædicta veniunt censura) conuenire promittuntur Aqua de Grotta interna, Tigrisque in Heluetijs similis aqua, Acidæ ad Göppingam, Acidæ ad Ros tenburgum, & ad Caroli 4. aquas fons acidulus. Ceterum non solam quident Roborates affectibus internis his, qui pendent à debilitate, robur esse procurandum intelligat aqua potu. go, verum etiam in omni fere viscerum morbo, semper inter alias balnei medicas facultates, quæ robur ipsis simul adiungant, præferuntur, quales sunt quæ ferro participant, ut Ficuncella ad Sanctum Cassianum egregia in hac facultate prædicta, Villa Lucae, Carpi, Aquæ in confinibus Liguriæ & Monferrati, Fer rugineæ ad Baias, Leuenses in Valesiis, Ferine ad Martianam Sluam, Quæ omnes, ut plerique his similis aliae bibuntur, abstergunt vias latas, & relaxata membra confirmant. Corroboret vero solo vſu balnei nec adeo celsus facit Aunios nis balneum ex ferro, & huic simile de Aquis, & Regina sub Pisis, Balneum cui Sancti Ioannis titulus sub Luca, Corsenumque Caiae, & de Palatijs Viterbij, quod vulgo balneum à Serapide cognominatur, Caldarianum item sub Verona, Fitterum in Hispania, Badenia in Heluetijs, Plumbea in Lothingia, & ex alumine Albula potu & lauacro utiles, Nitratæ in Alsacia, Poiretanæ, Aponiæ. Itaque hæ viscerum maximè affectibus medentur, inter quas (vbi non tantum roboris queritur) Nitratæ ebibite clementius agunt, ut Tritole, & Paganelli sub Viterbio, Tritole aliae, Iuacarie, Petra, & Plage sub Puteolis, Blandulæ Sancti Marini apud Ariminum, & Albulae, quas adeo Archigenes ad vesicæ, & yteri ylceræ celebravit quæ omnes vix primum attingunt caliditatis gradum. Ideo earundem potionis ad viscerum inflammationis valent, intelligas quæ circa & stufas sunt febrem, aut in principijs, aut effectu iam declinante. Nam in his priuata alia non desunt præsidia. Inflationes vere, & indurata, quæ frigidæ indicant intemperie excessum, digerentibus, item ebibitis discutere oportet, yſque aliquanto calidioribus, ac roborantibus: Aponi aquæ vſu quounque ad id idoneæ, Balneum Carporum, Bussatum Viterbij, Sanctæ Crucis ad Baias, & his similia. Non posse habitis interim prædictarum, aut Aeneæ, aut Nitratæ misciture ad hoc omnia prærogativis. Sicut easdem in balneis dissipant Aponi, Aze uinio, Aquisgranum, Lotharingium, Badenia Austriae, Sancta Maria in balneo, Sancta Asculi, Sanctus Martinus in Comensi, Calidae in Bergomensi, quæ caces.

Ad eosdem affectus, aquæ balneo efficien- tia, ratione, & cœlesti, & virtuti, & temperamenti & qualitate membrorum naturam ita contemperent, firmementum ecclissatum facient, ut superflua, & circa ipsum calida, frigida cœnsuræ excessus recircere valent, atque aliunde irrumptentia vitare. Vtramque virtutem singulariter obtinent de Grotta aquæ inter æneas, & iuxta consimiles fontes ad Viterbum, &

Tigurinæ in Helvetijs. Villa sub Luca fortius roboret, minus evacuat pro plurimi ferreæ mineræ admistione. Medium obtinet Ficuncella S. Cassiani. Quibus tribus generibus que cunctæ aliæ sumenda æquæ balnearum confirmandæ erunt, ut Speluncæ aquæ in Iſchia, Caldanelle sub Senis, Caldariariæ sub Verona, Leucenses in Valeſis, de Aquis in Gallia transpadana. Et deinde que in balneis ex quacunque intemperantia firmant, Auinio sub Senis ex ferro, & huic simillima Castilio in Anaria, Aleria in Corsica, Carpi, Aquæ, & Regina sub Pisis, Corseñū sub Luca, Fitterum, Aquilgranum, & Badenia Austriae. Nitrosas aquas in positibus corroborare stomachū author est Auicennæ. Canonis, que tamen si minys validæ sint in hoc quam Ferrata, sunt purgando saltem leuissimæ. Tales sunt S. Marini scrobes, Aqua Borra, Trescuriana fons sub Bergomo, Tritoli, & lunaria vene, Gibberosi, Plage Romanæ in Aenaria, Nitroſæ in Alsatia, que tamen omnes phlegmata, visciditates, & cruditatis valenter undecung ex vijs lati excludunt. Nec minus Porretana ex alumine, & ferro modico, Albulae in vrinis efficaciore, Ferinæ ex ære ad Martianam syluam in Germania, Fiderij puteus, & ad Göppingam balneum superbus Aponus. Vomitu soluunt salſæ, Marinæ, Aquæ & his similes, Montis catini ſalſula, & alia Aquarij apud viam Aemiliam, Sal macidæ sub Ascuso, Trescuriana, Borra interdum inflans, Porretana, Ficuncella. Violenter vero subvertunt Atramentosæ, ut Stygis aqua in Arcadia, qua traditur Alexandrum mundi domitorem fuisse necatum: virides & æneæ naturæ in Perside, & item ex Chrysocolla, Auriſegmentoque, qualis ad Susas fons in Perſia. Contra vomitus, crebras ſunt vomitiones, ac nauſea Ferratae in primis, & que extrinſicatum & ſecus adhibet firmant, ut Auinio, ceteræque. Deinde Aluminatæ ut Albulae, quanquæ putidæ primo ſenu, & Porretana firmando ad extreum, de Aquis in Liguria trans Apenninum, & ex Gypſo irroratæ emplastica virtute, ſicut & Plumbeæ in Lotharingis. Sitim vero arcent mendoſam, que viſcerat item poſtea refrigerant evacuando acria: ac humectant, ſiccant in tempeſiem alterando, Ni pefcetes attritæ, æneæ, ac partim Ferreæ, Acidæ, & Calidæ in ſuper simpliciſ lebri. Porrò quæ medic. veteres ad omnem viſcerum debilitatem, & ad robur virium comparandum, commendabant ſuper cetera exercitium, & præcipue in ventriculi morbis, nec non dulciuſ & temperatarum aquarum balneum.

Ad ventriculimorbos. C A P. XLI.

*P*er ea, que communiter nutritorijs accommodata ſunt remedia, facile balsacea que ventriculum iuuent, inferemus. Corrobort enim ac frigidæ ſimilis, & ſubcalidæ faciunt intemperie eadem balnea tam epota, quam in lauacris ſumpta. Calidæ vero intemperie eo, quo in communi viſcerum modo diximus, ſuccurrendum, que videlicet modicum refrigerent, reprimantque Ad calidam intemperie. aſtrictoria facultate per initia, ut ex Ferratis adpoſitiſima eſt Ficuncella, Villa Lucae, Sanctæ Crucis ad Baias, Porretana interdum. Acidæ vero aque omni id genus calidæ intemperie ex proprietate viles, quales ad Anticolum Aquæ in Campania, yſui etiam in doméstico idoneæ: Acidæ extra urbem ad 3. lapidem ſecus viā Hostienſem, Fiderij Fons in Germania, & ad Göppingam. Vbi

enim confusa intemperies euicit humidum, secca ac desperanda introducitur ventriculi tabes, cui inter lauationes priuatas ex aquis dulcibus temperatis consuendum, ac per hydrelai fotum. Choleram verò in fine sedant quasi eadem, Ficuncella, Porretana, Villa Luce, Auinio, Caldariana: nec minus clysteres ex salsa, & Subcutilea vetustæ in Sabinis, ac codem modo superbibita tepida, auctore Galeno. Subutilas subinde istas videtur probasse Celsus in Cœliaca paſſione, ac lienteria, fluxibusque cruditatum, quibus à Grotta sub Viterbio potionies egregie medentur, & aliae ex ferri natura refrigerantes, aſtingentesque vacando, &

Ad atrabilē. Porretanæ. Atra vero bile in ventriculo vexatis eadem consuluntur, & Tiguri potatio in Heluetijs.

Ad appetētiā deieſtā. Ad excitandum verò appetentiam nitrate faciunt, & saltiā deieſtā. ſe, & acidæ priuata facultate, quonodo nobiles sub Viterbio Paganelli tituli, & à Grotta mirifice, quæ reconuaſcentes etiam, & pregnantes citra noxiam appetere promittunt. Noxiā verò diuero canine famis voracitatem cohibent Celsenses exhibet in Heluetijs, quibus non paucas ex superioribus censuris conſerue poteris, & lauatio ex simplici aqua frigida, & fomenta, & epithemata, Baccius.

Fallopis de thermis cap. 11. Potus aquarum thermalium conſert ad evacuationē ventriculi, intestinorum & reliquarum partium, per quas tranſeant teſte Galen. l. 4. de tuenda sanitate cap. 4. & Vitruvio s. lib. c. 3. & Alexandro Tralliano incurat. affectus colici qui exhibet has aquas pro euacuandis detergendiſque intestinis, & pro calefaciendis illis partibus omnibus & visceribus per quæ aqua tranſit. In Hetruria apud Senas multi affiſſunt thermalē aquas pro euacuando corpore. Aquæ thermalēs potu accepte calefacent vīscera per quæ tranſeunt, tefſies ſunt illi qui refrigeratum habent ventriculum & bac de cauſâ medicatas aquas bibunt, quibus ſentient ventriculum caleſieri & roborari, dummodo aqua permeat & non moretur diu in ventriculo. Fidem quoque faciunt Trallianus &

Auicenna qui exhibent medicatas aquas in potu, in colico affectu non ſolum ut expurgent, ſed etiam ut calefiant. Haec ille, qui etiam ſcribit Montiſcatini fontem Balneolum in vſu eſſe pro potu ad roborandum ventriculum & reliqua vīscera: ſed p̄cipue ad abſtergenda intestina & primas venas: Aquam autem illam feruentem eſſe & ſalfam. Item cap. 17. de balneo Aponensi. Ventriculus iuuatur ab hac aqua ſiuē in potu, ſiuē in ſilicidio laborans in appetiā, difficultate concoctionis. Roborat enim valde ventriculi partes relaxatas eorumque humiditates abſumit: denique conſert ad omnes affectus prouenientes ex frigiditate & humiditate. Item cap. 24. Aquæ balnei Calderini in agro Veronensi, licet refrigerare dicantur, tepidae ſunt quibus utuntur medici Veronenses ad potum, balnea, fomenta, in cibis pro ægris, diluunt vinum, habent ſaporem ſubſalſum, parum adeſt ſalis, ut vix poſſit excedentem aquæ humiditatē corrigere, contiuet etiam rubricam: noſtri medici utuntur ijs ad diſſolutionem ventriculi à cauſa calida & ad bepar & reves calidiores, ad menses nimium fluentes & relaxationem renunt, & vbi refrigerandum & ſiccandum. Earum igitur facultas eſt ſiccare, refrigerare, roborare, aſtingere & ventrem nonnihil ſubducere ratione ſalis.

Ad calefaciendum ventriculi. Aq. Aponēs. illam feruentem eſſe & ſalfam. Item cap. 17. de balneo Aponensi. Ventriculus iuuatur ab hac aqua ſiuē in potu, ſiuē in ſilicidio laborans in appetiā, difficultate concoctionis. Roborat enim valde ventriculi partes relaxatas eorumque humiditates abſumit: denique conſert ad omnes affectus prouenientes ex frigiditate & humiditate. Item cap. 24. Aquæ balnei Calderini in agro Veronensi, licet refrigerare dicantur, tepidae ſunt quibus utuntur medici Veronenses ad potum, balnea, fomenta, in cibis pro ægris, diluunt vinum, habent ſaporem ſubſalſum, parum adeſt ſalis, ut vix poſſit excedentem aquæ humiditatē corrigere, contiuet etiam rubricam: noſtri medici utuntur ijs ad diſſolutionem ventriculi à cauſa calida & ad bepar & reves calidiores, ad menses nimium fluentes & relaxationem renunt, & vbi refrigerandum & ſiccandum. Earum igitur facultas eſt ſiccare, refrigerare, roborare, aſtingere & ventrem nonnihil ſubducere ratione ſalis.

Aq. Galdar.

Ad caliditatem ventriculi. Aq. Galdar. illam feruentem eſſe & ſalfam. Item cap. 17. de balneo Aponensi. Ventriculus iuuatur ab hac aqua ſiuē in potu, ſiuē in ſilicidio laborans in appetiā, difficultate concoctionis. Roborat enim valde ventriculi partes relaxatas eorumque humiditates abſumit: denique conſert ad omnes affectus prouenientes ex frigiditate & humiditate. Item cap. 24. Aquæ balnei Calderini in agro Veronensi, licet refrigerare dicantur, tepidae ſunt quibus utuntur medici Veronenses ad potum, balnea, fomenta, in cibis pro ægris, diluunt vinum, habent ſaporem ſubſalſum, parum adeſt ſalis, ut vix poſſit excedentem aquæ humiditatē corrigere, contiuet etiam rubricam: noſtri medici utuntur ijs ad diſſolutionem ventriculi à cauſa calida & ad bepar & reves calidiores, ad menses nimium fluentes & relaxationem renunt, & vbi refrigerandum & ſiccandum. Earum igitur facultas eſt ſiccare, refrigerare, roborare, aſtingere & ventrem nonnihil ſubducere ratione ſalis.

Purgatio.

salis. Solent tamen grauia parere symptomata, nisi quis caute vtatur, & atten-
dat ventriculo ijs vtendo. Item cap. 25. Aqua balnei Aquari scatet frigida & pa-
ca ex saxo alto, nullum habet odorem manifestum, inest illi sal & nitrum ut re-
peri distillatione: babet præterea nescio quid marmoris vel calcis facti ex mar-
more candidissimo. Habet hac aqua vim calefaciendi & exsiccandi magnam, &
diu perdurat integra, calefacit ventriculum, prodest ad menstruorum alborum
fluxionem & ad omnia membra quæ laxa sunt constringenda. Dörtomanus:
ventris infimi affectus Stomachi dolor, cardialgia à putridis pituitosis humoris
vaporibus tetricis ab externis remedij frigidis nimia quantitate continua &
discreta foris adhibitis, hac ratione curandus. Ante cœnam enema infundendum Belilue ad
ex thermarum Belilucanarum aqua: postridie assumenda lib. 2. aquæ diluculo: ventriculi
vomitus ciendus post horæ spacium digito in os inserto. Si per vomitum commo-
dè non vacuetur, per inferiora aliis ex cernet irritata & stimulata aquâ assu-
pta, aut citanda denuo clyster. Sequentibus tribus diebus mane sumat aquæ bu-
tia minorem quantitatem, putalibram vnam. Horâ vna ante cœnam foueatur
stomachus hac aquâ additis absinthij comis. Quinto die copiosam hauriat aquâ
æger mane ut susque deq; depleatur: ad hoc iuuabit aliquamdiu inspirasse vapore
thermarum. Pro communis ale ægro conferet magis sal reliquiarum, nuce mos-
chata, pipere & communis salis portione mixtum. Pantaleon de aquis therma-
rum Tigurinarum cap. 18. dicit insigniter ventriculo viles, augere concoctionē, Aq. Tigur.
certum esse: quamvis in principio non sapiat cibas, si quis balneo oītiduum ordi-
natè vtatur, subsequi magnum cibi & potus appetitum: quod si non sequatur &
inflatio sentiatur, non esse bonum signum, præstare domum reuerti, quod sæpe
euinit qui adeunt theras inconsultis medicis & violenter balneare volunt. Ru-
landus: Nutritoria viscera roborant acidulæ Saurenthal ferri, aluminiis, ac nitri
particeps, Kerlich ex alumine & ferro. Item: Calefaciunt ventriculum & alia
membra aquæ salse, sulphureæ, bituminosæ, aluminatæ. Item Auwenses, Vvis-
bad, Badweiler, Leuckerbad aquæ calidæ copioso are & modico sulphure. Bals-
neum aquæ dulcis calidæ. Item ventriculum roborant, intemperiem frigidam &
humidam corrigunt, humores vitiosos, crassos, viscosos, acutos & mordaces expel-
lunt: dolores, flatus, tumores & alios morbos profligant aquæ sulphuris, cupri,
ferri, satis, nitri. Item Leuenses, Celientes, Vberling, Neubad, Göpping, Fideris,
Bertringenses, Vvaldsborn, Gonderthal, Falborn, Kesselborn, Kissing, Abr, Bas-
denweiler, Sylnestres, Badenses Herciniae, Helvetiae, Austriae, Schweeneynges,
Saurenthal, Treffbach, Vberlingen, Vvendingenses, Löffingen, Vvillingen, Auw,
Vberkingen, Ebenhausen, Deinach, Gebsweiler, Bellertthal, Ettingenses, Ribba-
cences, Sulzberg, Sulzbrun, Kerlich, Mendich, Ponterborn, Montebarci, Bas-
senhaim, Embenses, Kefwasser, Lonquich, Merteldorf, Teplice, Vvillacenses,
Abecenses, Auwen, Carolinæ, Dalfingenses, Glottenses, Vvolckestein. Andernæ Aq. Badens.
cū: aquæ calidæ Badenses apud Heluetios sulphure copioso, & alumine modico Heluetiq; ad
imbutæ potæ, quamvis ob copiosum sulphur minimè sint gratae, tamen pituitosum.
F

Aquarium
balneum:Belilue ad
ventriculi
dolores.Nutritoria
viscera cor-
roborantes
aqua.Aq. Badens.
Heluetiq; ad
ventriculu
pituitosum.

stomachi affectibus, intestinaorumque obstructionibus, angustijs thoracis, spiritus & vrine difficultati profundit: cibi fastidium malamq; concoctionem emendat.

Aq. Ferinae. Aquæ autem Ferinae quanquam non sint adeo ferentes aut calidae ut Badenses, tamen imbecillis stomachus inde ob sulphuris copiam intumescere solet, & cibi appetentia amitti. Quæ si euenient mature ab eis abstinentendum est. Item:

Fons Sylua. Fons Sylua. Sylaticus Valdsborn lapidibus bituminosus infectus est, super quo oleum album non grauiter olens, dolorem stomachi & frigidam ventris intemperiem flatusq; intestinorum discutit. Item: Aquæ Villagenses sulphureæ & modici aluminis participes, artibus imbecillis in balneis salutares, fluxiones exsiccant & ventriculo profundit. Idem: Aquæ Cellenses quæ tepidiusculæ appetentia caninæ & ventriculo praua intemperie affecto profundit potæ. Item, Aquæ Batouillenses sulphureæ & nitroæ aquæ ventriculo & intestinis refrigeratis conferunt. Quamuis hæ

Vvatwillies aquæ Vvatwillenses in Alsatia sitæ sub Abbatे Murbacensi sint calefacientes nec magno in honore sint ac quasi negligētæ iaceant, nec mundentur scaturigines, nec loca commode extructæ pro lauatione, nibilominus efficaciter medicamentosæ sunt, quemadmodum in meipso & alijs expertus sum tum internis morbis: etiā meo ventriculo coaceruante pituitam multam à cerebro defluentem, hepate calidior, sicut sulphur potissimum odore se demonstrat. Si Domini Abbates curarent perquirendas neglectas scaturigines eo modo quo Ill. meus Princeps in suo fonte Admirabili, non dubitarem quin in utilitatem Alsatiorum & aliorum vicinorum id futurum sit cum summo multorum pauperū commodo. Quæ res Deo grata esset, ex cuius mandato nobis curæ esse debent pauperes, & non minus in illos erogari facultates ecclesiasticae destinatae olim in pios vissus, quam in ipsis ecclesiasticos, quos interea nullo modo negligendos arbitror. Boui enim triturantii non est obligandum os, ait Diuus Paulus de his qui diuinum verbum annunciat, & sacramenta ritè administrant. Verum hoc in transuersu. Reuertemur ad nostras aquas Admirabilis fontis non minus vitiles ventriculi quibusdam affectibus, quam Vvatwillenses non excultæ & multæ aliæ enunteratae: quod constat ex historijs à nobis in medium productis & ex ipsorum mineralium mixtione. Inter alia lac. Theod. vt priore libro annotatum, aquas bituminosas ventriculum calefacere scribit, & Pyrite consumere omnes superfluitates in capite, ventriculo, & matrice, sedare dolores ventriculi, ventris & matricis. Nostræ igitur aquæ poterunt in affectibus ventriculi frigidis calidæ assumi ad purgationem per se vel etiam cum Axungia Lunez vel alijs catharticis, ad balneum, ad fotum in quo possint incoqui herbae, absinthium, mentha, calamus aromaticus & similia. In calidis affectibus ventriculi præfero acidulas pro ordinario potus.

Ad nauseam, vomitum, singultum, ructuum.

CAP. XLII.

Beliluc.

Nausea, vomitus, singultus ex plenitudine vitiosorum humorum os ventriculi molestantium, prescripto modo ad stomachi dolorem persanantur & breviore tempore ypsi fructuq; aquarum Belilucanarum cedunt. Præ-

anno namque die hæc symptomata congueuisse assumpta larga aquæ quantitate sæpen numero vidimus, Dort. I. Gob. auctore aque aluminosa & S. lobi roborant *vtriculum ac vomitum impediant, coctionem à frigiditate tardiorem promouent, id quod multi testentur, qui experti ventriculum calefacere eis robur addere, si ea in ventriculo non diu maneat. Addit multis etiam profusse tensione vexatis ob imperfetam ciborum coctionem: Singultui & cardialgia (id est Ecklin & Herzwee) à frigidis humoribus mox ex ipsa vena haustas & balneo per aliquot dies usurpatas. Rulandus: Singultum sedat Zellersbad aquæ sulphuratae. Item: Nauseam tollunt Annabergenses, Badenses Helvetiae & acidulae pleræq;. Item: Contra ruétus conducunt, Zuckenthal, Auwenses quæ sunt acidæ & imbuuntur per multo sulphure, paucò alumine atq; ferro. Item: Vomitum suppressum aquæ aluminis, ferri, Auwenses, Göppingenses, Überkingen, & acidulae Aliæ Vendingenses, Annaberg, Cellenses, Leonstein, Volkenstein. Aquæ sane admirabilis fontis & acidulae & acidæ eius vicinæ non pauciora præstare possunt quam omnes prædictæ: Bollenenses quidem euacuando per aluum & per vomitum: acidulae autem roborando ventriculum & hepar quæ insigniter nauseam tollunt.*

Ad ventriculi cruditatem, inappetentiam, Bulimon, nimiam appetitiam, concoctionem depravatam, ardore inque ventriculi,

C A P. XLIII.

Ventriculi int̄peries frigida, humida, spirituosa ab assumptis admotis, quæ sequitur cruditas, inappetentia, bulimos, nimia appetentia, concoctionem depravata à qualitatibus frigidæ & quantitatibus nimia pituitosæ virtutis contracta, quandoq; fotu externo aquarū Belilic. curantur: sæpius si adsit humorū quantitas, depletionē horū desiderant. Primo tum die simplū aquæ, secundo duplū, tertio quadruplicē bauriendū & hic sistendū. Stillatitia aqua sit pro potu cū saccharo aut melle, & reliquæ eius mixta, pro sale. Lotio ex aquis his ante prandium horis duabus oportuna, Dort. Rulandus: Appetentia excitat & restaurat Dalsingenses, Kesnässer, Sultzberg, Überlingen, Vuattvuel, Veringenses, Volkenstein, Glotterbad, Leucenses, acida Göppingensis, Sylvestres, Cellenses, Badenses Herciniæ, Margraffbaden, Überkingen, Ebenhausana, Auwensis, Mendich, Saurental, Lonquich, Metedorff & pleræq; acidulae. Appetitum caninum infringunt Cellenses, Glottenses, Veringenses, Zollersbad, Überkingensis & acidulae aliæ. Balneum similiter calidum dulcis aquæ. Itē: Cibi fastidiū tollunt Badenses Helvetiae, Vendingenses, Ponterborn acidus fons ferri, aluminis, atque calcans tki particeps, Cronenburgica. Item: Contra malam concoctionem auxiliantur aquæ aluminatæ, Villacenses, Volkenstein, Badenses Helvetiae, Herciniæ siue Margraffbad, Leucenses, Fideris, Überlingen. Hec ille. Nostræ quoq; aquæ admirabilis fontis euacuando succurrere possunt omnib; prædictis affectibus. Plurimū laudarim in Bulimo & nimia appetentia. Ad inappetentiam verò mihi magis probatur acidulae quæ mirabiliter appetitū restituunt, quod in me ipso expertus sum. Vbi autē sentitur ardor ventriculi, citò sedatur potu aquæ acidæ in Lägenſ.

Vomitus
Bollensibus
cidens.

Idem cap. 10, meminit balnei Porcetani Aquisgrani quod lapidem in alueis facit: cuius præcipiens sit usus in balneis, quibus valde exsiccet, humidis idcirco defluxionibus articulorum, cutisque affectionibus idoneum, ventriculo humecto ac nauseabundo opitulari, hydropisim, laxosq; tumores id genus extenuare. Gal. de simpl. facil. l. 1. c. 7. Salsæ, nitrosoæ, sulphurosoæ, bituminosoæ, omnes aquæ inter cutem laborantibus perutiles. Ambrosius Pareus lib. 25. cap. 42. de med. facil. & compos. Aquæ calidæ morbis frigidis & humidis auxiliantur: membrorum inflationes hydropi, &cetero, ab humoris crassi lenti & frigidi obstructione superuenientes tollunt &c. Utiles cutis defæcationibus, herpetibus, elephantiæ, leprosæ. Vitandæ tamen sunt naturis biliosis & feruido bepate præditis: Nam cachexiam & hydropem iecore assato inueherent. Fallopius de thermis capite 17. de balneo Aponensi: Facit ad leucophlegmatiam, nec Aq. Aponensis ad hydropem particularem ventris, si præcipue æger utatur huius a-

que vaporibus, id est stufis. Andernacus: Omnis aquæ inter cutem species quamvis balnearum aqua in primis discutiatur: tamen etiam luto venter obducto. Item Aquæ Vicebadensis calidæ admodum potus ad aquam inter cutem ex frigida & humida materia contracta conuenit. Idem, Aquæ Ferinae Vvildbad paulò magis quam temperatæ calidæ sulphure, sale, & a lumine imbutæ. Potæ quidem iecoris & lienis obstructions in aqua inter cutem & morbo regio aperiunt. Idem, Aquæ Cellenses tepidiusculæ malo habitui & aquæ inter citem subuenient potæ. Idem, Aquæ Vvembdingenses manufactæ calidæ humores, & aquam inter cutem discutiunt. Idem Aquæ medicatæ in Zuckenthal sulphuris, aluminis, nitri & salis participes hydropicis, flatuosis tumoribus, anhelatoribus, vteris frigidis & albo ipsorum fluori, laſis & scabiosis in balneis conferunt. Idem, Aquæ calidæ nouæ. domus nouæ in Italia ex alumine & sale copioso, calcis & cineris modice participes, aquæ inter cutem ex frigida intemperie contractæ potu utiles. Idem, aquæ Asinelle in Italia ex ære constant, sulphuris participes: hydropericis, obstructionibus viscerum & vteri collectionibus potu utiles. Iohan. Gæb. ait. aquarum aluminosarum Sancti lobivsum consumere humiditates facientes hydropem, si hydrops non sit inuenitus & confirmatus. Item postea, potu & crebro balneo optimas esse ad tumentem ventrem siue hydropem, &ceterum & spleneticos affectus: id scio inquit, non tantum auditu, sed etiam experientia. Rulandus, Hydropicos sanos faciunt aquæ nitratoe, salte, maximè autem Vvendingenses, Vveringenenses, Vvolckstein, Vvalisserbad, Vveisbaden, Sultzberg, Annæbergenses, Auwenses, An tegast, Aquisgranenses, Dalfingenenses, Leucenses, Badenses Hercyniae, Austriae, Göppingenses, Teplice, Abecenses, Vvillacenses, Vberlingenses, Brugenenses, Piperinæ, Sylvestres, Cellenses, Zuckenthal, Bellenthal, Heyborn, & reliquo aquæ atque thermæ calidi & siccii temperamenti. Item ad tympanitem commendantur aquæ Bertringenses, Castein. Iac. Theod.

dicit aquas acidias in in Langenschwalbach tollere cachexiam, consumere hydro-
pem & potissimum Ascites: adeoque & ab hydropo preservare. Ex eodem demum
Stratum aquas quae spiritus sulphuris habent utiles esse hydropicis. Cum autem
admirabilis fons eos etiam habere videatur & præterea aliorum metallicorum
ad hydropem facientium, non dubitarim afferere utilem esse etiam admirabilem
fonte modo hydrops non sit deploratus, & consilio adsit peritus medicus, qui prius
hydropicos preparet ad balneum, impedit at nimio potu, caueat ne hepar nimium
increaserit, procure fluidum aluum, moueat urinas & sudores alternatim, potissimum
per vaporarium a nobis institutum, & nominatim in leucoplegmatia.
Arridet quoque nobis medicamentum Tabernæmontani, potissimum si hydrops
sit Ascites, de quo sic scribit lib. 2. cap. 39. Medicamentum ex aqua sulphuris ad-
uersus hydropem. Accipe tres manipulos seninis lathyridis, salis m. i. Continde
simil & cum aqua sulphurea fac pultem, que extensa supra pannum applica-
etur tumenti ventri, manifeste videbis aquostatem consumptum iri cum di-
minutione tumoris. Eodem modo in balneo admirabili paretur medicamentum
cum lathyride, sale, addito lapidis scissilibus & pyritæ tenuissime tritimi. i. β. ab
domini applicetur post evaporationem & tamdiu permittatur donec siccetur
totaque nocte maneat donec sequenti die lauacrum, in quo non nimium diu
hæreat, abluat. Possimus etiam arenationem artificialem instituere.
In vaporario crebris foraminibus pertusi atque caldariorū vaporibus ex-
cipiendis superponenter: pulucre lapidis scissilibus, cuius quantitas maxima
esse debet, pyritæ, gagatæ interiecto panno lineo aut canabino den-
tore (ne puluis per foramicula excidat) replebuntur. In his volutas
bit æger, aut partem tumentem detinebit. Vaporationes cum videam ap-
probari in hydropem & leucoplegmatia, que eius species à Fallopio de ther-
mis cap. 15. Si quis igitur eā sine hydropem anasarca laboret & velit ut aqua
medicata admirabilis fontis, suadeo cum Montagnana tract. de balneis
Patauinis, ut potius recipiat vaporem aquæ in hypocausto quam balneet:
Idem suadeo agendum in tympanite. Addit Montagnana magis iuuari la-
borantes tympanite decubitus super saxa vel latere aqua balnei calefactos:
Se viduisse ex vase maximum iuuamentum, ut vtor eius verbis, in praes-
dictis morbis & in duitiebus neruorum, & ad sedationem dolorum a ma-
teria frigida & flatibus proceratorum. Suaserim ergo ut vis aquæ nos-
stræ augentur iniectione lapide scissili candente qui facile excitabit vapores ex-
plosus aci-
dularum an-
ceps euen-
tus, noxius,
magis qua-
cipio laboranti. Alter autem æger egregius ut præterito anno carumdem us-
su in hydropem incidit, qui tamen Deo ita fauente, varijs remedys longo-
tempore administratis curatus est. Qui sibi timebit ab hydropo non bibat
aquas nostras nec acidulas sine consilio: & inter alia hoc diligenter obseruet-

ut consideret an aqua rejiciatur pro ratione ebibitæ, per aluum, vel virias vel sudores: quibus evacuationibus non succendentibus, earum usus non carebit periculo.

Ad lumborum, renum & vesicæ morbos.

C A P. L I I.

Renum verò affectus, viscerum, & maximè hepatis, cui videtur ministerio subesse, rationem in Balneis consequuntur, ac vesica renum. Vexantur autem renes calidæ intemperiei affectu ut plurimum, tum quia primarij latiz venarum, & arteriarum caudies è trâscunt, tum quia renū ipsorum substantia laxa pinguitudine admodum inflamabili quæ ex sanguinis ibi serositate laxariat, participat. Unde ex leui qualunque causa, vel exercitio immodico, vel percussione, vel ponderis lessatione, vel cibarjs calidis, vel etiam venere, incandescentes solent, & inde lapides in materia ibidem cruda, & crassa gignuntur, inbecillitates in tenui humido, inuoluntariae pollutiones, fluores albidi, diabetica paupatio, inflammatores, ulcera, morbi immedicabiles. Prima curæ ergo debet esse calida intemperies, qui per easdem balneas super cætera rei medicamentariae remedia, occurrendum. Purgantes scilicet subtilis, & mediocriter calidæ essentiae, aperientes, digerentes, ut nitrate, atque aeneæ, vel non indecoros, si ad robur conferendum ferro quadratum partimentum. Quæ scilicet & detergunt simul uiscera, & confortant. Quæ sane virtute ad eos etiam qui sanguinem mingunt, siue ipsa debilitas renum in causa sit, siue laxitas vasorum, siue humorum tenuitas, hæiare balnei ebibitæ aquæ mirificè probatur: Ficuncella, Grotta, Tigrum, Villa, Plaga, Luncaria, Gibberosum, Porretanæ, Albulæ, Aponus priuata virtute, & in externis permultæ. Quæ & arenulas, calculumq; tam è vesica, quam renibus conterere, ac extrudere pollicentur, & urinas prouocare. Nego est dubitandum, quomodo possint medicatae aquæ barenuas extrudere, aut frangere lapidem, cu ex aduerso plœq; ex dictis aquæ praesertim ferratae, & aluminose, manifestè lapidescant ipsæ, qua transeunt. Nam in omni ferè medicinae usu, satis quisque deberet contentus esse experientia, qua scilicet liquidò patet hanc aquam ebibitam facere ad lapidum vitia, quicquid exterius moliatur contrarium, praesertim quia ratio diuersitatis huius est in promptu: Nam uenitus rei non est eadem dispositio intra, & extra adhibite, in corpore humano, & in alijs rebus. Nam ex summi Philosophi decretis, non sit quodlibet exequilibet: Sed determinatum ex determinato. Aqua hæc super terram lapidem gignit, lapidem ebibita homini detergit, extenuatq; euidenter lapidem, & ducit arenulas. Tales manifestè effectus contrarios videntur in Albulis. Quin Anienis fluvius, qualcumq; pertingit lapideam facit terram, & ligna, & cortices: & tamen Tybure toto fere avno turbida bibitur, & rarijsmè tamen lapidum vitia sentiunt, nec barenuas Porro eiusdem facultatis, ad urinas prouendas, & ad calculos sunt Porretas

Quomodo aquæ extinsecus lapidescētes lapidem frangant bībitæ digressio.

uæ, Villa Luce, Paganelli balneum sub Viterbio, Tritoli, & Tritola par in nominis virtute Putcolis. Petre ibidem dictæ aquæ, Sancti Georgij insignibus ad Baias, Furnelli, & Succellaria, quos fontes laudat ad hoc Plinius in Ænæs, ria, aquæ ad Tungrim in Gallia, que hisce affectibus antiquissime laudis sunt. Fidery item fontes in Rhetia, Cellenses aquæ in Helvetijs, Fabarienses, Ferriæ, plures aliae. Acidæ subinde aquæ, quarum in renibus vesicâque, & meatibus vrinæ expurgatis prima est prærogativa, qualis in Stadiano Dimidia, in Venafro Acidula, ad Theanum. Sicut in Plinio, ad tres fontes extra urbē porta Tergemina, aqua Anticoli in Campania, Acidula in Bergomensi, acidæ ad Göppingam, ad Rotenburgum, & aliae in Germania, que omnes & in potibus priuatis bibuntur. Balnearum enim Solia aut disponunt, quemadmodum mollia quædam & bituminosa, aut dolori leniendo ministrantur, qualia priuatum ex temperatis aquis, vel hydrelæ, vel oleo balnea, & emollientia eius generis, alia, quemadmodum & ex Iudeico lapide per artem medicata aqua, que calculis

Ardori vti,
næ.

ardoremque, & inde natam stranguriam, vel mingendi impatientiam sanant, preter cæteras medicatas, inflammationes arcet, ulcera abstergit, curantque, in quo maximè Albulis in Latio celebrauit Aëtius ex Archigene, & nos Porretanas, Viterbienses, Lucanas, Cassianæs, in Tuscia, ut insigniores adducā. Ad quos omnes affectus, Vesicatorias dictas in Tuscia, ob vesicæ proprietatem celebrat Scribonius Largus. Eadem inuoluntariam siccant seminis effluentiam, nocturnas pollutiones, improviſam per somnum emissionem, diabeticum fluxum, & sitim exinde natæ inextinguibile, Maximè vero laudaturq; in potibus medicatis expurgando, pro ferri qualicunque impreſione, vim quoque insignem obtinent roborandi, deinde ænce deinde aluminatæ, deinde nitratæ, postremò nemorosæ, falso, & quæ extrinsecus balnea vtcūg; profundit, ex ferro ite admista, vel plūbo, vel alia mineralia que actionis sunt qualitatibus temperata. Nam obstructis aperturis, tum in renibus, tum in vesica, ac frigidis earundem intemperantib; corrigendis, satis ex predictis balnea eligi possunt, Baccijs. In Baianis Gibberosis aqua potabilis quidem, ac super aliam quancunque in renibus iuuandis efficacissima perhibetur, meatus vrinaries apperiens, abstergens, firmans, arenulas mucorosæ que in his locis hærentes extrudens, flores muliebres ex locorum imbecillitate mirificè fissens. Idem, Nitroſa Sancti Georgij nuncupata: aqua lapidem frangit. Idem, Paganelli balnei aquæ secundæ in Viterbiensisibus laudis: sanè quæ à Grottaceleberriæ aquæ tum naturam tum virtutes amulanatur ex nitri natura limpida, iucundæ & potulente cum virtute soluendi ac provocandi vrinam: Tritola sub Viterbio aquæ arenulis, calculisque extrudendis comprobatae: Fallopius de thermis cap. 11. Aquæ thermalium pota iuuat renes & vesicæ quia per has partes transit: Vnde Archigenes exhibebat medicatas aquas in affectibus vesicæ, & Scribonius & Marcellius Vesicularias dictas quia ficerent ad affectus vesicæ: Idem: In Regiensis ditione apud Castellum Brundussum est fons aquæ medicatæ frigidæ, cuius aqua pulcherrima, habet nescio quæ:

Inflammationibus.

Vleceribus.

Censura
quarum ad
vlecia & re-
obtinient roborandi, deinde ænce deinde aluminatæ, deinde nitratæ, postremò

nemorosæ: falsæ, & quæ extrinsecus balnea vtcūg; profundit, ex ferro ite admista, vel plūbo,

vel alia mineralia que actionis sunt qualitatibus temperata. Nam obstructis aperturis, tum in renibus, tum in vesica, ac frigidis earundem intemperantib; corrigendis, satis ex predictis balnea eligi possunt, Baccijs. In Baianis Gibberosis aqua potabilis quidem, ac super aliam quancunque in renibus iuuandis efficacissima perhibetur, meatus vrinaries apperiens, abstergens, firmans, arenulas mucorosæ que in his locis hærentes extrudens, flores muliebres ex locorum imbecillitate mirificè fissens. Idem, Nitroſa Sancti Georgij nuncupata: aqua lapidem frangit. Idem, Paganelli balnei aquæ secundæ in Viterbiensisibus laudis: sanè quæ à Grottaceleberriæ aquæ tum naturam tum virtutes amulanatur ex nitri natura limpida, iucundæ & potulente cum virtute soluendi ac provocandi vrinam: Tritola sub Viterbio aquæ arenulis, calculisque extrudendis comprobatae: Fallopius de thermis cap. 11. Aquæ thermalium pota iuuat renes & vesicæ quia per has partes transit: Vnde Archigenes exhibebat medicatas aquas in affectibus vesicæ, & Scribonius & Marcellius Vesicularias dictas quia ficerent ad affectus vesicæ: Idem: In Regiensis ditione apud Castellum Brundussum est fons aquæ medicatæ frigidæ, cuius aqua pulcherrima, habet nescio quæ:

saporem salsum, sed illum minimum vix que perceptibilem, ea aqua bobus grātissima. Anno 1488 à Christo Salvatore nostrō nato cōpīt in eunte & late inter boues grassari talū epidemia, vt omnes mingerent sanguinem, & omnes illi boues qui bibissent vel biberent diēlām aquam sanabantur: aliorū n autem locorū boues, quibus non erat data facultas bibendi, moriebātur: *Quod vbi obseruatū:* omnes suūtūrū locorum pastores suos boues ad illam aquam duxerunt. Tādem res à bouis ad homines deuenit, & cum quidam paterentur circa vesicam, cōperunt analogiā quadam argumentando in potum assumere, & aliqui excreuerēt arenulas, aliqui lapillos, aliqui saniem, & sanati sunt: *Quae res demum deuenit ad medicorum aures, qui aquæ illius usum pro affectibus virgæ & vesicæ comprobarunt, & hactenus illius usus ad talem affectum viget.* Idem cap. 17. de balneo Aponensi: *In potu aqua hæc iuuat renes & vesicam, cum repleti sunt renes arenulis vel materia pituitosa multa, vel si adgit vīcius, modò abicit inflammatiō.* Similiter vlceribus vesicæ prodest, maximè si non possunt retinere lotium, *Vlcera v-* ita ut die noctuꝝ & semper mingant, propter resolutionem musculi vesicæ: *In* hoc affectu nibil est præstantius quam usus istius aquæ tum in potu tum per infiſionem, quia aqua ista excitat, digerit, calefacit & roborat partes. Andere namcū, *In nephritide & vrinæ difficultate solent etiam quedam condita & pulu-* ueres exhiberi post balneum, vel aquæ potionem, nempe El. Iustinianum aut Lizthontribum diētum, vel medicamentum quod recipit: Nucleorum persicorum, cerasorum sing. 3. q. Dauci, Seseleos montani sing. 3. vij. Sem. fæniculi, anisi, Gly- cyrrizæ sing. Semunciam, Artemisia 3. i. Zucchari modicum: *In puluerem re-* dacta mixtaque cochlearis in star ex vino albo tenui vel aqua naturali (forte minerali) si huic malo conuenit, assumi debent. Aliquando Zulapia quedam vel decocta quæ renes & vesicam affectam respiciunt, leniterꝝ vrinam mouent, quælia optimè fieri possunt ex Benedicta sive Garyophyllata, Aquilegio spinoso, Care duo benedicto & similibus: vel ex aquis aquilegij spinosis, adiantib. virijs que seſſi- cuncia, olei ex granis juniperi gattis tribus. Idem: *Aqua ferina poterum* & *Aq. Ferina-* vesicæ calculos expellunt, vrinam mouent, ventriculum & intestina confirmant, colicos dolores sanant, appetentiam cibi mouent: *In balneis etiam præ ceteris cal-* culos ejiciunt quod sāpe vidimus cum in alijs tum in muliere quadam prouerbialē atatis, quæ lapidem cui columbini in star infidens aquæ, ad extremam usque vesicæ cervicem excernebat, cui ille adeo impæctus erat vt sine auxilio chirurgi exire non posset. Eodem tempore etiam concionator quidam pituitæ quandam materiam adeo viscosam & longam, vt intestinum quoddam videretur, per ves- sicæ canalem reddebat. Idem, *Vvembdinges aqua manufacta calida sulphure,* alumine & nitro constantes, valent ad renūm & vesicæ calculos; adeo vt quidam à chirurgo malè curatus illius usu quadriginta calculos reddiderit: vrinam non retinentes sanant. Idem: *Aqua à terra dictæ vrbis veteris aluminose & ferree,* purgant renes. Idem, *Aqua Carpenses in Italia frigida, odoris fere nullius, non* Carpenses. adeo grati saporis, aluminose & modic sulphuris, salisque particeps renūm &

Boues min-
gentes san-
guinem.

Aq. Aponēt.

Vlcera ve-

teria.

Aq. Ferina-

teria.

Vvembding.

Terrestres.

vesicæ exulcerationi conferunt & alia vlcera conglutinant. Idem: Aquæ in Abus
 Petrea. Vælia à Petra dictæ quod petrae cálculos conterant expellantque. Idem, Fons Vvalds-
 Vvaldsbor. born valet ad calculin insigñiter & ad vesicæ flatus, nec non ad vteri strangu-
 Überking. latum, & eius prolatum. Idem, Aquæ medicata iuxta Überkingen plumbo,
 ære, & sulphure, frigide erumpunt, ad vesicæ & renum vitia cálculosque vtiles
 Gebervill. in balneis. Vvalterus Riuinus in speculo sanitatis dicit esse balneum calidum in
 Alsatia Geberswiler constans alumine, nitro & ferro potu frangens cálculū re-
 num & vesicæ. Si vera dicit, nō dubitarim afferere admirabilem fontē idem præ-
 stare posse ob mixtionē metallorum que in nostro cogita est, in illo ignota. Reis
 nerus Solinander de eodem: In Alsatia inquit, non procul à Geberswiler, sunt
 aquæ calidæ quibus hætenu nullū sulphur ascriperūt, nec evidenti arguento
 assignare possunt. Eidē postea sunt aluminoſæ, nitroſæ & ferrata. lo. Gob. scribit
 Aq. S. Iobi. aquas aluminoſas S. Iobi vtileſe in potu & balneo ad renū & vesicæ cálculos,
 ad dysuria, stranguria, vrinā purulentā & sanguinolentā, modò non adſent ca-
 lidi tumores. Ego preferrem admirabilis nostrī fontis aquas, quia non ita astrin-
 gant. Relād. Contra spinæ dolores valent Carolinæ, Elbogane Bohemia sulphuris
 Spinæ do- & aluminis particeps, Löfinge oppido Furstenbergensi aquæ frigidæ ſale,
 morbi. Lumborum nitro, & alumine constantes, Bertringenses. Idem: Contra lumborū morbos præ-
 Nephritici. stant aquæ sulphureæ & harum ſpecies. Nephriticis vtileſe ſunt cuprea, dulces,
 Leucenses, aquenses, Luterbach, Episcopi Argentinensis balneū sulphureū, Ca-
 rolinæ, Kefwasser, Syluest. Vvolckenstein in Misnia imbusæ aquæ pernulto a-
 lumino, pauxillo pyrite, atq; bitumine. Itē, Contra renū morbos & dolores iuūat
 Renū vitia. aquæ ærea, ſalſæ, Badenses Heluetiae, Herciniæ, Plumbariæ, Bellenthal, acidula
 in valle Bellenthal ex ferro, calchantho, & sulphure paucō profluens, Annæberg.
 Vveringenses, sulphuratæ, bituminoſæ & ſalſæ aquæ. Renū chron. mala Piperinæ
 ſanant. Renes refrigeratos Bertringenses. Renū exulcerationē Carolinae, Renū
 inflammationē & calidā intemperie Cellenses, Embi, Kiſſing, atidæ infectæ ſale
 multo, alumine ac calchantho, acidula alia. Renū arenæ & cálculū tollunt Sylue-
 ſtres, Badweiler, Ribbacenses, Brintzbach, Castein, Embi, Brigenses, Kefwasser,
 Sultzberg, Schweiiningen balneum particeps sulphuris atque aluminis. Vvata-
 Aq Lithon- weil, Fideris. Idem, Calculum vesicæ & renum rumpunt, diſipant, educūt aquæ
 thytice. ſulphuratæ, aluminate, auriferæ, ſalſæ. In ſpecie Aquagranenes, Annæbergens-
 ſes, Badenses Heluetiae, Castein, Dafingenses, Kefwasser, Luterbad, Vveringen-
 ſes, Vvolckenstein, Zellerbad, Vvildbad, Etzkauenses, Egeniæ, Badweiler, Fiz-
 deris, Brintzbach, Piperinæ, Marggraffbad, Leuckerbach, Schweiiningenses,
 Embenses, Hubenses, Vberlingenses, Vvaldsborn, acidula in Leuning, Birck-
 feld, aquæ in Mendich, Niderlonstein, Saurenthal, Kiſſingen, Carolinæ, Vven-
 dingenses, aquæ ad Agrā, Kronenberg, Sultzbrun. Stranguriam auferunt Daf-
 ingenses, Teplicæ, Annæbergenses, Vvendingenses, Vvertingenses. Idem: Vrinæ
 difficultatem, ardorem & suppressionem tollunt, vrinam, prouocant, & corporis
 viscera per eam purgat, aquæ Badenses Heluetiae, Herciniæ, Cellenses, Hubbad.

Vberlingen, Vvendingenses, Vvisbad, Aegane, dunæberg, Antegast, Vvesterbad,
 Sylvestres, Heylbrun, Balneum aquæ dulcis calidæ. Vrinam non retinentibus
 conferunt ferare Wendingenses, Beriringenses. Idem eodem lib. de balneis præ-
 scribit in sessum ad arenam renumq; calculos. R. Rapharum num. v. Nasturtij a. In sessus.
 quatici, Polygoni anam, iij. Lacis a lineo sacculo indantur ac incoquuntur aquæ
 quantu satis est in sessu: vtatur æger tèpore paroxysmi & vbi inges vrget dolor.
 Hæc ille. Nō displaceit augeri vires aquæ admirabilis in coctis herbis: veru malim
 melilotu vel chamæ. vel aliqua plantâ vrinâ mouente vti quâ dubio polygono Polygons
 refrigerate & astringente: de quo ait Gal l.s. simpl. Refert Diosc. quod & vrinâ
 prouocet exhibitu silicidio seu frægurâ affectis, nō tam affectu ritè discrimi-
 nat, in quo ipsum dari expeditat. Ad vesicae calculum & stranguriam præscribit
 in sessus frequentem vsum ex Raphanis x. incoctis in aqua. Ego si calculus sit ^{Raphanus,}
 magnus in vesica, existimo potius nocere quâm prodeesse. Iac. Theod. dicit aquas
 acidas in Langenschwalbach viles esse in omnibus morbis renum & vesicae, Langensch-
 pellere arenas, impedire calculum, expertum esse & singulare remedium ad dolos
 res lumborum & renum à calida renum intemperie, vnde corporis extenuatio:
 repurgare renes, vreteres, & vesicam exulceratos & purulentos, non autem cu-
 rare. Pantaleo c. 18. scribit, aquas thermarum Tigurinarum facere ad Nephritis-
 cos, & lumborum ac vesicae dolores, aperire obstructiones renum, materia visci-
 dam pellere ex qua sunt arenule, ac extenuare incrassatam, vt in seipso est ex-
 pertus, vt qui arte balnei vsum cogeretur rectus scribere propter dolorem dorsi,
 postea vero potuerit sedendo scribere, donec materia hæc mala iterum coacer-
 tiata. Dört. Renes ob validam attractoriam vim, viciniam venæ caræ descendentes
 sanguine turgide spiritu copioso plena, nibilq; dissipantis densam substantiam, Belilu. vsum
 situm declinie, tanti ut pinguedinis in ambitu copia aceruant, vt viam sero sanz ^{nū} pingue-
 guini suprà, vrine in frâ præcludat. Hæc pinguitudinis copia dissipatur, pabulo ^{dine.}
 cedit & ortu prohibetur, frequet iteratione vacuitatis huius aquæ & continuo vfu
 stillatitudinis liquoris in mesa sorpti. Clyst. ex egelido hoc latice conueniunt crebro ^{Viceribus.}
 vspurpat. Ulcera sordida in renibus ex sanguine extra via fuso & in renibus tenuum.
 morâ trahente ite ex collusione putrefactis humoris ad renes via affectatis: deniq; ex
 calculo si ère fondenteuè substantia renu ultra medicata aque Beliluc. vsum
 prædictum de pinguedine renum balneo & fotu eius, litu cani indigent modo à ^{CALCOLO.}
 fotu & litu dulcis aquæ calidum balneum ingrediatur æger. Calculus in renibus
 potu aquæ desiderat largu (cui tam hic quâm in renu viceribus puluis herniarie
 miscendus) Balneu aqua dulcis tepidu post ingrediatur: deinu balneu thermariu.
 Puris miectio ob renum vesicæ, vlcus, detergi intus & foris debet iuxta metho-
 dum in renum & vesicæ affectibus curandis præscriptam. In vesica abolita fun-
 ctio meiendi, puta Ischuria, vel imminuta dysuria ob viscidiæ, lentam, pituito ^{Ischuria &}
 sem materian, sanguinis grumos, calculum, ædemata, crassum pus: Hi affectus ^{dysuria.}
 clyste rgaudent ante cænam. Tostridie copiosa his competit aquæ Beliluc pota-
 tio. Tribus diebus sequentibus assumatur parcior aqua ei addedo milij solis, her-
 niaria, glismatis, pulueris cicadaru singuloru modicu. His elapsis diebus dosin græ-

dem aquæ rebibat qua depleatur. Istæ iterentur per tres septimanas. Pubes & Peritonæ interim crassam èto oblinatur quotidie addito oleo anethino, rutaceo & scorponi. In vesicam tum aqua thermarum per syringa iniciatur. Ius qui volunt vti aquis fontis admirabilis in affectibus renum qualibuscumque, suadeo ut ex consilio medici præparent corpus & præbume etent potu aquæ admirabilis manè assumpio per tres dies quatuorū : Deinde purgentur trocisco Axungiae Lunæ secundæ vel alio cathartico conuenienti pro ratione morbi etatis, aliarumque circumstantiarum. Qui autem vtuntur diureticis in morbis renum, quod multis valde commune, non repurgato corpore, se perdunt & in totum corrumpunt adeoque & arenis calculis que gignendis causam præbent : idem facientes quod sigilli, qui calefaciunt fornaces & limum inferunt ad coquendos lateres.

Piæposte-
ratus diureti-
corū vius.

intestina potest peruenire ad renes & vesicam, quin prius in venas mesaraicas & venam portam in tenuissimas fibras trabatur ad hepar, & deinde distribuitur per minimas venas in hepatis parenchyma substantiamque, unde iterum diffunditur per ramulos capillares venæ cauae, inde per emulgentes attractum distribuatur per venulas in renes, & per tenues portiones tunicae internæ vreteres constitutentis, tandem per eos descendat in vesicam. Cum tam longinquæ sit via ad renes, eorum quæ assumuntur aut iniciuntur, sit satis verisimile quanto cum periculo pseudomedici, pseudochymici, Chrysopœi, artifices auræ potabilis, secretorum occultorum, sycophantæ, misanthropi, enthusiastæ, agitæ, imperitæ mulierculæ ad frangendos calculos & renum & vesicæ, incerti etiam an adsint, vehementia remedia exhibeant, ventriculum & hepar corruptentia: à quibus cœubunt omnes prudentes viri & qui valetudinis sua rationem habet. Illud mibi consideratione dignum videtur quomodo certa experientia & ratione possit constipari, lapides Iudaicos, oculos cancri & similia terrestria non hærente in intestinis & per alium reperi: sed renes per tot ambages penetrare & in renibus ac vesica lapides, quos exemptos vix mallei valido vibratu frangas, comminuere. Idem etiam dixerim de omnibus lithontribis, quæ si injicias in ipsam vesicam in qua constet per Catheterem adesse lapidem, id sine profectu feceris: quanto minus sperandum auxilijs ybi in renibus infarctus constituirit? Lithontriba vera, vestilia, & rationi consentanea sunt quæ qualitate manifestè assumpta, injecta, & applicata, vel occultè tonuoribus suis partibus, vrinam mouent, abstergunt, extenuant, & dissecant vesicosos humores, jungentes lapillamenta & arenas: vel etiam lubricitatem quandam introducent, dilatant, relaxant partes, inflammations sedant. Quo fit ut post sufficientem euacuationem non verear præferre auro potabili, tinctoriis & similibus aquas admirabilis fontis potu copioso, balsneo, enematibus, fotu, lutatione in ulceribus vesicæ. Terebinthina in enematibus multum mibi commendatus, si administretur eo modo quo docui in histosrijs. Porro etiam aquas & nostras & acidulas vicinas (quas maximis facio in affectibus

Terebinth.

fectibus renum calidis) illis aquis quæ petrificandi vim habent prætulerim. Imò verò sacrificis illis non lubenter vterer. Scribit Gesnerus de figuris lapidum. Sunt qui ex aquis tofos & lapides gignentibus bronchocelas excitari putent. An verò renum quoque & vesicæ, alijs in animalibus lapides crebro earum potu coire possint considerandum. Hæc ille. Vrina si non retineatur, probari balneum & postea lutum ex pyrite, bitumine & lapide scissili & argilla vel bolo Teccensi, addito etiam alumine adhibitum pubi & perindeo in exitu balnei, in vaporario vel ad ignem resiccandum.

Ad pudendorum vitia. C A P. LIII.

Pudendorum autem vitis Minerale aquæ, & præsertim metallicæ valde conueniunt. Sunt enim hæc naturaliter siccæ, ac siccis ex æquo medicamentis hec loca indigent. Ea autem quoniam maiore ex parte hodie Luis Venereæ sboles sunt, vt inflammations, prurigines, rimæ, verrucæ, apostemata, vlcera: babenda in primis eius contagionis ratio est, quemadmodum Cap. de Lue Venerea habetur. Summa hæc est, quod dummodo effectus non sit in principio, neque in statu, & præmissa sit diligenter totius corporis purgatio, naturalia id genus balnea, quæ siccæ sint & adstringentia, foris tutò possint ministrari. Ut ferratae aquæ, quale Aquinonis balneum, Regina & Villa: & æneæ, quales ad Viterbiæ, & plumbeæ, vt in Lotharingie montanis: & ex minio in fluvibus terra Hispaniæ: & aluminoſa, vt albulæ & Porretanae & falsæ tepentes, Omnia verò calidam pudendorum intemperiem, omnemque humorum acrimoniā temp. & afluxu. adfluentium excernunt obtunduntque bibitæ aquæ quæ purgant, vt nitratae lenissimæ ad Baías, ad Puteolos, ad Ariminum, ad Tungrum, in Alsatia: præsentaneæ verò magis ex ferro quedam, vt Ficuncella in primis, ac ex alumine Porretanae atque his similes. Abliendis verò solidandisque eorundem vlceribus lacræ, eadem bene faciunt, & falsæ, & aluminate, & ferreæ, & Fabrienses ex auro, & Plumbeæ Lotharingie, & Leucenses, & Albule: nec minus ex cinere lixiuum, & ex calce aqua, & ex braſica fomentum, hydrolæumque. Eadem ad pudendi virilis, quæ serpunt, vlcuscula, ex minio præsertim naturalia, plumbo, & cadmia: vel arte parata ex his collyria, quæ putrefactionem cobibent purificantque, ex eius virus absumendo sine dolore. Nec minus mulierculis vtilia, Pruriginæ vuluae id genus pruriginem cruciatumque sentientibus. Verruculas autem, quæ in pudendis, utroque sexu enata thymiflorem representant, scabras & subrubentes, acrioribus aquis & eo, quod in imis earum aliis residere solet smegmate diu imposito amputare ex edere que tentandum: quales falsæ, & marinæ ex his quæ passim habentur, & ſpuma maris præcipue, & nitratae, quæ vbi ſynceræ naſcuntur, vt in Egypto, calceamenta conſumunt: atramentatae, quales in Voz laterrano, & ater Auernus in Campania: chalcitide, ſorye, vel misye dilute, quales in Cypro Insula ad aerarias aquas virides, & virides apud Neſolam in Dacia. Plumbeæ ſimiliter erodunt, & aureæ, ex chrysocolla præsertim auro con-

Rimas. nascentis impressione, ut in Lotharingis, & in Rhetijs: ac acerimæ aliae, vt ex argento viuo vel auripigmento Stygianæ in Arcadia, & de facile parilibus ex antimonio paratæ, vel ex calce, vel cinere. **Rimas** autem, quæ vt plurimum, circa muliebria, aut circa sedem grasantur, reficiunt abstergendi consolidandique vi præditæ & emplastica virtute, vt ex ferro, qualis in Frioli ad M. Falconem, & plumbeæ eadem, & ex alumine in Latio, eademque ex Antimonio paratæ, vel calce, nec non palæstritarum ceromata apud thermas veterum erasa, Hæc Bacca-

Carunculae. **Catunculae.** **in meatu v-** tius: Quibus subiungimus sequentia ex Dörtomano, Carunculae in meatu virinas in meatu virio, ob lenthum crassumque sanguinem vel humorem non naturalem, si etiam-

ulceratio. **Virgæ ex-** ratiæ. num in fieri est, frequenti iniectione aquæ Belilucanæ post annūmūmū & potus satietatem præseruatur & curatur. **Rulandus:** Virgæ exulcerationem curant az- que Bertringenses Treuerensium tepidæ alumine, ferro, ac modico sulphure im- butæ, Aquisgranenses, Fideris. Hæc ille. Ad ulcera proderit inieccio ex aqua ad- mirabilis fontis, quæ si non exsiccat sufficenter, maceretur in ea lapis scissilis & pyrites tritus: Nolim tamen iniçia aquam cum puluere: non dubito balneum & fotum, nec non pótum vtilem.

Ad testiculorum & scroti morbos. CAP. LIII.

Inéperies.

Tumores.

Nec secus calidæ Testiculorum, & Scroti intemperies quam quæ in renibus percurrandæ, per ebibitas scilicet purgatorias aquas plus minus ro- borantes. Nam quæ addueta in illas partes materiae copia, insignem tu- morem constat, per initia digerentibus forinsecus balneis excutiuntur, Sulz phurosis temperatis, aut calidioribus, bituminosis, salis tepidis, & ex ijsdem lus- tamentis: quæ omnia in fine ad reliquias, quæ induvari ibi solent, commodius probantur. Apertis verò ac ruptis epotæ quidem medicatae aquæ conferunt, si va- lenter adstringentes, cum hoc etiam promissimè purgent, quales sunt raræ, vb Euncella: nam quæ leuiter & pigre mouent, & quæ vehementi opus habent conatu, exercitioque, non vacant maiori fiende aperiiture periculo, ac satius pro- pterea hinc temperata simul ac syptica admodum lauacra consulendum. Quos verò audiui timidos balneis calidis in apertis, ac herunosis, Galeni authoritate diffidentes, haud ea quidem aperientia, laxa ac mollia in Thermis vi banis, ac naturalibus istis, ac adstringentibus distinguebat, quæ primaria faciunt facul- tate, Sanctus Casianus, Aunio, Maceretum, Villa, de Aquæ, & Caldanæ Pisaz- rum, Sanctus Bartholomæus sub Apono, Caldarianum, Lucense, Ferinum, Fas- bariense, Porretane, aquæ Albulæ, & aut ferro, aut alumine, aut plumbbo, aut quocunque eiusmodi astringente constipantes. Ad flatulentas autem, bernias securius calidiora, ac discussoria magis baln. ministrari possunt, qualia sulphurata esse perhibentur Caroli 4. balnea in Bohemia, calida ad Budam, vbi & illutandi copia, Aponus, Asculum, Sanctæ Crucis cognomento ad Baias, ad Puteolos, Viz- terbiensiæ, Stygiana, Senensis. Ad aquosas eadem & lutamenta. Ad Sarcoticas vero, ac valde induratas mollia primum vaporaria, vel ex salis fomenta, vel in consimilibus naturalibus infessus, & aſſidua illutamenti appositio, in quo ge- nere plura, ad alias durities narramus, Baccius lib. 3. cap. 1. Idem lib. 4. cap. 2.

Hydrocele & Sarcocelle

Ad viam Aemiliam, prope Sarasinam & Cesenam extat balneum cognomento Sancte Marie, quod aßiduo commeatu, ac frequentia quotannis hominum ad balnea, in castellum eius cognomenti evaſit. Aqua minere sulphureæ, alumine, ferro, & que ære participans: quare ad tertium qualitatis gradum à veteribus, Sauonarola quoq; teste, aestimatur. Facit ad frigidas, at q; humidæ ægritudines, calfaciendo, ac digerendo, in cunctisq; citius quam Auinonis balneum, quod huic est valde ſemile, operatur. Ex communi verò fonte cum diuersa buc dederuntur balnea, alia viris, alia mulieribus, alia alijs teperiora, insignes ad vſum Duccie laudes obtinent, cerebri affectibus frigidis nec nō articulorum, ac iuncturarū vtilia. Distillationibus, obſtructis, refolutis, tremulisq; opitalantur, ventriculo, hepati, intestinis, vtero affectis. Hernias extuberates, edēata, ac inflata inhibent, & podagricos tumores præſertim laxos primo accessu diſſoluunt, dolores qui co-sequi eos ſolent, leniendo. Pruritū, ſcabiei, omnibusq; intercutaneis vitijs medetur. Idem lib. 4. cap. 10. Frigida bibitur vſu balnei frequenter aqua in valle Caregia montanorum in Corsica, calide hepatis ac renum intemperantia, ventris obſtructionibus atq; hernijs admodum vtilis. Alio in valle S. Antonij frigidæ perſe miles. Rulardus: Contra testiculorum infiationem & tumorem auxiliantur aquæ Göpp. Sultzberg, Annæbergenses. Testium dolorem mitigant Volckenſteinenses, aquæ, lob. Göb. aquas aluminofas balnei S. Iobi admotas cum pannis pudendis tumefactis ob nimiam humiditatem viles admodum & salubres eſſe ſcribit. Dört. Enterocle & ceteræ henniarum ſpecies, à diſtendentibus, rum- pentibus, velleatibus humoribus frigidis, humidis, flatibus craſſis &c. ortæ, potum ſeu doſin aquæ Belilucanæ longo ſatiſ tempore efflagitant: Clyſteres & balsnea auerſantur. Cenum cui ſanicula, henniae, conſolidæ, croci Martis puluis mixtus, affectæ parti diu multum q; imponendum. Puluis hic etiā potui ſeu doſi tum parciore miſceatur. alternis diebus mane & bauriatur cum aqua. Hæc illæ. Suadeo ad imitationem Montagnanae vt qui laborant hydrocele, pneumatosa cele aut ſarcocele, recipiant vaporem aquæ balnei Bollensis in quam inieciſ lapis deſciſiles cädentes. Foueant etiam aquâ Bollensi cui adiectum ſit sulphur viuū: vel ex Andern. Ramex flatuosus, aquosus & carnosus primum vapore calentis aquæ ad quartam horæ partem recte foueatur: deinde luto obducatur cui decima pars ſulphuris viuī in puluerem redacti ſit adiecta. Nos poſſumus etiam addere puluerem lapidis ſciſilis, ac etiā aliquid aluminis. Inter hystorias noſtræ eſt cui in tumoribus pudendorum profuit aqua medicata Admirabilis. Ad bubonocelē, enterocelen, epiplocelen non ſufficient nec potus nec balnea, nec fotus aquarum medicatarum ſue noſtrarum ſue aliarum. Opus ligaturis affabré preeparatis, & emplastris: quo in genere utillissima quoque erit bolus Teccensis.

Ad veneris impotentiam & augendum sperma. C A P . L V .

PEnis piger, iacens, & arrigere ſe non valens ob intēperie frigidā (ſimplicem, aut cū materia pituitosa, craſſa muſculos aut neruum opplente) humidā cū materia ſemper nā ſine materia illa eſſe nequit, frigidam & humidā ſimul:

Aq. S. Marie

Aq. Corsica
frigidæ

Fotus.

Aq. Brigen-
ses Valegio-
sum.

Tritolæ &
lucariaæ aquæ.

Accomoda-
tio.

Aq. Virginis

Langens-
schval-
bach.

Aq. S. Iobi.
Bollenses.

Belliae

item ob obstructionem flatum spiritumque aditu præcludentem: arrigitur potu aquæ Bellilucanae non largo, balneo, fotu & cœni litu cum oleo de piperibus. Dortom. Baccius: Brigenenses aquæ in Valesis iucundæ ingredientibus sentiuntur: Mineram tradunt sulphuream calefaciendo, exsiccando, ac digerendo viiles. Vnde capitis & cerebri passionibus ex frigida intemperie ortis, nervis, articulis, iuncturis, tumentijs quibuscumque tum laxis, tum flatulentis opitulantur. Ulceræ exsiccant consolidantque, & scabiei generibus medentur. Uſus in balneis & temperatis temporibus: alioqui magnis caloribus, & capite debiles, aut renibus non adeo iuvant. Nec minus qui febrem sustinent & agèr coēunt. Item lib. 3. cap. 1. Venerem incitare traditur Tritolæ & luncariaæ aqua bibita ad Pueras: quæ & viros impotentes iuware possunt, eoque nomine sterilitatis ex eis causam amouere. Ad idem Aqua Viterbiæ valet ebibita, aliaeque similes quæ renes mundando ac roborando vim quoque prolificam restituant. Rulandus de balne. cl. 5. Contra ppermatis defectum afferunt remedium aquæ dulces calidæ. Item Castein, Göppingenses: Item: Venerem stimulant Piperinae, Embænes. Refrigera- ratis lumbis & partibus genitalibus utiles futuras aquas admirabilis fontis nō dubito si adhibeantur: cum consilio medici per balneum moderatum & luteum ex lapide scissili, pyrite, & bitumine proderunt etiam potæ ad repurgationem, si postea sequatur moderatus potus acidularum appetitum excitans & viscera roborans. Impotentiaæ affinis Gonorrhœa, ad quam, si ex furore rerum proces- dat, inquit Fallopius, aquam Virginis quæ tepida purissima sal edinem vix perceptibilem habens, in potu exhibemus. Rulandus: Gonorrhœam compescunt Anniebergenses, Hubbad, Teplicæ, Iac. Theod. Fons acidus in Langenschvalbach curat gonorrhœam & menstrua alba mulierum: Io. Gæb. non immerito laus dat suas aluminosis aquas S. Iobi in potu ad gonorrhœam. Nec improbo aqua- fontis admirabilis in balneo, si moderatus eius sit uſus, at lumbi & interfæmineum à balneo illinantur cum argilla cœrulea, bolo Teccensi, & puluere lapidis scissili tenuissimo (qaibus poterit etiam addi aliquid aluminis) disso- lutis omnibus cum pauca aqua admirabili: In potu malim assumi mediocrem- quantitatem aquarum acidarum. Si gonorrhœa cueniat quia semen aquosius, iudores conuenient à balneo.

Ad vterinos morbos & sterilitatem. C A P . L V I .

Vteri intemperies prima frigiditas, humiditas: secunda densitas, crassities, lubricitas, Oedema, Schirrus, fiens ulcus quæ sterilitatis sœpè causæ existunt. Suffocatio ab humoribus prauis, mensibus vel semine retento. Mensum suppressio ab intemperie frigida, obstruzione: Fluor muliebris ex colluuij recrementorum totius corporis sepe per vterum deplentium: aquæ Beliae lucanae potu largo, balneo frequenti, fotu, litu, iniectione per metrenchyten sanatur. Peculiarè autem est strangulationi vteri balneo increbescere, pro quo vas por nidorosus thermarum usurpandus per suffitum, Dortom. De vterinis morbis Baccius, An ad ipsum vterum transeant in potibus medicata aquæ, itaque

faciant ad ipsius virtutia, quidam dubitant: qui haud mirum in balneis non sunt admodum exercitati. Faciunt enim balnea ad vteri virtutem, tum transfusum ipso, latissimum scilicet venis ad vterum ab hepate, ac mesentericis, & renibus, quae loca penetrare ipsas balnei aquas cibitatis, nemo est qui dubitet, tum etiam ex accidente, siccatis scilicet renibus, hepate, ventriculo ac mesentericis ipsius, detersisque exinde humiditatibus superfluis: cui rei attestatur experientia ipsa balnearium. In yniuersum facere ad mulierum atque vteri affectiones perhibentur peculiari virtute Porretana aqua quocunque vsu, Cajae ex ferro, ac bitumine Viterbij, à Regina balneum nuncupatum ad Pisis, villa Luce, & in clysteris Badeniae Heluetiorum. Insigne verò vitium inter omnes vteri affectus sterilitas est: quae multas habet causas, ut est durities, quā sēpe vterus ex natura, sapius verò affici solet ex accidente: intemperies calida aut siccata, lubricitas, fluor, mensum copia, nec minus suppressio: quae omnes causae particulari opus habent consideratione, ac balnei rationem postulant diuersam praesertim in sterilitate. Ad duritatem ergo, necessarium est cum emollientibus procedere atque humectantibus, & similiter ad sicciam intemperiem, & calidam. Petijsum verò has tres omnes sterilitatis Virgines: causas habere solent que virgines sunt mulieres, caliditatem, siccitatem, & duritatem quampiam naturalem in vtero: quae non possunt nisi longo vsu humectare. tunc steriles. tum balnearum simul atque humectatione aliarum rerum ad vietum pertinens: tum emendari. Qualia sunt ex aquis dulcibus balnea, aut arte, ac varijs matrice: calibus rebus, prout ex vsu melius videbitur, comparata: in his que longum absit: duumque usum esse oportebit. Post hæc recurrentum, ad balnea naturalia: illud certò scientes, ad spem sobolis non reperiiri aliud remedij genus neque salubrissimum, neque experientia certius quam balnea ipsa naturalia, si debite ac ex ratione misstrata sint. Vt sunt in causa proposita quedam, quae parce, exsiccant, ac magis emollient: quales sunt ad Baias aquæ, quæ vsu balnei bibuntur: & quedam quæ nitro participant: mediocris in summa temperamenti omnia, & quæ potius lessitudinem ac abstergendi obtinent facultatem quam exsiccandi. Fallopis de thermis cap. 11. Potum aquarum thermarum maximo cum successu exhibent in affectionibus vteri: verum dubito an aquæ poterit se vterum iuuent nec ne. Iuuant quidem tollendo causam nempe excrementorum copiam in ventriculo vel intestinis, & cum laborat fluore alborum menstruorum, vel retentione mensum, vel cum sunt copiosiores, estringendo venas & roborando viscera. Verum si sit nimis humidus dubium mihi videtur, quomodo iuuari possit potu aquarum medicatarum, cum aquæ istæ non transseant per loca illa. Dico igitur non iuuare per se, sed per accidens, quia transiendo per intestina calefaciat partes vtero vicinas. Non rectè agunt medici illi qui mulieribus sterilibus ob frigiditatem vteri exhibent ut concipient, aquas thermarum in potu, cum potius aquæ usq; sint in vtero inyiciendæ, vel vtendum ipsis per injectionem, vel per vapores: quoniam his modis exhibetæ plus prodeffent, quam in potu exhibitæ. Idem cap. 7. de balneo Aponensi: Confert ad vteri mollitiem fugandam quando scilicet vterus patitur.

Sterilitatis
causæ.Virgines:
cur steriles.
Ad conce-
ptum nihil
certius bal-
naturalibus:

frigidam & humidam intemperie quæ conceptionem impedit. Vidi multas mulieres steriles concepisse post usum Aponensis aquæ. Licet ea ut ad remouendam sterilitatem prouenientem à mollitie vteri vel in balneo vel vaporibus, vel etiam in potu. Iuuat quoque vteri profluvium tum rescidendo causam, id est remouendo intemperie ventriculi, tum etiam quia evacuat venas uteris, si precipue potui huius aquæ adiungatur vapor, hoc est stuffa. Idem cap. 3.

Baln. de Agnano. Balneum de Agnano, cuius aqua summe frigida, continet succum marmoreum, facit ad laxationem vteri & ad impregnationem, si sterilitas ob eam laxationem.

Radenses. Utuntur cum mulieres nequeunt retinere factum iam conceptum ob vteri relaxationem à caliditate & humiditate nimia: & certè in hoc affectu est remedium praestantissimum ac multiplici experientia valde comprobatum. De hoc eodem balneo dicit Baccius: Tam intensæ esse frigiditatis ut aliquantis per intrantes rigore perterreat. Esse vero apud mulieres in communis usu steriles ac desperate sobolis aliquas fecundas reddere, multiplici experientia probat Voglinus. Idem lib. 4. cap. 9. Oppidum Badæ in Heluetiæ decem circiter millia passuum à Tiguro eius regionis metropoli, medicatas habet aquas admodum calidas quas antiquissimi fuisse usus Corn. Tacitus attestatur. Minera à predominio sulphurea, dein de aluminosa usus saluberrimi frigidis maximè atq. humidis naturis & passionibus utiles, mulieribus speciali virtute quas fecundas reddunt. Extat autem ad hunc usum in secessu balnei lapis in medio concavus, in quo assolent steriles aliquantis per tenere pedes, hoc sibi ad fecunditatem facere persuaser. Easdem Patalaeon dicit c. 18. particulatum ad vteri affectus facere, mouere menstrua, fluorem album sistere, steriles fructiferas reddere si iungantur alia remedia quæ vterum repurgent & roborent: suo consilio steriles à 10. & 15. annis concepisse: roborare vterum frequenti partu debilitatum. Ego ipse etiam memini quasdam honestas mulieres per aliquot annos steriles usus thermis fecundas redditas. Idem cap. 19. dis-

Supersticio in Badensibus Helvetiorum. cit: mulieribus dum menstrua flunt non consultum balneare. Item cap. 21. superstitione opinionis (de qua Baccius modo) meminit imponendi pedes in foramen vnde scaturit aqua ad procurandum conceptionem. Verum causam aliam esse proprietatem aquarum in exsiccanda & calefacienda matrice & potissimum eo loco vaporum, qui recipiuntur, ergo, ubi mora horæ utilior quam totius diei in balneo. Consultit ut mulieres vtero affectæ & steriles saepius sedent in balneo à cacabo dicto Kesselbad, non frustra lauaturas: intellexisse ex multis honestis mulieribus & viris eius utilitatæ, si usus sit non violentior & inordinatus. Andernacus:

Aponenses. Aquæ medicatae manu factæ calidae quæ ex alumine, sulphure, & ære scaturunt, sterilibus mulieribus fecunditatem restituunt. Idem: Aquæ calidæ Aponenses salæ, aluminosa & modice sulphureæ albū florē mulierum ex pituita sanant, fecunditatē parunt. Idem: Aquæ in ditione Senensi Caldinæ ferratae & aluminosa, naturalia membrana roborant & venerem promouent, liene extenuant & sanguinem cohibent. Idem: Aquæ Viterbienses aluminosa cū æris & ferri portione mulieribus ex intemperie frigida & humoris copiâ infœcundis salubres potu, missus in balneis. Rulandus, Matricis omnibus morbis subueniunt aquæ sulphuræ

ratæ & salsæ. Item Plumbariæ, Piperinæ, Fideris, Auwenses, Castæn, lungbrū,
 Laubacenses, Sultzberg, Schvenningenses, Tieffbach, Veringenses. Eandæ pur-
 gant à pituita & malis humoribus, Cellenses, Teplice, Annæbergenses, Heylborn,
 Embenses, Marckgraffbad, & nitroæ, item Badenses Austriae, Abecen-
 ses, Villacenses, Auwenses, Brigenses. Tumores eius discutiunt & tollunt aquæ
 Sulphuratae, Bassenhaym, Abecenses, Auwenses, Badenweiler. Frigidæ calfaciūt
 Leucenses, Zuckenthal, Sultzberg, Antegast, Flieben, Embenses, Aquifgranenses,
 Plumbariæ, Visbadæ, Badenses Hercyniae, Carolinae, Auwenses, Dafingenses.
 Eius dolori prosunt Badenses Helvetiæ, Badenweiler, Dafingenses, Schwenning
 Veringenses. Itē matricem roborant acidulae Ponterborn, Kesselborn, Auwenses,
 Kissing. Item mulieres reddunt fœcundas Leucenses, Brigenses, aquæ dulces.
 Item sterilitatem auferunt & fœcundas reddunt mulieres aquæ salis, aluminis,
 Badenses Hercyniae, Castæn, Embenses que constant sulphure, alumine, calcan-
 tho, & nitro, Niderborn, Volckenstein, Caroline sulphuris & aluminis partis
 cipes, Auwenses, Dafingenses, Laubacenses, Löfingen. Sultzberg, Sultzbrun,
 Veringenses Grunbad. Iac. Theod. aquam acidam in Langens Walbach augere
 sperma & facere ad conceptionem scribit: lob. Gob. aquas aluminosas S. Iobi vti-
 les potu & balneo mulieribus quibus uteru afficitur frigidioribus & humidio-
 ribus morbis, ac ijs quibus non ritè fluunt menses: harum vsum optimū balneo,
 vapore, & injectione per metrenchyten abortiætibus ob humiditatem nimia aut
 calorem: fluores reprimere, quia venas contrahant: valde cōmodas collapsu uteri.
 Hæc ille, quem mirum ita contrarias vires tribuere vni aquæ constanti duobus
 succis terreis: facile alioqui existimarim reprimere fluores nimios & humidiore
 uterum exsiccare, ac ad conceptionem & fœtus retentionem uterum disponere.
 Quod etiam poterunt præstare aquæ admirabilis fontis, si in eis extinguantur Bollenses.
 candentes lapides scissiles, vel etiam addatur aluminis parum, vel aliquæ herbae
 astringentes in vaporationibus, vt cyperus, schænanthos, roseæ. Placet in mulieris
 bus pituitosis & utero frigidiori, si in sacculum reponantur pro balneo in aqua
 admirabili que Rulandus præscribit h[ab]it verbis: Balneum ad conceptum per-
 utile calefaciens & roborans vierum. R. Arthemisiae, Absinthij, Levisticæ, dues
 na, gyanorum Juniperi, Origanii, Chamomillæ ana m. ij. decoquuntur hæc simul
 in aqua pluuiali quæta opus est. Insidet in isto balneo mulier sterilis statim post
 fluxū menstruorū quotidie bīs, mane scilicet per horā & tamdiu vesperi, idq[ue] cō-
 tinuet octo diebus ac renouet tertio quoq[ue] die. Aquæ sanè medicatam fontis mira-
 bilis utile futuram non dubito sterilibus, si eis ritè administretur secundū eius
 causas que variae sunt. Mulieres igitur prius quā bac aqua pro pellēda sterilitate
 utantur, medicū cui aperient defectus quos sentiunt & propter quos existimaz-
 bunt se steriles. Hoc in genere consuluerim, vt si qua sit sterilis sine causa manife-
 sta & calidore utero, vt repurgato corpore à biliosis humoribus potu aquæ vel
 medicamentis catharticis adiunctis, moderatè balneo utatur, unde digressa per
 horæ quadrante quotidie recipiat vaporem exhalantem ex caldarijs per canalem.

Langensc.
Aq. S. Iobi

cathedram pertusam subeuntem, cuius calorem pro toleratiæ ratione moderabitur. Quibus autem natura erit frigidior & pituitosior, retentis menstruis vel non ritè fluentibus, poterunt sellæ iuxta tubum vaporis conductorem subiçere vas calida balnei aquâ plenum, in qua sint herbae calidae utero frigidiori conuenientes, ut artemisia, melissa, pulegium &c. De ea autem sterilitate quæ à fluore mensstruo suppresso vel inordinato vel etiam immoderato plura paulò peſt.

Ad menstruorum fluxum immoderatum & fluores uterinos.

C A P. LVII.

Humiditas,
Silicidū,
Fluor.

Quæ mulieres steriles sunt ob nimiam corporis humiditatem, stillicidiaque uteri varia, vel ob superfluum quemcunque fluorem: hæ omnino balneis indigent mediocriter exsiccantibus, quæ tamen neque actu multum neque potentia calsificant. Quo in cenſu ferratae in primis proponuntur aquæ, S. Caſianus, Villa, simile que aliae, quæ propriè ad hoc bibuntur, in clysteribusque utiliter assumuntur. Fiunt & ex nonnullis utiliter balnea, quale ad Viterbiū Caje balneum, quod ad muliebria facere peculiari facultate proditum est: ſimiliter & Aponus. Quæ quoniam ambo naturâ admodum calent, ſemper particularium patientis ipſius dispositionum rationem habendam eſſe ſupponimus. Porro ad idem clementius operantur quædam in balneis, ut Auinio in Senensi, Regina, & Caldane in Pisanis, Afuelum, S. Maria in balneo, balneum aquarum ad pedes montium Liguriæ, Baderia in Hluetijs, & in Austria altera, & quædam alia in Hispania. Mediocres autem virtutes ad hoc obtinent Porretana aquæ, & Albulæ, quæ aluminiſ natura participant, nec multum exſiccant, Baccius. Aquæ Hubenses. Hubenses manu fastæ calide, mixturæ ex alumne, ære & ſulphure, quibusdam etiam ex ſale, menses nimium fluentes ſunt potæ. Andern. Ante ex Dortom. indicatum thermas Belilucanas fluorem sanare & mensem ſuppreſſionem. lac. Theod. dicit aquas acidas in Langenschwalbach mouere menstrua, uterum mūdere, & nimium fluentia reprimere. Rulandus: Menſtruorum fluxum immoderatum ſunt aquæ aluminosæ ferratae, gypſæ: in ſpecie Cellenses, Hubbenſes, Fideris, Keffelborn, Kiſſing, Göpping, Bertringenſes, Volckenſtein. Item: Contra menses albos valent & profunt Laubacenses, Castein, Annabergenses, Aquisgranenses, Hubbard, Lonſtein, Volckenſtein, Geberweiler, Plumbariæ, Badenses Austriae, Hercinia, Teplice, Abecenses, Villacenses, Loffingen, Kiſſingen, Caroline Vyſbaden, Piperinæ & aluminosæ thermæ. In ſeffus ad alii uterique nimium fluorem, deſcenſum, hæmorrhoidas, exitum ani, aliaque eius viſtia: R. fol. querc. m. v. roſ. rub. nondum apert. m. ij gland. querc. vnc. ij. decoquuntur in aqua in qua reſtinguatur chalybs aut ferrum candens ter vel ſepiuſ: fiat mane & veſperi in ſeffus. Haec non diſplicent in coſta aquæ admirabilis fontis quam oportet minus calidam eſſe, in qua iniici potest lapis ſciſſilis vſus & bolus ex Teck: Brevis autem eſto mora in balneo. Lumbis, perineo & pubi poterit applicari argilla & bolus diſſoluta cum aqua, idque in exitu balnei.

Beliluc.

Catal. baln.
ad menses
immodicos

In ſeffus.

Ad reſ-

Ad retenta & inordinata menstrua, ac molam & inflationem.

C A P . L V I I I .

VNa de primis causis sterilitatis hæc est, quando mulier ex insigni quæsi
piam obstruzione aut alia quavis causa suppressas habet mensum purum. ^{Mensum}
gationes: quam causam non modo sterilitas, sed & quamplurima alia co-suppressio.
sequi solent vitia. Prouocant autem menstrua omnes calidæ aquæ, subtilis ac
digentis facultatis, ut ænearum, nitrosarumque potionis, quæ nimirū aperiāt,
attenuent, atq; detergent. Nec minus calida ac digerentia balneo, in sessu que
in eis assiduus: qualis in Badenij fit apud Heluetios, in Caisi Viterbij aquis, in
Styganianis, in Patauinis, in S. Maria in balneo, & in alijs calidis. Porro si obstru-
ctio sit in causa, hanc tollunt tum potenteæ, quas diximus, multæ: tum quæ
pariter sufficiat in sessu ad bibentur, ut calidæ, sulphuratae, & quæ non male
oleant. Preter his autem quæcunque fuerit sterilitatis causa, eam priuata vir-
tute emendare promittunt Porretanæ, Patauinæ & Cajæ aquæ. Plinius in mis-
raculis prodidit, Thesselorum fontem & Elatum flumen in Arcadia sterilitatem
emendare. Sed nulla est aqua, quæ experimento ad hanc rem certissimo, aquæ
Nili posset æquari, quæ & terram & plantas & animantia mirificè fecundat,
& historiæ narrant quod nobiles mulieres, cum alienigenis nubunt, eas secum
deferre, ac bibere soleant, teste Polybio ac Oribasio ex Rufo. Quæ obstrunctionem,
eadem Molam, id est inanem impregnationem extrudent, inflationemque huic statio.
similem discutunt: & si aliae non sint, marinæ vel salsa calentes, quæ paſim
scatent, usurpari possunt: vel arte saltem ex his atque similibus parata discussoria,
Baccius lib 3, cap. 1. Idem alio loco, Balneum aquæ Cajæ in Viterbiensi ferueſ Aquæ Cajæ.
sulphureæ naturæ cum sit, & tamen astringens supra vires sulphuris atque cor-
roborans, non sine ferri atque aluminiis parte esse coniunctur, ut terinis maximè fa-
uet affectibus, dicatum feminis est. Nam menstrua primis statim diebus adbi-
bitum prouocat, exsiccat, ac firmat uteri lubricitatem: qua sanè de causare etiè
quidam existimant huius balnei vsu sterilitatem emendari. Firmat & reliqua
viscera membraque ac iuncturas relaxatas instaurat. Andernacus: Aquæ Prati
in Italia modico sulphure imbutæ fatus in utero & articulis dissipant. Rulanus:
dus: Menstrua inordinata temperant, rectificant Embenses, Annæbergenses,
Leonstein, Volckenstein, Piperinae. Menses retentos prouocant aquæ sulphu-
ratæ, nitroso, dulces, Badenses Austriae, & Helvetiae, abecenses, Teplice, Villa-
censes, Plumbariae, Badenweiler, Valdsborn, Heylborn, Vuendingenses, Aquis-
granenses, Dalfingenenses, Vueringenses. Menses retentos reuocant, nimios fistunt
aquæ Castellinae. Idem de bal. lib. 1. cl. 3. cap. 3. ad ciendos menses. R. Pulegij, Sa-
binæ, anam. vij rad. asari 3 iiiij. In sacculo inclusa coquantur ad in sessum: Ut en-
dum ante cibum mane ac vesperi tempore menstruationis. Haec stirpes non obe-
runt si iungantur aquæ admirabili: ea balneo tardius suam operationem demo-
strante in pituitosis & frigidioribus feminis ut & ad molam. Aquas aluminosa-
sas viles mulieribus quibus non rite fluunt menstrua dicit Ioh, Göbel. Si se ita

res habeat verisimile aquis fontis mirabilis hoc facilius facturas, ut quæ non tætopere astringant, & sal ac bitumen habeant præter vitriolum: Dixerim etiam vtiliores ad exigendam molam quam aquas aluminosas Abecenses à Rulando commendatas.

Ad vteri strangulatum & eius prolapsum. C A P. LIX.

Praefatio. **I**n genio balnei ad teri præfocationes procedendum, & cum animi lapsus insit, aquæ cuiuscunque calidæ fatus, nec non solia temperatarum in præiuatis balneis succurrunt. Ad vteri verò procidentiam, quæ opposita est præfocationi affectio, inuerso, inquam, ad vulnæ vtero, contraria adhibenda, ac eadē quæ in bernis balnearum esse ratio debet. Quæ nimurum laxis & calidis balneis vteri pro lapsus: peius delabitur, ad stringentiaque & sicca desiderat, vt ferrata maximè, alumina nata, enea. Hæc Baccius. Dicit autem Andernacus: Fons Sylvaticus Vvaldsborn lapidibus bituminosis infectus, super quem oleum albi coloris non grauit olens sed potius odoratu appetet, ad vteri strangulatum & eius prolapsum valet. Iac. Vvaldsborn. Theod. dicit aqua acidæ in Langenschw. vtile in præfocatione vteri. Rulad. Ad matricis dolore prosunt Badenes Heluetiæ, Badenweiler, Dalsing, Schœning, Veringen, tribus ab Augusta miliaribus sulphuratae, bituminosæ & salæ. Matricis suffocatio, præcipitatio & motus ex suo loco placatur Badensibus Heluetiæ, Löffingenibus, Vvaldsborn, duvensibus. Matricis procidentiam curant Badenses Hercinæ, Annæbergenes. Ante facta mentio ex Dort. curationis strangulationis vteri per nidorosum & bituminosum therm. Beliluc. suffitum, quem sanè possumus commodè administrare apud admirabile balneum. Poterit itaque mulier canali vaporibus ascendentibus ex cacabis excipiēdis comparato infidere, sub sella autem canali imposta pruniis insperso bitumine puluerato vel succino nigro suffitum excipere. Atque adeo cum ipsa aqua admirabilis habeat odorē bituminosum & sulphureum, non dubito vtilem affectibus vteri, potissimum vbi prolapsus. Si prociderit à violento partu & diutius durarit non sufficient aquæ medicatæ. Admirabilis fontis quamvis vtile potissimum si in exitu balnei linatur lumbi & perineum & pubes luto facto ex bitumine, pyrite, lapide scissili, bolo & argilla: neesse erit vti pessarijs, circulis ex Athragene, circulo argenteo à me inuenio: de quibus charissimus frater Casparus Baubinus in fine Hystero-tomotocias Russeti ab eo in linguam latinam conuersæ. Circulum argenteū curauit aliquando parandum honestæ matronæ in qua prolapsus vteri à violentiore partu non poterat percurari: cum maritus rem cum illa habcre vellet educebat: Accidit vt marito peregrinante per aliquot menses, ea non eduxerit circulum, quæ ita remansit vt nō potuerit educi, & ita manet à decem annis, qua ratione vterus impeditur à prolapso. Insignis & industrius Rossetus de quo paulò ante, meminit pessiorū quæ indita in ipsam vteri capacitatem retinent prolapsum, nec tam men impediunt conceptionem. Optarim sane eum aliquando dilucidius ratione parandorum & indendorum eiusmodi pessiorum docuisse: Mibi enim nō sat tisfacit, nec modum asequor. Ego sæpius inter operas obstetricens indidi mas-

Circuli ad vteri pro. **R**usseti pefariis paru embuendu.

num in capacitatem vteri, obseruanq; educendo factum & secundinam, subito ita se comprimere ac costringere, vt astrictionem multoies senscim. Neq; verò manet aliqua insignis capacitas educto factu, secundinâ vel sanguine grumofo. Adhac non video quomodo posse dilatari orificium vteri vt in capacitatem eius indipossint. Nescio etiam qua ratione vterus possit sferma attrahere in suam capacitatem, & non impediti per pessarium, ne iungatur attractum sferma vteri cotyledonibus, & cum muliebre semen cum virili coniungi oporteat, si conceptus sequi debet, an non coiunctioni huic obstat pessarium? Adde ex Galeno de natural. facultat. ceu ventriculus cibos vndique arctissimè amplectitur, nulla aut non recte futurâ alioqui concoctione & xanthes, ita nisi vterus se vndig, circa semen constringat, frustratum iri conceptionem. In collo vteri manere posse pessaria & occultari, vt mariti non animaduertant, nibil minus interim concepcionem subsequi & remanere pessaria ad partum usque facile est credere.

Ad abortum & alia grauidarum symptomata. C A P. L X.

Andernacus de balneis, Aquæ calidæ Badenses in Austria multi sulphuris Badenses in particeps, biliosis naturis, macilentis, pueris, adolescentibus, grauidis, nisi Austria. partu instanti, vt ex eis facilior euadat, aduersantur. Jacob Theod. Aquæ acidæ in Langenschwalbach tollunt in grauidis picam & deprauatum appetitum: impediunt abortum & puerperas à dolore matricis & torsionibus ventris: Langensch. faciunt vt ritè repurgentur. Rulandus de thermis lib. 4. claf. 5. Abortus curant a luminose aquæ & atramentales, Annæbergenses, Badenses, Embenses, Leosteinas nenses, Leucenses. Item, Dolori matricis in prægnantibus conducunt Badenses Heluetiæ. Porro vtero gerentes mirifici iuuant Porretanæ, & item à Grotta Vtero gera. Viterbiæ aquæ, Tigurique similes in Heluetijs. Abortientes verò ad partus com- tibus bal- plementum in posticum sustinebunt modicè purgantes, ac robur naturæ adden- conuen. tes, cum videlicet visciditatis vitio loca lubrica factu laxant amittunt, quos opor- Abortus. tet ante mucores ablueret nitratis, æneis ferreis que soluentibus bibitis, ac in bal- neas subinde astringentes fæmellas ipsas mittere, ea q; aquâ satis diu confouere. Sic enim postea grauidæ non abortient. Idem: Badenia Austriae non longè à Badenæ. Vienna, primas prærogatiwas in vteri ex intēperie frigida ac humida, morbis sibi Austriae. cōparauit: sterilitatem remouet, albos ac discolores mensium fluores compescit, Baccius. Idem l. 6. c. 5. Aqua à Grotta sub Viterbio ob mirandas per omnem etatem virtutes suas singulari olim hoc titulo ornari meruit vt balneum ad omnes Viterbiæ. Aq. Grotta morbos diceretur. Minera ænea, nitrofa, ac ferrea (in quo authores omnes cum Sauanarola conueniunt) Nonnullis verò propter auri aut æris colorem, quens hæc aqua è profundo representat, aurea reputatur: non tamen sine sulphure (vti reor) existit, quod & gustu percipitur. Aqua enim actu calida est, à secundo circiter gradu, limpida, inodora, & blandula in se est: ceterum non sequè gustui grata omnibus. Tantæ verò tenuitatis vt exportata in vasis

euaneſcat, amittat que virtutem: quanquam reuera hodie Romæ in vſu frequen-
tissimo ſit, ac ad certum vſque tempus egyptiè operatur. In vſu porro dupliči eſt,
balneo ſclicet & potu. Vim tam per alium quam per virinas deieſtoriam habet
atque abſterſoriam. Et, quod rārum eſt (eodem Sauanorola attestante) prægnāz-
tibus quoque poſt primos mēſes circiter vſque ad septimum tutō datur. Ma-
tūrībus enim ac primis à conceptu temporib⁹ (quando ſclicet facilius abor-
tus incurrit periculum) minus competit. Ad emēdandam ſterilitatem ſumitur
frequentissimè cum multa laude: quippe omnem æquat inæqualitatē, & debi-
litatē nature, frigefactiōnē, lubricitatē emēdat, membra generationē
idonea extergit, lentores educit, crassa ac viſcida excremēta digerit, calefacit ſub-
inde & corroborat. Mēſes reducit, albas cohibet fluxiones. Hæc ille. Noſtras
aquaſ admirabilis fontis poſſe tutō à prægnantibus assumi ſatis conſtat ex hiſto-
rijs noſtrijs, & quidem tutius quam Tigurinas, ſive Helueticas Badeneses quæ
ſulphure multo abundant: Nolim tamen copioſius assumi. Præterea melius plas-
cent illis acidularum potus excellentium ad picam remouendam. Balncum non
improbo modō id requirat neceſitas: at lauatio moderata inſtituatur ex confilio
medici.

Aq. admira-
bilis fontis.

Ad iuncturarū & articulorū morbos. C A P . L X I .

DE proprijs ad iuncturas balneis loquendo, quæ ex frigida intemperie ple-
runque debilitari, inflati, dolere, contrabique ſolent, ac per calida
balnea quocunque condecenti vſu curari, oportet vſus penes singularis
mali indicationes partiſi: nam inueni erat am Arthritiſ, ſeu chiragra ſit ſeu Podag-
ra, ſive Iſchias, parcius ſanabit potatio, lauacra maiorem habent efficaciam. Co-
ueniet tamen ante ipſa caliderum lauacra enearum, Nitratarumque, ac ſimi-
lium valde purgantium aliquibus diebus poſto in matutinis, quæ crassæ e lati
meatibus viſciditates, phlegmataq., præuias arthritidis cauſas, foras extrudat.
Subinde lauari magis idoneum, in calidiſ ſclicet ac valde diſcufforijs, quales ful-
phuratæ, quas etiam ſi diſtillatio imputetur (vt plerunque fit) ad vſum ducciæ,
vſuppare licebit. Conſperſiones vero intelligo non ſolum in occipite recipiendas,
vnde aduersi inhibeantur adfluxus, verum particulis quoque afflictis, tumenti-
busque fore utiles diſcufforijs nomine, & itidem illutamenta. At ſi æque plures ex
diſcipula fluxione articuli conflitentur, ſudationibus etiam vtendum, qualis in
Baianis Sudatorij, ad Corſenum, ad balneum ſub Patauio tituli Sanctæ He-
lenæ, ad Xaccam in Sicilia, & tot alijs in locis iam relatis. Quibus ceſſata fluxione
non minori proderunt efficacia inſolatus, vel artificialis ex odoratis, ac digerenti-
bus rebus parata Sudatio. Stupharum ritus, ac vaporaria. Arenatio quæ fit in
puluere balnearum in Aenaria inſula efficacissimum remedium eſt vniuerſe Ar-
thritidi, tumentibus præſertim lento, ac frigido humore articulis. Ceterum in-
ter initia omnem Arthritiſ commodiſ ſanare videntur Medicatarum potioſ-
nes, digerendo, vacuando, ac fluxiones inbibendo, quam lauacra calidarum, aut
oxudatio, quæ liquatis viſcidis, ac prius ſopitis humoribus excitatis, fluxioni ne-

adaugeant materiam timendum est. Maxime vero commoda potatio, si (ut in pluribus accedit) à causa calida incipiat fluxio, vigete præsertim etate, ac etate ineunte, cui ministerio si lauacra commodant, subsequantur, & hæc temperata sunt, haud nimis calida, & quæ ex ferri qualitate egregie valeant confirmare. Talia balnea sunt, Sancti Cassiani, Villa Lucae, Caia & Bussetum Viterbij, de lapidibus ad Petriolum, Caldanellæ, Maceretum, Ferrugineæ ad Baias, & quædā in Hispanicis relata. Nec non Porretana lotiones, Albulae, Labanae, Marinæ, Ferinæ ex ære, Fabarienses ex auro, Embæ in Germania, ad Minium in Gallicia, quæ omnes partes robant imbecillas, laxæ iuncturas constringunt ea styptica facultate, & dolores leniunt refrigerando, qui à causa calida atrociores, & quæles in Ischiade intolerabiles fieri assolent, stupidus autem & grauis à frigida dissitente. Tophis autem, seu callis, nodisque, qui ex longo affectu, ac dolore in Tophi iuncturis occallescere solent, aqua frigide materia cum calidi agentis intemperie causa est, ac difficile, ubi obduruerint, vallis cedunt remedij. Cui parti duntaxat, & non alijs Arthritis generibus prædictis, iactatum congruit per ora vulgi proverbum,

Soluere nodosam nescit Medicina Podagram.

Tentandum tamen non adeo confirmatos callos, per olei, aut aßiduum Hydrelæ fotum emollire, exudationibus aperire, itaque dispositos per balnea calidiora, ijsdem ex alto conspersis discutere. Facit ad hæc insigniter balneum ex plumbo in Lotharingia, ex Mâino in Hispania, ex Salsis, ex marinis vbiique inuentis, & itæ illutamenta, qualia in balneis Borbonij Ancericci probantur apud Gallos, ad Burmiam flumen in Monserrato, ad Sanctum Cassianum de Luto, ad Trescurias num sub Bergomo, ad Aponum, Saburratio pariter, & quæ ad Nervorum contractiones allegamus, Bacchus lib. 3. cap. 1. qui alibi dicit: Calidæ aquæ surgunt in Cydro Cilicie fluvio, qua de causa podagricos in eo dolores curari affuerat. Vistruius, ceterum aquæ frigide & blandissimæ. Item: circa Puteolos balneum de Fatis & balneum Episcopi ad podagras celebre. Item: Balneum ad Vinadum Castrum, Aquæ variae qualitatæ ac naturæ vt scribit Bartholomens à Cliuolo, alias frigidæ ac dulces, alias impensè calidas, ac odore potissimum sulphuratas vnguine quodā crudioribus riui interlabentibus aquulis supernatante. Sumuntur in balneis à Cisalpinis ac Liguribus frequenter ad vsum item Duciæ ac lumenti. Siccant, digerunt, abstergunt ac corroborant pro quadam styptica mistura. Singulares autem sunt super omnia in artuum doloribus etiam hereditarijs & confirmatis. Dörtomanus lib. 2. cap. 8. Articulis accedit arthritis: Hæc causas procatarticas potissimum agnoscit Bacchum & Venerem, putæ vini & coitus immoderatoris vsum: Præter externas has causas & parentes arthritidis, occurunt eius internæ, puta humores pituitosi (raro melancholici) serosi paucabile: mixti: Item flatus crauti & hamidi articulos per diuersos duekus petentes & dolore multo exercentes. Olim hic effectus rarius erat, non modò patrum auorumque memoriam, verum etiam nostrâ, inquit Plinius. Ex quo & illud notandum,

immedicabilem non esse credendum more vulgi, podagram: quippe quæ & sponsa
tè desinat & in pluribus curà. Si dolor omnes vel plures articulos obsidet, artritis
dicitur, in manibus chiragra, in cubito anconagra, in humero omagra, in pe-
dibus podagra, in genu gonagra, in coxa ischias. Arthritici igitur à Veneris &
Bacchi amorphis alienati hoc modo thermis Belilucanis vtantur, bis quotannis
circa æquinoctia ex medicorum vicinorum consilijs purgantes: mox earum aqua
per integrum septimanam mane replete. Post totidem diebus mane & vesperi
boris duabus ante suos pastus lauentes. Interea caput impluvio aquarum me-
deat. Causticum denique suturæ coronali qua sagittali iungitur audacter adi-
gendum, potentiale dictum potius quam actualē. Huic vulnus vleusque diu
sinatur apertum. Porro pars particulariter affecta sive manus sive pes aliaue
sunt, cæno thermarum animixto de lateribus oleo oblinenda frequenter. Hæc
Dortom, qui lib. i cap. 2 præsentes earum vires ad podagram histriæ comprobas-
uit. Dominus inquit de Pousam à Guillelmo Rondeletio, thermarum Belilucanarum
sive r̄sumum delitescitum & verè acriston, vires primus confusa e-
doctus, quotannis bis ob fœmoris alterius grauem affectum quo laborabat ex-
plicari & indagare voluit. Hoc affectu dextre nimirum prius v̄sus tantum medi-
ci consilio, cum thermarum harum beneficio defunctus, sanus & indolens super-
esset, non alia re gratitudinis præmium naturali huic auxilio rependi posse pa-
tauit, quam harum pafsim thermarum effectu iam ignotarum promulgatione.
Fallopus de thermis cap. ii. Plures sunt medici, qui thermales aquas pro potu
exhibent in affectibus articulorum, vt in podagra & in affectu coxendico sive
ischiale. Si potus istarum aquarum iuuat in doloribus articulorum, id sit per
accidens tollendo causam: Nam euacuant intestina, roborantque ipsa & viscera.
Vnde fit vt non tot generentur excrementa, quæ possent excitare dolores. Iuuant
aque thermales neruos per se cum ipsis contingunt & ideo ijs, qui in his bala-
neant ob affectus neruorum prosunt, quia contingunt neruosas partes: Quan-
do autem transeunt per intestina non possunt neruos attingere. Ego quoque
ipse plurimis ischiade affectis exhibui potu aquas therm. Sed vidi plures læsos
fuisse quam adiutus: Et si aliquibus profuit, hoc fuit per accidens tollendo cau-
sam roborando viscera, impediendoque generationem tantæ materiei phlegma-
ticæ: quamuis affectus ischiadicus affectus videatur vicinus intestinis & aqua
transeat per intestina: Panniculus quidem est vicinus sed non articulus ipse.
In doloribus articulorum probat vaporationes lib. eodem cap. 12. Idem cap. 17.
In ischiadicu affectu parum prodest in potu aqua Aponensis sed stufa summo-
pere. Aqua istius tum vapor tum balneum liberat articulos à materia frigida &
humida, dissoluitque rigidos artus præsertim mora in stufis. Iuuant etiam ar-
ticulos relaxatos. Andernacus: Aquæ Crucitorum in ditione Viterbij in balneis
podagricis utiles & articulos salutares sunt ferreæ, æreæ, & sulphureæ. Job,
Göbel, de suis aquis aluminosis. Jobi dicit, conferre balneo in dolore artuum
à pituitosa materia: Eius rei testem ciuem urbis S. Anneberg. qui post operam

Beliluc.

Cauterium.

Potus aqua.
per accidens
curat arti-
culares
morbos.

Baln. arti-
cularios per-
se iuuat.

Vaporatio-
nes viles.

diuturnam chirurgorum se tandem huic balneo commisit & Dei beneficio curatus. Efficaces etiam esse ad articulares morbos, chiragram, podagram, & iſe chiadem, multorum experientia demonstrat qui continuo dolore vexabantur & ad sanitatem restituti sunt ysu h̄arum aquarum in potu, inter iuſcula, cibos coquendo, balneo. Ex diligentie in dagatione etiam compere has aquas balneo valde utiles esse neruis & tendinibus doloribus vexatis: eorum rigiditatem & duritatem tollit: torpori & imbecillitati eorum à colico dolore ortorum medetur. Agricola lib. foß. 9. p. 370. scribit ex Asia siue Asia lapide quem dicit Plinius non recte separasse à Sarcophago, fieri solita vasina quæ podagrici pedes utiliter imponebant. Guliel. Turnerus de balneis Bathoniae in Anglia, Videntur, inquit, mibi potissimum sulphure constare, id quod ex odore & sapore faciliter deprehenditur: ex effectu idem colligitur. Exsiccant enim mirificè, egregiè ad podagram faciunt, idq; breui tempore, cui rei attestatur Comitis Somerſetensis famuli isti procurata janitas: quæ non levia prædominantis sulphuris sunt argumenta, cum nec odore, nec sapore ullum aliud minerale posset in ijs deprehendi. Si quid autem sulphuri leuiter sit admistum, (quod tamen non percepit) cuprum sit neceſſe est. Dum enim montes, ex quibus scaturiunt, lustrarem, hinc inde pyrite fragmenta cum cupro mixta inveni, nullo tamen sensu potui deprehendere insigne aliquam impressionem in aquis. Gesnerus epist. lib 3. ad Ioan. Fabricium: Balnea Bocucij tibi salutaria fore existimari: nec dubitarim mibi quoque pro futura, si ischias mea, cuius reliquiae manent, tam longum iter pateretur. Jacob Theod. dicit aquam acidam in Langenschwalbach optimè opitulari iuncturis & omnibus resolutis membris ac afflictis defluxionibus, excellens esse remedium arthritidis, ischiadis, gonagræ, ac podagræ: repurgare intestina: impedire incrementum superfluitatum eos morbos excitantium. Ruland. Articulorum doloribus Articulorum varijsque aggritudinibus profundit aquæ sulphureæ, aluminosæ, cupreæ, ferreæ, dolores, falsæ. Item Piperinæ, Leuccenses, Cellenses, Syluestres, Flieben, Erckaw, Vuena dingenses, Abeceenses, Teplice, Embjenses, Badenses Herciniae, Heluetiæ, Austriae, Vualdsborn, Vvillingenses, Bellenthal, Dannerbecher, Vvissbad, Carolinæ Bohemiæ, acidula in Saurenthal, ad Abr, & in Mendich, Aquisgranenses, Bertringenses, Kefwasser, Laubacenses, Ribbadenses, Vveringenses, Vvolkeſtein. Contra eorum tumores valet acidula in Buretshaym. Cötrotophos acidula in Spiegelberg. Item ad dolores articulorum, neruofarum partium, Tophi: omne q; alios mitigant ac curant aquæ sulphuratae & ſpecialiter Cellenses, Erckeawenses, Sylaticus fons Vvaldsborn. Badenses Herciniae, Castein, Dalfingenses, Vvolckenstein. Id: Chiragram sanat Badenses Helvetie, Hercinia, Piperinæ in Chiragra agro Curiensi calidae ſcatentes è sulphure, nitro, ære, auro & ferro, Spiegelbergica acida, Auwensis, Anna berg, Aquisgranenses, Dalfingenses, Kefwasser, Vvaldsborninæ. Coxendicum morbos & dolores curant aquæ Annæberg, Vvolckstein, Elbogane, Heylborn, Vvædingenses, Carolinæ, & sulphuratae. Itē. Contra ischia: Ichiasdem auxilium subministrant Dalfingenses, Cellenses, Aquisgranenses, Auwenses,

Vueringenses. Podagræ & Podagricis doloribus remedium præstant aquæ æreæ, ferreæ, salæ, aurariae, auw. Aquisgranenses. Cellenses, Keeswasser, Sultzbrun, Vueringenses, Vuolckestein, Egendorf, Badenses Hercynie, Piperine, Neu-brun, Syluestres, Badenweiler, Vuesterbad, Fideris, Leucenses, Vuerdingenses, Spiegelberg, Kifing, Vuisbaden, Annæbergenenses. Frigidam & pituitosam Podat-
gram sanant Dalsingenenses Austriae, Villacenses, Teplicæ, Abecenses, Embenses,
Quo vnu ad iuncturū Castein. Si chiragrici, ischiadici, podagrici velint vti nostro balneo Admirabili,
morbos va- non improbo modo optimè sint ante repurgati & potissimum syrupo de Rha-
deat. Bollen- mno mixto cum aqua admirabili ad vncias tres pro dosi. Ei e sua sentient si non
balneent in aqua calidiore nec diu maneat in folio. In exitu verò balnei
quiescant in lecto, sudorem expectent si natura balneo adiuta promoueat:
Absoluto balnei tempore non displiceret, si frigidorum & pituitosorum bal-
neis adderentur que præscribit Rulandus ad eiusmodi affectus. R. Salis lib.
ij aluminis lib. i. sulphuris viui z ij. Baccarum lauri lib. s. vel eorum loco paux-
peres injicent copiam lapidis scissilis: balneent tribus postremis diebus in eius-
modi medicatore aqua: Nec præter rationem erit ad Rulandi imitationem ali-
quando addere sal aquæ admirabili, eaq; mane & vesperi ante cibum lauare pe-
des. Lutationem etiam probarim ex argilla, pyrite, & lapide scissili. Potus etz
iam aquarum acidarum loco vini benefaciet. In dolore coxendicis multum pro-
barim enemata ex aquis medicatis & nostra Bollensti per se vel additis herbis
conuentientibus eiusmodi morbo.

Ad artuum & carnosarum partium dolores, pedum lassitudinem &
Pandiculationem.

CAP. L XII.

QUi verò artus infestare solent dolores, palpitationesque, & pungitius do-
lores siue summa carne siue fibris insint muscularum, eos dulcium & tē-
peratarum aquarum balnea iuvant. Naturalibus verò balneis, que ad cas-
tulas articulorum intemperantias prodita sunt, eos discutere tentare oportet. Ni-
stratis scilicet ebibitis, Aeneis, ferreis, Sancti Marini aqua ad viam Flaminiam,
Borra Senarum, Iuncarie, & Plaga Puteolis, Grotta, & Nauseo Viterbij, Ti-
gurinis Heluetiorum, Cellensis, Ferinis, Ficuncella Porretana, Albulis, alijs
similibus. Nec non tēperatis lauacris purgatione præmissa, vt Aquisgranū bladis-
simū, Caldanæ Pisarū, Rubeum titulo Sancti Iohannis etiā in potibus vtile sub
Patauio, M. Falconis in Frioli. Maximè si adhuc reborandi ex mistura vim ob-
tineant, vt Caldanellæ præ cæteris membra mirificè instaurantes, Villa, Auinio,
Caldarianum, Viterbiensia aliqua. Vel harum virtutum lutamenta, quale ad az-
quas Porretanas, ad Sanctum Cassianum sub insignibus Sancti Georgij, ad Az-
quas oppidum in Liguria, Baccius. Rulandus, Muscularum affectus sanant Bas-
denses Heluetia. Idem Muscularum doloribus succurrunt Vuolckestein. Mons-
stillicidii. tagnana consilio zo: Si quis dolorem aliquius partis sentit, recipiat stillicidium:
à balno & sudore in lecto ac eo absterso vtile erit dolentia membra aut paralys-
resoluta

resoluta vngere aliquo oleo calido ad eos affectus compotio, vt de costo, de croco, de piperibus, litorum alborum aut iridis. In contraccione autem & rigiditate membrorum utile est recipere vaporem aquae bullientis. Plurium autem causarum soboles est pedum laesitudo, quales sunt ambulatio nimia, nonnunquam necessaria, saltatio Venereorum nepotulorum stulta iudicio tantopere laudata, non tantum non necessaria, sed & quam ex articulorum debilitata nimisque laxata compage subsequens podagra interdum, aut incalescentibus motu tibias cum sanguine varices ulceraz; omnis medelæ contemptricia noxiā comprobat, vt Theologis interim sua relinquantur: quanquam & extrema dementie apud ipsos Ethnicos res sit habita, Nemo, inquit Cicero pro Murena, feret saltat sobrius, nisi fortem insaniat, neq; in solitudine, neq; in sollicitudine, neq; in coniuvio moderato atque honesto. Sed nos in scholam medicam reuertamur, quæ vt alijs morbis ipsorum laborantium vitio contractis non grauati subuenit, ita nec huic affectui open negat: Conferet itaque pedes ex Bollensti tepida fuisse aliquamdiu ante decubitu. Efficacius, scilicet, cum Rulando, origanum, pulegium, salvia similiq; discutentia, Grotta, inferbuerint. Ceterum de totius corporis laesitudine à balneo yellabore, eos piissimus diximus inter symptomata. Quod ad pandiculationem attinet, non raro etiam laesitudinis aliquins sed spontanea aut comes aut effectus est, ob halitusum (inquit Dört.) excrementum in carne aceruatum, per cessationem à corporis motibus, ideoque plerunque inua sit post somnum & initio accessionum febrium. Ea per se in plerique conquiscit: in quibus tamen frequentior, quam benemoratis conuenit: hi dextro vsu aquarum Belilucanarum seruantur & curantur.

Ad tumores & abscessas. C A P. L X I I I .

Varie, que in summa carne oboriri solent, ex adfluxu alicunde extumescunt, ab effusione, aut dissipari volunt, cuius apprimè virtutis sunt balnea quæcunque naturalia, aut ad suppurationem perduci, quorum per species hæc breuiter ratio est. Oedema quidem; quod ex frigido constat, & contumaci adfluxu per exiccatia, & calorifica plerunque discutitur, quorum multa diximus, & peculiaria Aponum, Caldarium, Asculum, Sanctæ Mariæ in balneo, Buffetum Viterbiæ, Aquinonem, de Aquis Pijarum, Corsenum, ac Villam, Borbonium, Badenias in Austria, Bathonies in Anglia, in Hispania, in Sicilia. Laudat Arnaldus de Villanova ad abs. effus. huiusmodi pituitosos, & internos aluminatarum aquarum potum cum vino, quæ nimirum acidulo sapore sunt. Nam & externos, inquit, egregie diminunt, ac discutunt, etiam sulphuratæ. Quas item ex alto in locum tumidum recipere consert, vel in sudationibus, vel in illumentis, facili & insolatus, & arena in balneis Ischia, & in herbis medicatis decubitus. Erysipelas autem ex subtili bilis influxu, haud tutò per calorifica adhibita discutitur, ac minus inflamatio, quæ sanguinis est. Satius igitur hæc pertenuit partum, ac leniter digerentes ebitas digerere, quales nitratæ, æneæ, Ficuncella, Porretane, Albulae, Grotta, ac similes præmissa (vt artis est) tum vniuersali vacuatione, missosanguine, tum particulari ex medicamento proprio. San-

Bollensti
ad laesitu-
dinē pedū,Pandicula-
tio.Tumores
discutiunt
balnea na-
turalia que-
cunque.Baln. oede-
matibus
discutiendis
accommo-
data.Erysipela-
& phle-
mato-
ne potu-
tius, quam
lauacro cu-
ratur.

Illutamēta
 ad maturā-
 dum.
 Potus aci-
 dularum ad
 erysipelata.
 Tumores
 calidi.
 Inflamma-
 tiones.
 Authra.
 Sedem.
 Bollens.
 guini autem adhuc in inflammationem confluenti, astringentia in artificalibus
 commodant, Emollientia quoque, & ex rubrica Sinopide aqua. Terrae item ge-
 nera illata, quæ aqua calida temperata ad maturandum diutissime conspersa,
 nec non in antiquis Gymnasiorum fordes, ac Ceromata in illutamentis relata,
 Baccius. Iac. Theodoro valde probatur potus acidarum aquarum in Langen-
 sch & albach ad erysipelata. Rulandus: Erysipelati succurrunt Badenses Austriae,
 Villacenses, Abecenses, Teplice. Item, Contra calidos & biliosos affectus conve-
 niunt aquæ Fideris, Kesselbrun, Ponterborn, aquæ in Mendich. Item inflam-
 mationes submouet aquæ Plumbarie, Fideris, Vberlingen, Ferrare, Gopse. Idem,
 Abscessus frigidos & male curatos aperiunt, mundificant & iterum consolidant
 aquæ Embenses, Vvendingenses. Contra abscessus antiquos valent aquæ Brintz-
 bacenses. Antracem curant aquæ Etingenses & Piperinæ. Ad carbunculos valent
 aquæ ferrea, ærea, & falsa. Item Etingenses. Idem, Oedemata curant Carolinæ,
 Ribbadenses, Spigelberg. Item tumores omnes & tubercula discutit & dissipat
 aqua salis, nitri, aluminis. Item Badenses Herciniae, Margraffbad, Piperinæ, Zua-
 ckenthal, Vvaldsborn, Niderborn, Mestesdorff, Lonquich, Spigelberg, Vvendin-
 genses, Aquisgranenses, Carolinæ, Dalsingenses, Kesswasser, Laubach, Vvat-
 weil, Vettingenses, Vvolckestein, Zellersbad. Tumores laxos curant Heyls-
 born, Saurenthal & cetera calefacientes & siccantes aquæ. Sed ut de Bollenfiz-
 bus quoque aliquid adferamus, utiles esse balneo in tamoribus edematosis &
 frigidis mibi nullam dubium: vis tamen augeri potest, si sacculus reple-
 tus puluere bituminis succinatæ & pyrite madefactus in aqua tumori appli-
 cetur. In erysipelatis sanè imitatus Baccium, laudo potum acidularum, si pre-
 cedente cathartico ad nos ambibantur euacuationem usque per aluum: vel ad
 multos sudores. Non improbarim tamen si etiam postea utantur moderato bal-
 neo aquæ admirabilis, ut reliquie in habitu corporis resoluantur, ipseq; adeo tos-
 tus etiam habitus roboretur. Memini Il. meum Principem post balneum in aci-
 dulis Griesbachianis diu immunem fuisse ab erysipelate cui obnoxius erat. Dun-
 ad fontem admirabilem agerem cūdam balneantii oportum erysipelas, quem nos
 lui desistere à lauacro: imperauit tantum ut minus calidè & paucioribus horis
 lanaret: quod ei benè cessit.

Ad tumores crurum, pedum, & manuum.

CAP. LXIII.

O Edemata pedum & manuum sc̄pius hyemæ ob frigus externum & pi-
 tuitosi flatuosi que sanguinis copiam accidunt: sidunt ea aquarum Belis-
 lucanarum usu frequenti, quod mirum videri poterit, cum balneatrices
 pleræq; hic edematosis pedibus obviae sint. Haec porrò impedimenta hæc perpe-
 tiuntur ob ingressus in thermas frequentiam, qua pedes imbecilliores redduntur.
 taste Hippocrate, eoque humorum superfluorum corporis proluuiem excipiunt.

Dein, externa aëris frigida intemperie coguntur, stipantur, concrescunt huius mores, qui calida aqua thermarum dissoluntur in flatus, non tam enea evaporare possunt ob intercissam moram in balneo, seu vices ingressus & egressus. Denique iugis deteriore cutis tenuior redditur: hanc aquæ portio subingrediens à tempore thermarum in flatus veritatur. Secus autem seres habet in his qui alia causa & loco ædemata pedum manuamque contraxerunt. His potu aquæ Belilucanae indigent ad dies quatuor plus sive primo minus, secundo, tertio, &c. plus bibendo. Probe expurgato deterso que corpore manus pedesque abiundendi in balneo mane summo & vesperi ante cenam. Post lecto se componant, sudent, maximè partibus affectis, idque per quadrivium. Ceno denique viuantur cum reliquis cum oleo anethino, rutaeo, de lateribus, donec integrè sanatis sint. Crassiores pedes quam pro corporis habitu deceant ob copiam sanguinis per uitiosi crudi & crassi gignuntur. Nimirum autem pedum tibiarumque crassities potum, infissum, fustum, litum ut dictum est de ædematosis pedibus, desiderat: præterea que ligatus ram erat à partibus pedi vicinis ad femur produktam: Dörtoman. Baccius: Inflatis pedibus, qualia de tumoribus dicta discussoria competitunt, faburratio ac insolatus. Rulandus: Crurum tumores, inflammationes & ulcera sanant Badenses Hercinia, Carolinæ, Leucenses. Fallopius cap. 18. Stufæ montis Orthoni ^{Stufæ mōtis} sunt & optimi vsus ad emolliendos artus. Vidi aliquando Orthoni. monachum qui habebat crus & genu rigidum & inferebat ipsum in unam ex illis foueis, & cum ibi horam detinuisse, extrahens optimè ipsum crus movebat: sed postea refrigerato genu & crure, iterum rigebat. Luti montis Orthoni vis est ut siccat, digerat, roboret, & dissolutas partes vniat. Lutum est argillosum immo argilla eadem ex qua hic Patauj sicut olla, differunt tamen colore: quia argilla quæ est in balneo coquitur & sic acquirit aliud colorē: Argilla tamen est & pinguis, habetq; sal edinem & parum vaporis sulphurei, & ideo ratione horum duorum habet vim succandi, roborandi & digerendi, nec non adstringendi facultatem aliquam, sed paruū. Utinam hoc luto in ædematibus durioribus qui in cruribus, vel alibi oriuntur. Modus autem utendi est ut frigidum applicemus parti affectæ & eam totam obliniamus & mox exponamus soli. Possimus uti luto istius balnei, etiam procul à balneo, quia potest asportari in partes etiam longinas, nec vim suam amittit. Non solum in ædematibus durioribus utimur: sed etiam in tumoribus laxis, qui circa crura oboriuntur, Elephantes vocantur ab Arabibus. Confert etiam lutum istud ad articulos laxatos & debiles: Sed lutum montis Orthoni parti affectæ non applicandum calidū ut aliqui faciunt & male. Primi calefaciat æger partem affectam in aqua illa, mox supponat lutum frigidum & partem ipsam exponat soli, obseruetque ea omnia quæ diximus esse obseruanda dum de luto in communī egimus. Idem cap. 19. Lutum aquarum S. Petri Aqu. Petri tri argillosum & coctū est, habetq; vim degerentem & roborantem, & propterea utile est ad removendum imbecillitatē artuum & nervorum refrigerationē.

Elephates.

Aqua Petri

lутум.

*P*timur diversis modis nempte calido, non frigido vt illo Orthomontis & non exponimus partem luto obductam soli. *A*ndernacus: *Aqua*e urbis veteris à luto dictæ crurum crassitiem, neruos contractos extenuant & resoluunt si quis ad mensem unum vel duos in eis moretur. *M*ontagnana: Pro tumore cruris & debilitate, orto sole vel paulò post balneet totum corpus per horam semis: postea se recipiat in lectum, dormiat vel quiescat ad horas aliquot, postea balneet crus in aqua calida: Secunda die eadem agat, & præterea admoueatur cum aqua balnei mixtus sequens puluis R. Sem. sesami, fenugreci & orobiana 3. v. Alari, chamaesytiros, origani ana 3. i. fiat puluis. Die tertia idem faciat, verum addat de sequentibus oleis R. ol. sesamini lib. i. costini & de pulegio analib. β. misce. Quarta die non balneet totum corpus, sed solum crus: recipiat etiam cum tibia & genu vaporem aquæ calidæ, deinde exsiccat cum pannis & se lecto componendo vngat cum oleis sequentibus R. ol. naraini 3. iiij. facis ol. iridis, de croco, liliorum alborum ana 3. i. β. Misce, vngat à genu vsque ad pedem, & inuoluat tibiam pannis calidis: Ante cœnam recipiat vaporē aquæ calide. Quinta die bis recipiat vaporē & inungat tibiam, & ita perget. Alius si astringatur, parentur pilulae septē ex aloë lata, cum electuario de pſyllo, sumat unam. Hec ille. Ego non statui hic multa scribere de viribus aquarum medicatarum admirabilis fontis: cum satis hæc res omnis ex his torijs nostris præpositis elucescat. Quamobrem ægri poterūt vti ijs, eo modo quo præcedentes docent utendum suis aquis. Lutum etiam parari potest pro morbi qualitate & magnitudine ex bitumine, argilla, pyrite, & laſpide scissili: que omnia particulatim præscribere poterunt medici & chirurgi ægris consulentes.

Ad contractiones & tensiones ligamentorum, tendinum, & musculorum: nec non ad distorta crura & brachia. C A P. L X V .

Contrahuntur item ligamenta & tendines, vti curuatis quandoque cubito, manu, digito, genu manci & deturpati plures à vulneribus supersint. Contracta membra lauacro aquæ Belilucanæ vitissimè fruuntur: ex Belilu. vsus aqua per sex dies manè affumenda aquæ lib. ij. plures sunt: ante cœnam aquatum ad cōtracta. duocunda membra horarum duarum spacio. His elapsis diebus mane & vesperi ante pastus externat tantam utendam prolusio ſæpe, multum ac diu. Ab egressu balnei in lecto inuenga membra cruram vituli axungia addito galbano, sagapeno, opopanax, terebinthina &c. Tensio sine vulso muscularum, ſuræ, & ligamentorum eius (Gallis la goute, Grampe dicitur) à vaporum flatuumque crassiorum copiâ orta: qualis grauidis & malè dispositis pedibus dormientibus frequens, ad præſeruationem potu indiget thermarum Belilucanarum: ad cœrationem solo harum lauacro & cœnilitu. Si qui commodo aquarum vſu destituantur & cominus eâ frui nequeant, aquâ ſillatitia vtantur in potu, eâ prouuantur pedes, Dortom, Bacius: In montanis Corsicæ ſunt quedam minerales aquæ admodum frigide: quæ tamen concalcant & in balneis vſurpatæ, miris-

Grampe.

Aq. Corsicæ.

fica quadam digerendi virtute polleant. Nam & contracta membra restituunt & indurata emoliunt. Idem lib. 3. cap. 1. Ad contractiones tendinum & chordarum valet illumentum, quod magis penetratium efficietur si ad loca eiusmodi dura & contumacia, balnei imprimit vaporationes captentur, quod ad dolores quoque sedanos non erit inutile: quale balneum ex falsis marinisque calentibus. Balneum ex bituminosis, quale ex Petroleo ad Baras, & item Culma, & sub Perusio lacuna. Andernac. Aquæ Vvem dingenses manu factæ calidae, sulphure, alumine, & nitro constantes coxarum doloribus podagricis, membrorum contractionibus, articularijs, paralyticis auxiliantur. Idem: Balneæ Badewille tusa, conuulsa, distorta tensa, restituunt. Idem: Aquæ medicatæ manu factæ & calidæ in Niderborn ex alumine, sulphure & ære saturant: Ad defluxiones capitales viles, erupta, conuulsa, sive ex colico, sive ex defluxione humorum, & distorta emendant, duritatem nervorum emoliunt. Pantaleon de thermis Tiguriis cap. 21. laudat balneum Kesselbad dictum ad contracturas & resolutiones, multos in id deferri qui citè conualestanj & restaurantur, si non sint voraciorens & ordinatam vietus rationem obseruent: id quod etiam obseruarit anno 1577 in puella. Montagnana de balniis Patauinis: Linimentum bonum ad emliendum durities & contractiones membrorum, quod applicandum una horâ ab exitu balnei: R. ol. sesamini, amygdalini dulcis recentis ana 3. l. β. vitellos ouorū ij. medulla crurum bouis, sèpi arietini, pinguedinis anatis & gallinæ ana 3. i. croci 3. i. dissoluantur pinguedines & solentur, cætera addantur diligenter considerando, in fine adjiciantur ammoniaci dissoluti cum aceto 3. x. In signiter sedat dolores, quos vt magis mitiget adde olei chamæmel. 3. iiij. Si velis nonnihil stupefacere adde opij 3. i. & erit nobile medicamentum ad prædicta quod non poterit nocere. Rulandus, ad contractionem nervorum & membrorum viles sunt aquæ Auwenses, Lutherbad, Volekestein, Visbad, Schweiningenses, Sylvestres, Pipérinae, Leucenses, Valliss. Flieben, Embenses, Elbogane, Vendingenses, Carolinæ, Teplicæ. Ad nervorum dolorem Embæ Constantiae, alumine & nitro infectæ. Nervorum rigores Brigenenses, Annæbergenses, Auw, Antegast. Nervos induratos humectant & molliunt Kissing, Underthal, acidus fons tinetus alumine, nitro, sulphure, Buretschheim acida sulphuris & nitri particeps. Nodostates curant Gebersweilerianæ. Spasmo medicantur aquæ salis, sulphuris, Badenses Herciniæ sive Margraffbad, Laubacenses: Idem pro contractis & conuulsis hoc instituit balneum, Sambuci m. xx. decoquunt diutes in vino, pauperes in aqua quantum conuenit. Insidiant quotidie diutius in hoc lauacrum, & post egressum in calido lecto bene contecti stragulis sudent diu multumque. Post sudore perungantur membra contracta isto vnguento quod recipit ping. taxi 3. iiiij. vallis lib. 1. Masticis 3. β. Euphorbijs 3. ij. Piperis vtriusque 3. x. Vini boni mensuras duas, fiat vñctio iuxta artem. Hæc ille. Nulli laboranti contractionibus à colico dolore, quæ vulgares in Alsacia ac viciniis locis potissimum circa fodinas Gisardmeigni, suaserim ut vtatur paulò post colicum dolorē cessantem ullo balneo..

Lutamenti
Vapor.Aq. Vvem-
dingenses.Badenvei-
sa.

Niderborn.

Badenç Hel-
uetiorum.

Linimenta.

Aq. ad va-
rios neru-
rum affectus.

Flares vidi magno suo damno adisse Plumarias thermas pro restituendis artuum viribus & reparandis contracturis qui redditum multo imbecilliores in vita periculum inciderunt. Vsus thermarum & baneorum pluribus mensibus post principium imbecillitatis confert, cum interna viscera incipiunt suo fungi officio, ventriculus bene concoquere & bepar sanguificare, ac artus nonnihil vires recipere & carne augeri: Nec etiam tunc ex vju erit violentius balneum, nec omnia vnguentia calidiora conueniunt, multò minus in principijs. Placet suo tempore balneum aquæ admirabilis, cuius vis augeri potest addito bitumine & gatæ & lapide scissili. Si quando videntur vnguento prescripto per Rilandū, id velim fieri in contracteris valde frigidis ac summo cum moderamine, quod periti medici iudicio relinquendum. Porro autem quæ distorquentur & curvantur ossa brachiorum vel crurum in varis, valgis, compernibus à conformatione in canis à præpostera ligatura vel etiā ab externa aliqua causa, aqua Bellucana diriguntur, si in ligneo tubo canalium protensa maneant: madeant frequenter, contrectentur, infleclantur manibus. Imo subigantur more modoque quo lignarij fabri distorta curvataque ligna flammis subditis rectitudinem, v.e res curvitatcm, D'ortoman Non agnoscō in aquis medicatis tantam ad prædictos affectus efficaciam vt eos possint per se tollere. Iuuare intērim posse illas ac etiam nostras admirabilis fontis in adolescentibus adhuc crescentibus non dubito: Verum longo admodum tempore, lignis canalibus tubisq; benè præparatis dextre, ali ligatis & continuo gestatis aut saltē nocte: quaratione memini à me facio. vnius anni curatum puerum valgum.

Ad vlcera & inter cætera, de gangræna.

C A P . L X V I .

Balne. Vsus ad inueterata vlcera frequens. In eligēdis ad vlcera baln. obseruanda. II.

Omnia vlcera sanare valent medicatæ aquæ competenter adhibitæ. Vsus tamen frequentior in inueteratis, malisque est, in quibus vbi tentata vnde cunque remedia non profuerint, tanquam ad sacras balnearum applicationes recurritur. In eligendis ergo ad vlcera balneis, vnam in primis valde necessarium animaduertendum est, particulæ ex vlcera in imbecillitas, quæ viribus corruptis, vel sopitis nec idoneum sibi appropriat nutrimentum, nec influxum aliunde malum valet rejicare, nec receptum corrigere, vnde varijs ipsam abundare excrementis necesse est. Et alterum, membri aliquius mandantis intempories, ac in expultrice ipsius robur, qua semper parvamenta ad imbecilliora detruit. Ex mandantibus subinde, aut cerebrum imputari solet, aut bepar, aut tertium uterus, & quæ his subministrant consequenter, quæ oportet principiæ liter ante balnei ad vlcus ministeria medicari. In fluidis vlceribus, perraro non catarrhus aliquis à capite destillat, vijs præsertim ad illam partem manifestis, quæ primo per ea, quæ peculiaria ad catarrhum in capite affectibus docuimus, oportet discutere seu priuata sint medela seu potius ex aquis medicatis potionis, nitritatis nimirum, salugineis, genicis, ferreis, purgantibus, seu discussionis ad flu-

xionis principia in bregmate, aut nuda, ex sulphureis temperatis, bituminosis, nec admodum adstringentibus. Ita enim antecedenti submota caussa, facile vlc-
cus ad sanitatem per localia balnea perducitur: quæ ad stergentia fungo, medios
criter calida, & secca, vt Ferratae quædam, Buffetum Viterbiæ, Villa Luce, Cal-
dagna Sancti Cassiani, Albulae, & Lætanae ex alumine, Porretanae, Corsenum ex
alumine & ferro, atramentose in Volaterrano, Bringenses in Valesiis, aliaeque
innumeræ consimiles, & marina aqua per eßatem efficax. In ueteratorum au-
tem vlcerum, eadem balnearum, ac presidij cuiuscunq[ue] ratio effe debet: nisi
quia in his non tam timendus aliunde influxus est, quam quid ex habituata Inueteratis
iam dudum illi particule intemperantia, vnde aut cacoëthè fieri assolent vlcera,
aut serpiginosa, aut putrida, aut contumacia, & dura, aut sinuosa, aut fistulosa,
aut multifariam maligna, longiore ñ desiderant curam, ac nulla cura est ne-
que brevior, neque certior, quam quæ à balneis sumiur. Ea ergo intemperies, aut
in totum occupauerit particulae naturam, quemadmodum in Scirrho, cui nulla
tunc medicatio proficia est: aut veneni speciem gerit, vt in Cancro, cuius opus
est primò virus interficere, quod ut nullis alijs remedij, ita in balneis difficile fit.
Quanquam eam curam plumbeæ à proprietate, & quedam aliae fortes promit-
tant. Aut denique quædam aliae fortes promittant. Aut denique quedam male
qualitas inculpatur, vt immoderata vel caliditas, vel frigiditas, vel humiditas,
vel siccitas, vel complicata ex his pluribus, tamque Galeno teste, per uniuicue
contraria curandum. Calide oportet per frigida mederi, vt ex nitre atque aquæ
ebibite, nec non Fincuncella Sancti Cassiani, Grotta Viterbiæ, Tigarinæ in Hel-
uetijs. Frigidæ verò per discussoria balnea, & tam actu calida, vi sulphurata, bi-
tuminoſa, nec non ferro, aut alumine participantia, quæ virtute acria, vt
ex atramentis, ex ere, ex calcidæ, misyo, soryo, plumbo, ac similibus. Vlcera verò
siccac & squalidam habentia carnem, per frigidam aquam irrorari ex Galeno
docemur. Bituminosa valent in naturalibus balnea, ac Cellensis in Heluetijs,
Humidis autem faciunt eadem, quæ paulò ante ad fluida vlcera dedimus. &
ad hæc Aponi balneum ad inueterata proficit, varia misturaru[m] facultate:
Embs item in Germania, & Embenses aliae sub Dioceſi Treuerensi, aliae in
Alsatia, Fabrienses in Rhetia, ex Gypso aquæ, & ex atramento in Volaterra-
no lacu[m]. Porò in Herpete, ybi scilicet vlcus serpiginosum efficitur, erodens,
ac sàeputridum, composta coniçit qualitatum malignitas, calida, acris, Herpeti.
falsa, pruriginosa, quod potionis medicatas, quales in calidis alijs, & catarrha-
libus diximus, desiderat. Foris vero ex acribus, ac erodenibus, balnea, Ferrea,
enea, plumbea, atramentata. Gangrena eadem, & Aponus, & Ferina aquæ in
Germamia, & in Dacia Virides ad montem Carpathum, & in Cypro insula et
næ aquæ omnium valentissimæ. Nec secus in sinuoso vlcere composta folidities, Sinu-
fluida, virulenta, salsa, ac erodens, quam oportet per excientia, ac modicè ca-
lida extergere, quales metallicæ, vt plurimum aquæ, ex plumbo maximè, ære, az-

Baln. topi-

corū vim in

vleribus

antiquis

obtinentis.

Cancro.

Calida in-
temp.

Frigidæ.

siccæ.

Humidæ.

Gangrenæ.

Sinu-

tramento, ac minio. Faciant eadem ad Fistulas, quod est, vbi cuitas ulceris obducta ex ore in penitiores anfractus cuticula, fistulae instar (vnde illi est nomen etiam Græcis) perpetuo biat, emanatque. Difficilis quidem quoconque modo curationis: difficilimæ verò vbi fistula in altum penetrat, qualis ex intersticiis saepenumero fit ad ani musculos. Cuicunque commode, nec tuò possunt quæcunque medicamenta adhiberi. Facerent tamen vtcunque exiccantes ebibetæ, ac abstersione facultatis, vt Ferratae, nec admodum calidæ, vt Ficuncelle aqua, at similes. Vel iniectæ quantum fieri posset acres, & quæ potentia cuticulam ipsam fistula exterebent, quales sunt ex æris, chalcitidis, &c. ulique excrementis distractæ aquæ, vt in Cypro iam dictæ, & ex plumbō, & ex auripigmento, qualis ad Susas fons in Persia. Veli si non adsint, ex calce idoneæ, accinere, & atramento, &c. in Volaterrano. Hæc Baccius qui lib. 4. cap. 9. Est item in Senensi agro vicus peregrinus ad confinia Aretij, quod Rapolanum appellatur, sulphureis aquarum scatibus per celebre. Quare cum longè vndique aura ipso loci vapore sulphurea sentiatur, proprius in secessu quodam spiritus sulphuris exhalant adeo graues, vt nisi quis quantocuyus aueretur, exanimem reddant, quare locus mortiferis speccbris, fossa, ac sentibus præsignatur. Cæterum salubris aëris, pericundique per næ sulphureæ ad sepiam diuersorū, cum balneis eius naturæ calidis, valde utilibus. Quæ et si non adeo multum à temperie recedere quibusdam taxentur, asperæ tamen, ac siccæ, imacæ, celeri admodum facultatis sentiuntur, cum scabiem quantumvis crassam, aut putridam, quam celerrime (ter in quam, aut quater in balneis adhibitæ) excent. Ac vidimus, qui egressi à balneo duratis vleculis, plagisq; ea asperitate aquarum, quasi ambustis, in reliquum diem angerentur, vnde didicerunt crassaid genus scabie laborantes, totos integros dies sedere in balneo, donec omnino emundati exirent, ac abirent. Cui vito succurrere poterunt, factæ statim à balneo leni ipsorum vleculum litura, aut butyro eloto, aut miti aliquo id genus vnguine. Fallopius de thermis cap. 17. de balneo Aponitano: Sanat aqua ista vlera, cutis pruriens, vlera squammo, scabiem leprosam pruriginosam vel saltam. Item cap. 32. de balneis Volaterranis: Balneum S. Michaelis, in quo alumen & sulphur paucum aut nihil, in affectibus cutis est præstantissimum, præcipue ad fugandam lepram: in quo affectu præstantius remedium fortè non reperiatur. Andernacus: Balnea Badenwillæ manu calefactæ siaturigine tepida scabiem, impetiginem, lepram, aliaque id genus exteriora vitia & vlera vetusta maleque curatas nat. Idem: Aquæ medicatæ in Britzbach vltra Rhenum ere & ferro imbutæ in balneis visum acuent: calculosis renibus vetustisque abscessibus auxiliantur: impetiginem, scabiem & lepram tollunt. Item: Aquæ Patritiorum in Italia aliud nomine magis quam sulphure infectæ sunt, scabiem & alia cutis vitia optimè discutiunt. Idem: Aquæ Caldanæ vrbis veteris in Italia aluminosa & parum ferræ, humidam scabiem abstergent. Idem: Aquæ calidæ Badenses in Austria quæ sunt multi sulphuris, paucioris nitri, minimi aluminis malignis & serpentibus vleceribus, erysipelatis & cancris profundunt. Rulandus: Fistula auxilians

Aq. Rapolana, fossa, ac sentibus præsignatur. Cæterum salubris aëris, pericundique per næ sulphureæ ad sepiam diuersorū, cum balneis eius naturæ calidis, valde utilibus. Quæ et si non adeo multum à temperie recedere quibusdam taxentur, asperæ tamen, ac siccæ, imacæ, celeri admodum facultatis sentiuntur, cum scabiem quantumvis crassam, aut putridam, quam celerrime (ter in quam, aut quater in balneis adhibitæ) excent. Ac vidimus, qui egressi à balneo duratis vleculis, plagisq; ea asperitate aquarum, quasi ambustis, in reliquum diem angerentur, vnde didicerunt crassaid genus scabie laborantes, totos integros dies sedere in balneo, donec omnino emundati exirent, ac abirent. Cui vito succurrere poterunt, factæ statim à balneo leni ipsorum vleculum litura, aut butyro eloto, aut miti aliquo id genus vnguine. Fallopius de thermis cap. 17. de balneo Aponitano: Sanat aqua ista vlera, cutis pruriens, vlera squammo, scabiem leprosam pruriginosam vel saltam. Item cap. 32. de balneis Volaterranis: Balneum S. Michaelis, in quo alumen & sulphur paucum aut nihil, in affectibus cutis est præstantissimum, præcipue ad fugandam lepram: in quo affectu præstantius remedium fortè non reperiatur. Andernacus: Balnea Badenwillæ manu calefactæ siaturigine tepida scabiem, impetiginem, lepram, aliaque id genus exteriora vitia & vlera vetusta maleque curatas nat. Idem: Aquæ medicatæ in Britzbach vtra Rhenum ere & ferro imbutæ in balneis visum acuent: calculosis renibus vetustisque abscessibus auxiliantur: impetiginem, scabiem & lepram tollunt. Item: Aquæ Patritiorum in Italia aliud nomine magis quam sulphure infectæ sunt, scabiem & alia cutis vitia optimè discutiunt. Idem: Aquæ Caldanæ vrbis veteris in Italia aluminosa & parum ferræ, humidam scabiem abstergent. Idem: Aquæ calidæ Badenses in Austria quæ sunt multi sulphuris, paucioris nitri, minimi aluminis malignis & serpentibus vleceribus, erysipelatis & cancris profundunt. Rulandus: Fistula auxilians

lomfica. Item: Vleculorum crusta à balnei vimina asperante siccæ teque do-

Chironia
tur *Piperinae, Ribbadenses, Plumbariae, Vvendingenses, Vvesterbad.* Vlcera caua, *Vlcera.*
maligna, antiqua, serpentia, & insanabilia curat Spigelberg, Badenses Austriae,
Villacenses, Teplice, Abechi, Conderthal, Celle:ses, Plumbariae, Neubrun, Pi-
perinae, Vvendingenses, Valdsborn, Deinach, Antegast, aquae aluminis & auræ
&c. Vlceribus male curatis profunt Leucenses, Embenses, Badenweiler, Pipes
riuæ &c. Ad vlcera omnia valent aquæ salis, cupri, ferri, sulphuris, nitri, alumini Vlcera qua-
nis, gypsi. Item Cellenses, Plumbariae, Piperinae, Vvisbad, Leucenses, Neubrun, uis.
Badenses, Bringenses, Gebersweiler, Embs, Flieben, Antegast, Brintzbach, Aci-

dulæ Goppingenses, Auwenses, Vberking. & cæteræ thermæ omnes. Dortoman. Gangræna à
Gangræna à frigore ita pedes frequenter, rarius manus occupat, ut spiritus & cas frigore.

lidior sanguis in has partes vix confluit: aut si confluit, citius refrigeretur à pe-
dbus gelu obfissis quam ut ipse pedes calidos reddere queat. Vidi non semel, sed
sepius pedum digitos omnes agt aliquos, imò pedes integros emortuos ob penes
trabile frigus, sensu & motu priuatos: dein solutis compagibus articulationum
separatos, sciuendos, excusso citra villum dolorem à supersitibis sanis partibus.

Gangræna hæc siens parte prius scarificatu dilaniata abluatur aquâ thermas
rum Belilucanarum, conficitur, aspergatur reliquis, obducatur ceno, melle
rosato temperato: Hæc iteranda frequenter. Ad vlcera omnis fere generis facere

aquas fontis Admirabilis facile appetet ex mixtione mineralium, quorum ea
vis ut ciusmodi affectibus occurrant. Id quod liquet manifestè facta mineralia. Aq. Bollen.
cum precedentibus collatione, qualia si non omnino, at certè quadam tenus in ad vlcera
quælibet.

Bollenibus mixtioni supradictorum respondent: Sic vt pro rata portione de nos-
stris idem sit sentiendum quod de illis: quemadmodum hoc quoque historie à
nobis commemoratae abunde docent, & in vlceribus tibiarum plura dicturi fu-
mus, vbi agetur de morbis extremitatum: De cancro quædam addemus capite. Aq. Bollen.
de Elephantiæ. Ad gangrænam tutiores existimari aquas fontis admirabilis ad gâgræna.
Belilucanis, si membrû cui portiones gangræna obfisse amputatae sunt, ne porro
malum serpat, intemperiesque emendetur, abluatur aquâ nostrifontis, in qua
candens pyrites & lapis scissilis restinctus sit, insperso postea mox eorundem
puluere vel melle illito.

Ad Vlcera tibiarum & pedum.

C A P. L X V I I .

Vlcera tibiarum & pedum ex melancholico vel pituitoso sanguine etiam
cum varicibus sœpe dysepulotica & curatu difficultima cognuntur: Vlcera Beliluc.
ratus aquatum eat, redeat, potet, abluat, cœnum inungatur, reliquiæ in-
spergantur, hedere, brasice, nicotianæ folia vlceribus imponantur, Dortom. Fal-
lopis de thermis cap. 17. de balneo Aponensi: Quando oriuntur in cruribus vel Aponenses.
in alia parte corporis vlcera quedam callosa & antiqua, & obducuntur cicatrice,
pauci post iteram renascuntur, & non cedunt medicamentis, nihil præstantius

quam infusio in hac aqua: & plurima cum ea curauit. In egressu balnei applicandum ulceri aliquod medicamentum opportunum: Verum si cum ulcere esset consuetuta inflamatio, cauendum ab usu huius aquae: quam etiam fugiat qui sunt habitu calidissimi & siccissimi, & qui laborant febre, ne incident in marasmo bedicamus. Haec ille. Non videtur necesse ut hic celebrem laudes nostri fontis Admirabilis in curandis antiquis & malignis tibiarum ulceribus cum satis appareant ex historijs: Nihilominus tamen accedit interdum ut quedam propter viscera corrupta non in totum sanescant, quædam etiam non conuenientia propter vita periculam primo anno occludi: quibus tamen ulceribus conuenientia emplastra adhibenda sunt, ut vel in totum sanescat, vel certe impediatur incrementum: In quibus affectibus insigne est emplastrum de plumbō patris mei pietissimi Job. Baubini medici celebris Basileæ & in chirurgicis felicissimi: cuius hæc est formula R. lithargyri aurei ʒ. iiij. plumbi vſti ʒ. y. Cadmia botrytis, sue tutiae vulgo distare, preparata ʒ. j. minij plumbi ʒ. i. f. Ceruſæ ʒ. f. olei rosati, cera citrina q. s. Fiat massa pro emplastris. Plura hic præscriberemus ad impediendum incrementum ulcerum & ad impediendas recidivas, nisi id iam factum fuisset libro præcedentij de historijs eorum qui iam experti admirabilem fontem. Quod si ulceræ dysepolota à varicibus forentur, his primum omnium fuerit occurrēdum. Göbelius aluminosas S. Iobi absolutè ad varices facere scribit: quod idem promittit Rulandus de aluminosis Annaberg. & Volckestein, quæ imbutæ per multo alumine, pauxillo pyrite, atque bitumine. Nos quanquæ non minus nobis de Bollenſibus pollicemur, accuratiū subducendas hic rationes existimamus. Quæ enim inueterauerint, vix rullæ fortè ratione cararis. In minus antiquatis, ex medici consilio egregiè purgabitur varicosus, post sanguis ex brachio, non è cruribus detrahetur. A balneo obducetur varicibus emplastrum ex argilla & bolo subactis ex aqua Bollenſi: quod ubi inaruerit, obnoluetur crus fasciæ, ab inferioribus sursum.

Ad Elephantiasim siue lepram vulgo dictam & cancerum.

C A P . L X V I I I .

- Bal. Reginæ Pisanum. **F**allopius de thermis 29. Balneo Reginæ Pisano felici cum successu usus sum in potu & infusione ad fugandam lepram. Andernacus: Balneum ex aqua medicata sanat scabiem, lepram, elephantiasim nondum inueteratam. Item: Balneæ Fabariæ, quibusdam Piperina Pfeffers calore moderatae, in balneis scabiem, impetiginem, elephantiasis initia & lepræ, ulceraz. maligna sanant. Item: Aquæ calidæ Plumbariæ in balneis conferunt ulceribus malignis, curatuȝ diffisilibus, tacero, phagedenis, fistulis, elephantie recti. Item: Aquæ medicatae Vvæ dingenses manu factæ calidæ vlcera maligna & inueterata, fistulas, scabie omnè & lepræ initium sanant. Io. Göb. dicit aquas aluminosas S. Iobi ad incipientem elephantiasim facere. Baccius l. 3. c. 1. de thermis: Elephatias & quam dicunt lepræ, nec minus omni intemperatæ ac veteri scabiei, fortiora in cunctis conuenient balnea ex his quæ ante diffusa capite de virtutis cutis: Et atramentosa & bituminosa re-
- Fabariæ bal.
- Plumbariæ.
- Vvæding.
- S. Iobi.

Culma & Petrolei balneum ad Baias, Montis alti dictum sub Perufa, Lacuna Volaterranea, Auernus in Capania, Et præ ceteris Iordanis fluuius in Palestina, quem sæpen numero lepram sanasse diuinâ virtute sacre literæ attestatur, & infra Asphalti lacus valde aquæ abstersorie. Elephantiasis scribit Paulus Aegineta, vijus aquarum naturalium ceu maximè necessarii adhiberi debet, præseru tim aluminosarum & quæ ferrum sapient. Confert, inquit, & ipsarum potio, tum marinæ arenæ vsus, & quæcunque tandem sudationibus ciendis efficaciam habet vaporaria, ac discussoria. Reges Aegypti, teste Plinio, & ut aiunt Constantinus Magnus, vtebantur ad lepram balneo ex humano sanguine. Rulandus: Elephantiasim sanant aquæ in Brintzbach, Piperinae, Plumbariae. Item contra lepram valent Valliss. Vremding, Badenweiler, Castlein, Carolina, Gebersweiler, Lutherbad, Treffbach, Überlingen, Badenes, acidulæ Bassenheim, Heylborn, Spiegelberg, Montebaur, Niderlonstein, & sulphurata alia. Pictorius de balneis, cap. o. Thermæ Plumbariae curant Elephantiasim, cancrum, fistulas, lupos ut vocant, ulcera cancerosa tibiarum. Magnifica quidem hæc sunt Balnearum præconia de quibus iudicandi prouinciam alijs relinquo. Ceterum ego elephan-^{Elephantiasis} tiasin hætenu nulli unquam remedio cessisse vidi. Scio pollicitatorum verba esse incurabilis, quipedalia qui ut pecunias emungant nibil non suscipiunt, nihil non promittunt: & in psora lepræ Græcorum si quando (quod tamen rarum est) feliciter illis crass ignorantia bona quadam fortuna cœsit, plenis buccis inuictum morbum Elephantiasis deuicisse mentiuntur, ante victoriæ scilicet triumphum canentes. Sed in eo ipso turpiter suam produnt inscitiam, quod ne Elephantiasin quidem cognoscere deprehendantur. Nam si bonum virum censura imperitorum deceret, exempla vel nobis ipsis non defuerint. Mompelgardi aliquando pro Elephanticis De Eleph- quendam mibi obtrudebant Chirurgi mei tales enim iudicabant, quod extrematisi suscep- sensis desituit, set cum corruptione alijs (similibus signis) quem ego quando nula facies, baln- in facie deprehendebam signa pathognomonica, cum Elephanticum pronunciare ne- percuratus, quaquam possem, ea executus prius, quæ præmittenda esse ex arte didiceram, ad Thermas Plumbarias hominem ablegau, unde non tantum sanus redijt, sed etiam citra recidivam integer remansit. Videas etiam qui egregio Thermarum fuso ita Elephantiasin occultent, ut mūdos putes, in quos tamen intessinus ille hostis Elephaticus rebellione clandestina crudeliter græssatur. Tale nouimus in urbe Masmunster balneis dilata- Elephanticum tam callide balneorum vix morbum disimulantem, ut non facile nisi similitudine. àperitis Medicis & Chirurgis potuerit Elephanticus pronunciari. Ex quo magna quidem esse apparet aquarum naturalium in hoc morbo efficaciam: nequaquam tamen vel ab hoc vel ab ullo alio remedio physico inculpatam sanitatem expet- etiandam iustaratione potest concludi. Quid tum postea, si cutis fœditates tollunt aquæ? obseruauit ipse Admirabilis aquæ Bollensis potu & lauacro, fœdissimas seca- bies, serpientes, berpetes, imò lepræ (sed Græcorū) feliciter percuratas: ergo nec cum lepra Græ- istis Elephantiasin curata impudenter mentiar? ego vero existimo si quis tanti coram am- morbi symptomata, ne incrementum capessat, prohibeat, non parum attulisse adiumentum:

id quod Bollenibus aquis fieri, si ante eorum usum ad Elephantiasis suspectus ex
 Verx Ele- periti Medicis consilio purgationem & phlebotomiam celebret, institutaq[ue] opti-
 phatiasis re- tardat ad maiorem ratione pluribus diebus lauet, etiamen iuste ne vel diu singulis diebus
 aq[ue] Bollen- in solio desideat, vel calidore utatur, raroque sudore moueat: bibat vini loco az-
 quam Admirabilis fontis, vel acidulas. Eadem impudentia Cancri quoque cura-
 tionem iactant isti qui populo famos vendunt. Quid mirum, qui Elephantiasis
 Cancerū alia hoc est Cancrum viuusalem se personare posse profitentur. si particularis Can-
 que vlcera cri sanatio em eadem fide promittantur tantum vero abest ut carent aut curare
 maligna se- possint, vt ne agnoscant quidem ex hoc grege plerique, cum nec artis principia-
 pticis ag- gressi empiri. vlla unquam degenerarint, nec legitime remedys utantur, sic ut sublimato, bu-
 gressi, malum tyro arsenici, & id genus alijs septicis & erodentibus multos ad perniciem dedu-
 exacerbant- xerint, quos vlcera saltet tibiaram exercuerint, quemadmodum ex libri primi
 historij satis liquet. Cuiusmodi vlcera si quando sanant, Cancrum gloriabundi
 Vlcus quod sanasse iactitant. Ego quod ad me attinet, licet a teneris apud patrem P.M. in
 libet cacoē- Chirurgia celebrem educatus, ab eo tempore Galliam, Germaniam & Italianam
 thes pro ca- peragraram, celeberrimos Chirurgos secutus, cum omnium optimis Medicis fas-
 ero habent. milianter versatus, ac non, ne quid intentatum relinquere, cum iectabundis
 pseudoelymiciis, ne incipientem quidem, seu, vt vocat Hippocrates, occultum vidi
 Cácer, mor- à quo quam sine aquis, sine pharmaciis curatum cancerum, tantum abest ut exula-
 bus insupe- ceratum percurari conspicerim. Interim tamen incrementum tantisper posse res-
 tabilis. tardari aut dolores minui non negem, qualis palliativa medicatio dici solet, cum
 morbum raditus non euellat. Quaratione si quis ad Bollenses vti cipiat, opera
 Cancro re- minimè luserit si prescriptum à nobis mox in Elephantiasis consilium sequatur,
 tardado do- id monitus vt diligenter caueat, si occultus nec dum apertus est cancer, ne bal-
 lotibusque minuendis neum ad apertione faciat, (vidi namque quibus ex diutiori mora in cali-
 ad Bollenses. diore solio aquarum Bollensum exacerbatus fit & auctus cancer) imò vero pos-
 tius ne ingrediatur quidem penitus, nec cuiquam vel apertione suadenti, vel
 sanitatem promittenti credat. Quinimò balnei loco splenia Bollenibus aquis frig-
 gitidis madentia inducat, (insperso prius pyritæ & scissilis lapidis puluere) las-
 mina plumbæ superdatâ. At si vlceratus fuerit, eodem insperso puluere imponat
 Emplastrum de plumbo parentis nostri, vel quale in Historijs passim praes-
 scriptissimus ex Diapompholyce cum plumbo. Baccij de Cancro sententiam inter-
 vlcerare posuimus. Rulandus, quo pro Colophone sit, cancrum scribit curare as-
 quas Ribbaderes, Gebersweiler, Piperinas, Badenses Austriae, Villacenses, Tes-
 plicas, Abech, Plumbarias, Cellenses, Verum hic sit mentio aque Gebersweile-
 sis cuius meminerunt alij plures; quidam acidas afferentes vt Tabern. Ego ante
 aliquot annos ex mandato Ill. mei Principis perquisiti in Alsacia: verum nemis-
 nem reperi qui mibi demonstraret.

Ad luem Venereum. CAP. LXIX.

DElue autem Venerea ut priuata est ratio in suis causis, & calidis & frigidis, & in tota curatione à ceteris morbis, ita priuata quoque ratio in balneis esse debet. Hæc detestabilis & sacrata lues, et si varias in processu agat radices, duas tamen videtur habere primas differentias: calidam scilicet in temperiem, tota forma naturæ operibus inimitam, & humorum crassitatem pro materia. Quapropter hepar ut plarimum, veluti primariam quandam nature arcem occupare solet. Et exinde tanquam tyrannus cunctam sanguinis massam exagitans, diuersos, nec singulis eosdem, neque eodem tenore producit effectus: sed pro sequitur morbi, pro humorum, quas inuenit, qualitate, & quantitate, pro temperamento patientis, & pro ratione, ac loco partium variis. Ergo si is calidus affectus, & quedam hepatis inflammatio est, hanc potest ieuari à calido, & secco naturaliter balneo. Si materia ut plurimum phlegma est crassum, & contumax, diffundere balneum est periculum, non digerere: obdurare, non exicare, noxios sudores excitare. Quæ pericula varij successus ostenderunt ad balnea: quædo nostrorum veterum tempestate, vix diem comperta tanto contagionis faciaitia, qui se illis commiserunt, vari aliquam senserint utilitatem, plerique vero, aut inflammatione alicuius particulae, aut doloribus iuncturarum, aut febribus fuerint correpti: imò cum visi fuerint aliqui in ipsis balneis miserè perisse: in eam suspitionem posuerunt balnea, in quoque etiam alio morbo curando, vt ea perinde forsitan toto celo contraria, coeparent detestari. Quam ob rem & nos quoque balnea naturalia pro curatione propria luis Venereæ detestamur. Verum hic nobis ulterius querendum est: An qui passi sunt luem Venereum, prohibeantur obiam dicta pericula, in quoque etiam morbo curando à balneis, que alioqui illi morbo potuissent esse proprium remedium? Ad quam sane questionem, propter diuersa experimenta, quibus visum est balnea alijs ob hoc contagium nocuisse, alijs contra, non tantum non nocuisse, sed ad primariam fecisse intentionem, & simul præterita luis Venereæ reliquias percuras. Idcirco duplice utemur distinctione, & ex parte balnei, & ex parte contagij. Quod balnei est, aut calidum intelligas oportet balneum, aut temperatum. Si calidum existat, omnia hanc dubie balnea calida possint patientes, vel passos iam luem Venereum ad id genus pericula reddere obnoxios. Idcirco Auitenra (quod tamen seniorum quoque Medicorum fuit institutum) simplicem quoque calidæ aquæ qualitatè articularis noxiæ tradidit: quod (inquit) is calor humores liquat, meatus aperit, iuncturas bume faciendo laxat, ac iuncturas eas efficit defluxionibus recipiendas. Id ipsum vsu venit in balneis, que naturali calefcunt sulphure, & acrius, que magis calida, & pluri sulphure abundant, quod acrius & seccare, & colligare valent his mores, si que exagitatis, vel febres excitari periculum est, vel aliquas fieri defluxiones. Plerunque tamen excitant defluxiones tum quia balneariorum id est virtus commune, tum quia nullum est symptomata magis peculiare, lui Venereum, quam

Luis vene-
reæ cause:
proxiaæ.

Luæ vene-
reæ calida &
cū hepatis
inflammatio-
ne balneo
naturaliter
calido non
curatur.

Fides dicto-
rū histon. ca-

An luem Ve-
nereum ali-
quādo pa-
ris liceat al-
terius mor-
bis caufia
balneo. ver
resp.

Baln. calida
luæ Venereum
passis vel
patientibus
noxiū.

defluxionibus conflictari, ac doloribus iunctuarum. Quod si balneum temperate caliditatis intelligas, haud mirum, nec defluxionem id excitare valebit, nec incendere, sed usum fore impariem sperandum est, & forsan utilem lue Venerea affectis: tum in potibus, unde hepatis adustio refrigeretur: tum in balneis siccando eius vitu relieta ulcera, atque impetigines: maxime vero si ex quo cum balneo eius quoque contagionis ratio habeatur: num calidæ admodum sit intemperici, ut in principio, & in iuueniis plerunque sit: tum enim balnei omne genus eis est incommodum: nam potius sit minus calidæ intemperici, vel quæ saltem vetustate refixerit: tunc enim balnei usus sperabis impusum, ut diximus, quin imo & calidius forsan balneum inueterato effectu tolerari posse.

Cugatio.

An baln. usu ad luem Veneream perpendenda ratione contagi. An ergo, siue lues Venerea primaria sit considerationis in balneis, siue potius alterius morbi consequatur intentionem: summa haec est. I. In principio operae præcium est, ut morbus ipse sit Medico & intus, & in cute notus, qualis, & quantus, an ferus, an benignus & alicuius spei in balneis ministrans. Feroci nimirum, ac magno effectui omnino balnea erunt incongrua. II. Deinde, ut id remedium non tentetur per initia: cum non ita difficultè sit in fine, purgato videlicet exactè corpore, ac feroore contagij intus extinto, ipsas saltæ exteriores reliquias per balneum absenare. III. Tertiè, ut siue ad aliud elicendum sit balneum, constet id experientiâ non esse solitum nocere lue Venerea affectis. Et tandem, ut balneum ipsum, seu iure potuum, seu lavacri in eundum

Albulæ ad lue Veneream sit, usum constet esse mitte, & non adeo intemperatum. Tales videmus in Albulis prope Rönam curari plurimos, vel eis aliqui ut innoxii, & tam potibus, quam lauacro: deinde in alijs similibus aquis non adeo sulphuratis, nec calidis. Contra, dum quidam ob aliam causam Stygianæ ut eructar balneis, quæ sunt admodum calidæ, immemoriam praeteriti contenti, veteros sibi ex balneo concrivit dolores. Idem ad Aponi balnea accidisse videtur Principi nouinus.

Stygianæ lue Venereæ Cui rei attestatur Fracastorius, experientia constare, nibil, aut parum Aponensis balnea, nec Porretana iuuare posse Veneream lue effectos. Ob eam (ut arbitror, inquit) causam, quod debiliora sunt haec balnea, quam ut possint materiam tam crassam, & tam lentam liquare. Leuiores quidem cutis infectiones, qualis est scabies, & impetigo, quæ illis ab hepatis adustione contingunt, & falso phlegmate, vel nostra Calderiana valenter tollere possunt. Haec ille. Sed in causam quam adducit, indigit locus correctione: Nam Aponensis non iuant, imo nocent, non quia debiliora sint, ut ipse dixit: sed quia sunt nimis calida, ut reuera sint, ac excitant defluxiones: Calderiane quia mitiores, & minus calidæ, idcirco utiles,

Correcțio opinionis Fracasto. rianæ. Balnei regii Aquifigrani mixtura. quanquam alijs & id negent, Baccius. Porro autem idem, Balneum (inquit) Regium Aquifigrani refert naturam omnino sulphuris, cum nitri modici admixtione, & ut puto ex ea aquæ infectione nigri bituminis: Nam & telius tota vndeque metallis scatet, ferro, plumbo, cadmia & nigro bitumine quam Carboniam terram appellant. Quod & operationes ostendunt. Strenue enim calefacit atque exsiccat, ex alto humores ad externa guocat, extenuat, discutit, abstergit;

Ad multas & corporis ægritudines efficacissima est, frigidas præcipue atque humidas. Conducit in primis frigidis nervorum affectibus, conuulsioni, paralyse, apoplexia, tremori, palpitationi, idque genus alijs nervorum artuum & morbis. Articulorum dolores, tumentiasque discitat, ventris, vteri, lienisque tensiones inhibet, ab aqua intercute vendicat. Iteritiam sanat: Nam & hepar & ventricus Vires.
 lum & cætera viscera corroborat ex ferri natura, ac appetentiam excitat. Facit ad omnigenos dolores, vbi tamen non intercedat febris, colicos, vterinos, nephritis, ticos. Fæcundas exinde facit mulieres. Exsiccat omnia cutis vitia, vlerca abstergit seccat, etiam que luis Venerea virtus contracta sint. Nocet aridis, extenuatis ac febriventibus. Idem lib. I. cap. I. Albula sub Tybure valent ebitæ, mox in Albulae balneis vlerca etiam personando manantesque seu fluidas ex lue etiam Venerea relietas papulas exsecando. Idem promittunt in Lotharingis balnea quanquam plumbæ priuata forsan facultate. In cæteris vero vtilis Grotta Viterbij, & in Busseto lauatio ac Porretana ex lue Venerea & id genus extremorum vitijs: Probantur etiam in balneis Marina & ex ferri mistura, M. Falconis balnea in Carnis qualis præcipue aquæ Aixio est & Villa & huiusmodi. Et item ad S. Cassianum illatio, aquæ ex gypso cum suo smegmate, vel arte cōparato ex arena vel fabulo vel sulphure lob. Göbel. dicit aquas S. Iobi aluminosas non conuenire pustulis luis Venerea: & paulò post scribit potum non nocere infectis eâ lue, benè prius repurgatis & diætâ vñis sudorifica: balneum corpori non esse bonum nec salutare propter hepar. Haec ille. Miror cur noceat hepati per balneum & non per potum, nisi dicatur caliditate actuali hepar incalescere balneo. Rulandus: Lui Venerea auxilio sunt Piperinæ, Brigenses, Baderæs Hericinie, Vemzdingenes, Aquisgranenses, Spigelberg & aquæ salfulæ, aluminas, sulphuratae. Dort. Lues Venerea in valde pituitosis, pueris, fœminis, non admotâ annosa, coitu non hereditario iure cōtracta, pro remedio habet thermas Beliluc. Pro ea curâda ante cœnam clystere vtendum ex aqua: postridie mane bauriendæ eius lib. ij. secundis quinque diebus per bore spaciū mergatur aquâ æger mane & ve- Beliluc. ad ministratio- nere. in lue Ve- speri: Post lecto cōponatur, sudet horis duabus coopertus stragulis sub Conopeo: octauo die denud incipiat à clystere & continuet remedia per tres septimanæ, quoties diuus astricta, clystere toties ex aqua cienda est. Frugaliter viuantur. Pro potu vtendum hac aquâ distillata, in qua fucus secca per noctem ma- duerint & mane suffruberint. Fallopis de thermis cap. II. Sunt aliqui qui dicant aquas non esse exhibendas ijs qui laborant morbo Venereo, quoniam, dicunt, prioritaretur magis morbus, incalesceretque præter modum hepar, & haec est communis sententia. Ego vidi exhibitas istas aquas quamplurimis labo- rantibus eo morbo & aliquibus fuisse prioritatum, plurimos tamen vidi quibus profuerint. Colligo hoc dogma obesse in eo morbo, incœpisse cum nondum esset inuenta ratio morbi curandi per lignum Indicum & cum nescirent mea dici curare, mittebant ægros ad balnea, nihil aliud exhibentes quod posset.

morburi superare: Ego sum eius sententia, quod laborantibus eo morbo concreniat potus aquarum thermalium, dammodo prius facta fuerint magnae purgationes & reliqua requisita praemissa, & recte administrata: Nam vidi plurimos hac ratione fuisse sanatos. Non utatur tamen qui eo morbo laborat his aquis medicatis per infussionem sed in potu tantum. Item cap. 17. de balneis Aponensi.

Aponenses
aq. ad luem
Vener.

Observauit quod sanat herpetes quosdam contumaces, siue sint a lue Venerea siue ab alia causa, qui solent oboriri vel in inguinibus vel circa nates, vel in cruribus.

Bollenses
ad luem
Vener.

Qui patitur recentem morbum venereum abstineat ab aqua Aponensi: Nam tunc totum hepar astutat. Cum aliquatenus fuerit deuictus morbus poterit uti hac aqua. Andernacus: Aquæ Vvemdingenes manu factæ calide lucem Venereum curant. Iac. Theod. Tab. in suo thes. aquario pa. 2. cap. 4. prodidit aquæ bituminosæ balneum tollere tremorem, podagrum, & arthrididem omnium artuum, que originem habet a frigiditate, potissimum verò auférre dolores membrorum & iuncturarum que originem habent a lue venera, tamoresque articulorum demere a quacunque causa orientur. Ex prædictis vident lectores non esse difficile demonstrare aquam fontis admirabilis posse esse vsu aduersus lucem Venereum. Est enim bituminosa, nec non ratione succini nigri epipasticæ. Si quis autem aqua medicata Bollenſi ob dolores, topbos, & contracturas vti constituerit, sua serim ut ex consilio docti medici iſque que, paulo post ex Vviero subiicientur consideratis, recte repurgetur, bona vietus ratio præscribat: bibat decoctionem ligni Indii, pariter iuniperi: recipiat vaporem iniectis carentibus lapidibus scissilibus & pyrite: Eadem aqua Bollenſi medicata addito pulu. bituminis, lap. scissilibus & pyrite artus & partes doloribus, topbis & exostosis affectas foueat: sudet, & dum excipiet vaporem & postea in lecto. Si his remedij non cederent reliz quia luis Venerea, poterunt addi balneo quo præscriptibit Rulandus de baln. lib. 1. cap. 1. R. Fl. Chamæm. meliloti, ana lib. 1. Cauda equina, lauendula, maluæ, ana stolochie longæ, centaurij ana m. ij. Foenugraci p. iiiij. Ligni guaiaci vel iuniperini lib. ij. Post egressum balnei scabies abluetur aqua plant. bb. 1. ff. Olei ligni Guajaci z. ij. Cæterum in omni thermalium vsu ad luem Venereum interest, vt paulo ante dicebam cum Vviero Tract. de lue Venerea Germanico pag. 67. duo expendisse. Primum est, ne quis lue Venerea affectus, audeat se acidulis committere villo modo, siue Spadenibus, siue Birckenfeldibus, siue Langen schwalbäcenisbus, siue alijs denique quibuscumque. Atque adeo miror, viris alioquin doctis & pjs de acidularum emolumento, citra experientiam, impressionem opinionem, vt nullum non morbum bisce curari existiment & id ipsum publicè scriptis testentur: vt praemissa purgatione, mane & vesperi acidulas bibant Gallici sudoremque, vt in Guajaci aut Sarße parillæ vsu, promoueant. Recte proverbio dicitur, est modus in rebus. Agnosco ingenue singularem Dei benignitatem in acidulis, ad multos morbos utilibus præsentim verò ad viscerum intemperiem, ventriculi dyscrasian frigidam in aequalem, hepatis intemperiem calidam, que capiti vaporibus demandatis ad catarrhos occasionem præbet: arenulas & calculi renunt:

enim in lienis affectus: febres erraticas: vasorum obstrunctiones: retentricis virtutis imbecillitatem independentes morbos: in lue autem Venerea tantum abest ut id praestent, ut contraria facultate praeditae sint: siquidem vires potissimum à vitriolo, alumine, ferro, sale, & similibus mutuantur, que omnia adstringendè vim habent, quod vel ex eo patet, quod ventriculum corroborent, appetitum excitant, haemorrhagias & profluvia emne genus fissant, & manifestè peccoris angustias pariant: quo sit ut asthmaticus non conueniant, nisi catarrhus à vaporibus concitatus morbo occasionem praebat: eademq; de caussa nec Gallicis confessunt. Adhuc luis Venereæ curatio omnis est in propulsione à centro ad circumfessionem posita, aut in solennibus & validis purgationibus, ut diectione, sudoribus, ptyalismo: acidula autem in urina cienda in primis vires suas exserunt, reseruantis obstrunctionibus, contemperandis viscerum dyscrasias tam frigidis quam calidis. Alterum verò est, cur Gallici thermæ caueant, eò quod attestante experientia, actu humidæ sunt: ex quo apparet specificum remedium huius luis sufficiat sine per se, sive per accidens, ascribendum esse.

Ad papulas & variolas. C A P . L X X .

Papulis & variolis ex alto ad cutim educendis, omnia calorifica, attrahentia. Exortatim ac sudorem carentia conferunt, Baccius lib. 3, cap. I. Idem lib. 7, cap. 23. Multe ad papulas & variolas.
formes in morbis papulae, aliæ latæ & rotundæ, aliæ inflatae, aliæ diffusæ, aliæ subalbidæ, aliæ subrubræ, aliæ inæquales, aliæ exiles, moribus culicum ad familes, vulgè impetigines, seu potius pestigines dictæ, deflexa (ut arbitror) passum voce à peste, cuius hac plerunque mala soboles esse consuevare. Eos qui has patiuntur continuò tegendos souendosque, ac interdum (nisi quippam obstituerit) in solium calidarum mergendos ex Herodoto mentionat dæcius. Dico nisi quipiam obsterit: Nam ut papulae id genus sunt symptomata pestis, in qua omnia sunt grauiissima, & nibil (ut in ceteris morbis) definitum, auctore Paulo, multa soleant obstatæ, & cum nostris iunioribus abstinere à balneo securius iudico.

Hæc ille. Nostras aquas admirabilis fontis existimo non inutiles: ob abstersionem Böllenses & epispasticam vim succini ad papulas euocandas: cum facultatis natura videtur tardior, falciter sepius vtor fotu cum spongeia, vel potius ablutione, abstersione totius corporis ex decoctione chamæeli & meliloti, edocitus ab excellenti præceptore meo Rondeletio, qui ait cap. de exanthematis: Si non licet mittere sanguinem, utilissimum est paruas cucurbitulas supra nas partes carnosas apponere cum leui scarificatione: deinde si quis exterzvnguento resumptiuo vel oleo amygd. dulc. corpus inungat ad ignem, multum iuuabit, vel ex aqua in qua flores chamæm. vel meliloti, vel maluarum decocti fuerint. Præstantissimum hoc didici ex Hippocr. verbis lib. 5, epid. par. 2, aph. 18. Sic autem velim institui usum aquarum nostrarum, si sit suspicio exanthematum: accessatur aqua in domum, iuxta lectum loco calido ponatur solium, in as-

ad exanthemata & ectymata. Fokus.

Venæ sectio
Cucurbitula cum sca-
risificatu.

Inunctio.

Soliū fusus in exanthematis.

aquam mediocriter calidam descendat laborans, in ea hæreat ad quartam partem horæ & medianam, manibus diligenter abstergatur, deinde exsiccatur, in lectum reponatur, & sudoris habeatur ratio. Laudo præterea in fine morbi ubi adsunt multæ crastæ & siccae: probo etiam ad tollendas cicatrices in facie & manibus reliæ cæs. Oportet autem vesperi totam faciem & manus illinere argilla, que candi- dior erit addito puluere tenuissimo marmoris metallici & belemnita dissolutis in aqua admirabili: Mane poterit tota facies butyro vel oleo amygdalino inungiri: vel prius balneare, & in exitu lauari illinere, quod melius placebit.

Ad cutis affectus, maculas, & scabiem:

C A P . L X X I .

Aqua ad af-
fectus cu-
stances.

Maculae autem, pruritus, vlecula, scabies, lepras, papulas, & id genus per cutim vulgo manantia vitia, tum crebra Medicatarum purificantium sanguinem potiones exterminant, tum abluant, abolentque in totum abstergentium, & calidarum quarumcunque lotiones. Habenda vero penes loca balnearum, nec non penes personas, ac infectionum ipsarum aliquaratio: nam quibus commoda non est ad potentias ex loci longinquitate accessio, preparatis. (vt artis est) in lauacra ineundum, vel etiam marinas, si adsint. Anniversaria autem scabies, que solent inueniendis primo inueniente vere irrepero, fuligineorum indicant vaporum abundantiam, qui nequeentes per hyems rigorem quemadmodum aestate exhalare, vel per exercitium, vel per assiduas lauationes excernunt ex natura robore excitati sub extrema hærent cuticula, in qua pruriuntq; inficiantque. Quare in principio haud ex vsu his erant balnea natura calida, quæ acres vapores, maximè in iuventa, vehementius possent incendere, & vt se penumero accidit, febres excitare. Mites ergo, ac potulenta, vt Nitroso, Aenea, Terreaque temperata purgantes, & que sudores eliciant peridores, in quarum numero Sancti Marini aquilæ per istatem eliguntur, Sancti Laurentij die scatetra eius nominis sub Fauentia, Borræ ad Santum Sanum in Senensi per caniculam, Succella sub Baijs, luncaria, & Petre, & sequentes alia in Puteolano, Mons Catinus, Nitrate in Alsatia, Grotta Viterbiæ, Ferina, Tigurina, Cellensisque in Germania, Tungrijs in Gallia, Ficuncella Sancti Cassiani, Sanctus Victor sub Fabriano, villa Lucae, Albulae, & his similes Porretanæ, aliæque. At si balnea à potionibus opus fuerint: ea vel ex ipsisdem temperatis fungo, vel in marinis lauato, vel ex herbis medicatis lauacro. Verum ubi serosis admodum excrementis redundare corpus coniicitur, lati papuli scatens, scabie crassa, purulenta, & que minùs mordeat, utilis quidem praecia earundem potatio & balneum. Vel certè diligens in primis penes artis prudentiam preparatio, hepate nimisrum exinanito per sanguinis missionem, ac serapijs exhibitis que sanguinem purificant, crassa, dissecent, tenentque. Ac postea crassioribus

Ad psorum.

superfluitatibus ex pharmaco eductis, reliquiæ per balnea ea' rifici at extinam cutim attrahendæ, vbi exiccentur, mundenturque. Inter hæc sunt quedam adeo propria ad cutaneas papulas, ut unica die, vel iteratis balneis viginti horarum p̄atio ea abs̄erget in totum, ac cutim reddant lenissimum.

Tale hic Romæ Stygianum balneum experimus calefactis aquis: quod ad viam Aureliam xxiiij. lapide extat Valde Sulphureum. Sulphuraria similiter ad Puteos, Ballicanum magis limpidum ad Viterbum. Deinde Raplanum sub Senis tribus diebus, quod longissimum tempus est, exiccans, Aponis, & item Casrolii, balneain Bohemia, Badenæ in Helvetijs, Mattiaca sub Magentia, Borsbonium in Gallia. Quæ balnea sequuntur Petriolum, Sancti Philippi balneum mitius, Reiffelæ, Sancta Maria in balneo, Asculum, & ex mistura cum ferro adstringens. Maceratum, Caldagna Sancti Cassiani, de Aquis, & Regina Pisarum, Villa Luce, Caldarianum Veronæ, in Aenaria, in Corsica, in Sicilia, in Hispania Ferratae. Et item Corsenum ex alumine, Paganellum ex alumine & Ferro, Leucense ex ære in Valesiis, Plumbeæ in Lotharingia, Aureæ ad Fabarim, consimiles multæ. Quo in censu habentur aliqua quām commoda balnea, in quibus vbi prænima copia, ac agitatione balnei, euocatus ad superficiem sanguis, aliqua euacuatione egeret: conniculis per certas corporis partes applicatis ac incisis (ut stupris artis est) expurgari poterit. Dummodo tamen id arbitrio ignari Cornicularijs non sit committendum; qui sanguinem quandoq; per sua cornicula exhauiunt vque ad animan. Baccus lib. 3. cap. 1. Idem lib. 4. cap. 10. Bal. Collatura in Puteolanis sunt admodum sulphuratae & calidæ aquæ: recipiuntur in balneis ad turpes inter cutim maculas mundandas, exsiccantis & discussoriæ facultatis. Rulandus: Cutis sordibus ac omnibus ritujs (qualia sunt exanthema-
ta, elefantiasis, scabies, pruritus, impetigo, vitiligo, abscessus, contuso, ambus-
tio, perniones, serpigo, tumores, ulcera, phagedænia, pustulae, alibi, squamæ, ex-
coriationes, lentigines, acrochordones, vel aliae infectiones ac fæditates) condu-
cunt thermæ penè omnes atque acidulæ. Item, Herpetem sanant Piperina &
Geberswirinæ. Contra morpheam conferant aquæ sulphureæ, Gebersweiler,
Vvolckenstein. Impetiginem sanant Cellenses, Brigenses, Badenses omnes, Hub-
benes, Leonstein, Bertringenses, Niderborn, Deinach, Antegast, Spigelberg,
Montebaur, Caroline, & aliae thermæ sulphuratae. Sperginem amouent Vvol-
ckenstein. Intertriginem curant Plumbariæ, Aquæ granenses. Mundificant
cutem corporis omnes thermae & aquæ dulces. Pruritum & scabiem curant os-
mnes thermae sulphuratae, aluminatae, salæ, nitroæ, ferratae, gypseæ, bituminosæ,
Badenses, Sylvestres, Cellenses, Balneum aquæ dulcis calidæ. Pustulas purgat Pliny & Genæ.
Ribbad. Squamoſe cuti proſunt Piperinae. Vitiliginem sanat omnes thermae &
aquæ sulphuratae, aluminatae & ceteræ. Scabies & pustulae in manibus pedibus
que puerorū frequenter ob inſtruim. cibis copiæ, à qua pituitosi humo-
ris congeries. H̄i quantitate plus, qualitate minus (ob id vix pruriginosæ sunt ex-
bis pustulae) in vitio exiſtentes, robore naturæ ad cutē extremarum partium pro-

Baln. Colla-
tuta ad ma-
culas.

Cutanei af-
fectus.

truduntur & inter cutem & epidermidis suppurantur: Potu aquæ Belilucanæ liberali primùm debellandæ, mox lauacro molliende, confodiendæ, extergendæ: denique aquâ bac aluminiis portione mixta pars corroboranda. Epidermidis crassities ob humorum vaporumque excrementiorum, spiritus aditu prohibentium & ad cutem (totius corporis emunctiorum chirurgis dictum) depositorum quietitatem, ad quam sequitur insensibilitas in plerisque partibus, ut etiam in elephatis.

*Araudytia
ob cutem
spissiorem.*

Clanus..

Verrueæ..

*Scissura
num &
pedum..*

Perniones:

Hæc epidermidis crassities frequentem in aqua Belilucana lotionem desiderat: post confricationem lapide illo poroso, exucco, strigo (lævigate tamen ante) qui frequens in gutturnum balnei eructatur: demum reliqua post disfiltrationem affecte sedi inspergantur more sinapis cum aqua thermarum. Hæc tamdiu iterentur donec exactior sensus per illam diagnoscatur. Clanus sub pede vel supra pedis digitum ex contumaci & crassa pituita, mixta melancholici succi portione frequenter sit: qui multa aqua thermarum Belilucanarum rigandus, cæno oblinendus & mitulo crudo vel ostrea ex stagno vicino de prompta obtegedus: Id fiat ter in die continuo triduo, Dortom. Andernacus: Aquæ aeratae non longè ab Überlingen ter adhibitæ verrucas tollunt. Rulandus, Acrochordonas curat Hubbod, Zuckenthal, Villacenses in Norico participes gypsi, plumbi, sulphuris. Baccius lib. 3. cap. 1. Poros qui & pedibus & manibus occallefcunt extere per Marinæ vel salitæ alicuius aquæ fomenta oportet. Ac fumum maris præcateris ad id efficax est, vel acres aliqua, quales ex æruginibus ex chalcitide, ex sorse, vel consimili alio præparatae: alioquin modica in balneis efficacia est. Scissure manibus pedibusque accidentiæ ob frigus externum: quæ solo vsu lauaci incalescunt, deterguntur ab intemperie & soluta continuitate vindicantur, maximè si Nicotianæ folia ijs imponantur post thermarum usum, Dortom. Unguum scissuris, scabritiæ, excoriationibusque prosumt Carolina, Vvolckenstein. Ruland. De scissuris plura vide capite de lue Venerea. Perniones, calcaneum præcipue infestantes ex frigore multo plerunque existunt: qui post tridui balneum, solo busius limo persanantur, maximè si cum crassamento olei veteris misceatur, pluribusque diebus calcaneo obducatur, Dortom. Rulandus: Contra pedum tumores, perniones & morbos frigidos conducunt Badenses Hélvetiæ, Vvaldsborn, aqua imbuta bitumine, Heylborn, acidula satis sulphuris ac ferri particeps, Vvolckenstein, Annæbergenses.

Adambusta.

C A P . L X X I I .

ADAMBUSTA prosumt Vvisbad, Vvolckensteinenses, Überlingenses, Annæbergenses, Rulandus. Non dubito nostras aquas & que utiles ad ambusta atque illas. Quare si ambustionem quis apud illas patiatur, subito litum ex pulueri lapidis scissilis & pyritæ applicet loco: si ulcerata sit, aspergatur puluis: si cicatrices, vtatur solo balneo & fotu. Ambrosius Paræus in chirurgia sua magni facit cœpas crudas addito etiam sale: priusquam adsint vesice aut ulceratio, de-

quibus Fernelius in methodo Med. Cæpæ cum sale cōtusæ ambustæ parti impo-
sitæ miraculo persanant. Oleum quoque sale addito idem efficit. Caueant ægri
ab aqua erodente calcis, cuius nocumentum insigne aliquando vidi. Vnguentum
de calce lota non improbo ulceratis partibus ambustis inducendum.

Ad vulnera.

C A P. LXXIII.

Vulneribus autem recentibus perraro à balneis reme lia quævere contingit, que tamen ubi non adeo facilis est alterius auxilij copia, in totum persa-
nant, si condecenter tractentur, mundando, extergendo, fluxionem probi-
bendo, siccando, vniendo, solidando. Nam certior inuerteratis cura per balneum
fit, ut quæ in ulceribus prodita habentur, Ficuncella, Sancti Caſianialia, Por-
retana, Albulae, Ferrata, Aurata, & Plumbæ, quæ & cicatricem abolēt. Quippe
nisi vulnus in nervosis illatum sit, recentibus incommoda est calida quæcumque
aqua, ad fluxum concitandi periculio: sicuti è diuerso vinum, & maximè rubrū,
adstringensque commodiſimum perhibetur. Vulneratis autem, aut punctis ner-
uis, in folium temperatarum descendere, vel in falfas prodest, & item in oleum,
vel in Hydrelæum, nempe que conuulsioni opponuntur. Armis vero infixis, &
qui rel. n. qui solent ex archibus, balistisque globulis in vulnera, conferunt ad ex-
trahendum occulta à magnete proprietate quædam balnea. Quorum præcipua ad
Bæas, Solis, & Lunæ, Imperatoris, atque Episcopi cognomento dicta. Sanctus
Georgius ad Sanctum Caſianum oppidum, cum illutamento ad hunc vsum.
Hæc Baccius, qui in eadem sententiam plura scribit. Inter multas autem aquas,
que iuxta Auernum lacum nascentur, singularis utilitatis sanctæ Crucis bal-
neum perhibetur. Potissimum, quod contractiones omnes, etiam ex vulnera, ner-
uis, aut iuncturis obliteris mirificè iuuat, ob quam proprietatem ad pedum ac
manuum vulnera, & contractiones, quas sanat artuum, nomen ac insignia obti-
net sanctæ Crucis. Viscerum insuper, ac ventris inflationes, duritas vteri, actes
sticulorum tumores inhibet, podagras sanat, omnium tandem valde sulphureaz-
rum veilitates præstat. Idem, In Senensi autem agro, ad Vicum montis Alati,
baud longè à balneis Rapolani, quædam scatet cœnoſa aqua sulphurea, cuius lu-
tum in nervorum contractionibus, concisisque ex vulnera ligamentis utile re-
cipitur. Id experientia primùm cognitum, bobus illic innatibus, quibus ex
vomere pedes (vt accidit) vulnerati, mirè sanabantur. Aqua vero iſſa crassa ac
turbulenta in pingui ſtabie adhibetur, & item ad crurum crassitatem extenuan-
dam, nunc demum recognita: Andernacus: Aquæ calide Embſenses sulphure, az
lumine, calchantho, & modico nitro infestæ in balneis nervos & articulos ius-
uant, ſpicula, ſclopos, aliaq; diu corpori infixæ extrahunt, veteraque vleera & ab-
ſcessus frigidos, ſi non bene curati fuerint, rursus aperiunt & purgant & cicat-
rice obducunt. Rulandus, Vulnera omnia etiam male sanata curant aquæ alu-
minis, cupri: Item Piperinæ, Cellenses, Neubrun, Valdsborn, Vresterbad, Leu-

Ad vulnera
recetia tard
balnea ad-
hibentur.
Possunt ea
tamen fa-
nare.

Calida aqua
omni vul-
neri, præter-
quam ner-
vorum ini-
mica.

Bal q[uo]rtu-
dam occul-
ta proprie-
tas ad glo-
bulos, ſpi-
cula &c. ex-
trahenda.

S. Crucis
baln. ad cō-
tractions
è vulnere.

Lutum aq.
Rapolani
baln. vicinæ
ad nervorū
vulnera.

Soliū è Bol-
lenibus ad-
victa vul-
nus secuta. censes, Spigelberg, Teplice, Embenses. Probo si vulneribus recentibus applicen-
tur sèpius linteā malefacta aquâ frigida, potissimum si nulla adsit contusio, vel
nerosae sint partes, quæ aquæ frigiditatem non facile ferant. Balneum mihi
placet in ulceribus & reliquijs à vulneribus, vbi ossium fragmenta & extranea.
Velim autem in exitu balnei sacculo exceptum parti affectæ applicari puluerem
gagatæ siue succini nigri.

Ad contusa, fracta, luxata, sanguinem concretum.

C A P . L X X I I I I .

Ad contusa. **C**ontusa vero membra marina vel salsa, ac mediocriter calide alicuius fo-
menta in staurant, liuores abolent, neruos debilitatos confirmant. Luxatis
verò ossibus, aut ex percussione vel casâ fractis, aut balnea adhibenda, aut
ex alto in locum consperso, aut certè illutarentur. Nisi quia fracturæ ossium
validioribus opus habent astritoris quam luxata, quæ oportet quantocuyus per
fomenta anodyna emolliri, calidis nimirum temperatis, vel bituminosis, vel sa-
litis, vel arte comparatis, idque reponere ac per aliquot dies sinere, deinde cantè
in balneum aëli temperatum, hypticæque facultatis mittere. Nec secus fra-
Balneorum
elēctus ad
osia fracta
& luxata. cturæ trattandæ. Faciant ergo ferratae præ ceteris, ut sub Senas, Aujinio, Caldane,
S. Cassianus, Villa sub Luca, de Aquis, & Caldane sub Pisæ, Buffetum Vi-
terby, & ibi Serapidi nuncupatum balneum, Ferrugineæ in Aenaria aquæ, Ae-
leria in Corsica, Fabariensia ex auro balnea in Rhetijs, Plumbea in Lotharin-
gis, que & cariosa ossium ulcera sanant. Ex minio item in staurant, Albulæ alu-
minata, Porretana luto etiam & conspersione vitiles, & similiter S. Martini
balneum sub Como ad confinia Rhetiæ, lutum M. Orthoni, lutum sub Brixia
& lacus Padononis, aquæ in Faliscis vbi balneolum dicitur. Hæc Baccius lib. 3.
Balm. Sabb. cap. i. Idem lib. 4. cap. 10. Balnea Sabbatina ad Vicarellum, qualitate non adeo
aci ut Stigiana pro admissione cum sulphure minerali alicuius temperaturæ &
maxime ferri. Quæ res ex operationibus planè apparet: modice astringunt, lus-
zata firmant, rupta ossa in staurant flores coibent. Ad contractions insuper
neruorum etiam ex vulneri, ac collisâ ob quamcumque causam membra, utiliter
adhibentur. Cum malis alijs venis mineralium aquarum, & acidulæ sapore

Aq. de Buff. quorundam conueniant. Andernacus: Aquæ de Buffetis in ditione Viterby sul-
phureæ & ferratae in ueterato colo dolori, luxatis & fractis idoneæ tum in potu
Leucenses. tum in balneis. Idem: Aquæ calide Lencenses apud Valesios ære copioso & sul-
phure infestæ, ossa fracta conglutinant: nerofis partibus ex labore defatigatis
laſſisque auxiliantur: nec non podagram abigunt. Walterus Riuinus: Balneum

Ellebogen. Contata
Infixa. Fractua of-
ficiu. Ellenbogen in Bohemia constat sulphure & alumine: A fractura balneum eius
reborat callum. Rulandus: Contusis membris profundit Bruges, Aquifranzen-
ses, Plumbariae, Niderborn, Antegast, Annæbergenses, Teplice, extrahunt in-
fixa corpori Embenses aquæ. Fracturam ossium reparant & curant thermæ

cupree, ferreæ, salsa, Leucenses. Ad ossa contusa faciunt Ribbad, Leuckerbad, Piperinae. Sanguinem coagulatum ex percusione dissoluunt educuntque aquæ ^{Sanguis co-}
Piperinae, Abecis calidæ imbutæ sulphure, alumine, ac nitro, Vendingenæ ^{gulatus.}
que frigidæ sulphuris, aluminis utriusque participes, & aquæ salsa. Si quis ex
Grübling in Bol & Wälde, altiora quam Pfaffengrūblin (de quibus mox : Altitudinis ferè quatuor digitorū, eiusdemq; penè crassitudinis. Alba cum virore ac luteis veluti oblongis maculis: Pediculi breues. Idem pomum eodem nomine naētus sum in Zell, vbi dicebatur dulce & diu durare : Magis tamen albicantia, aliqua etiam aspera viridiaq; vt præcedentia. Quo fit vt non tam nominis quā formæ varietate moti duas & figuræ & descriptiones desmus Pfaffengrūbling ex Wälde: pulchra, tres digitos alta, ultra quatuor lata. Colore albo cum luteo pallescenti, pediculo perbreui tenuiq;, durabile. Aiunt vocari etiam Lederfüssling. Accepi nomine Schmelsling Oct. 20. in Kirchen carne dulci solidiore. Hospes errorem ait esse in nomine, & ipsummet esse Grübling, quo nomine delatū Mompelgardū. Medio Maio adhuc dicitur ab sapore dulci aliquatenus vinoso. Etiam Pfaffengrūblin ad idem usque tempus perdurauit.




Schmels-




Schmelsling / quasi dicas facilè liquefcentia poma,
fortè quòd ob carnis teneri tudinem in ore facile difflu-
ant, ex Bol & Wälde, magna sunt satis, non nihil elata, me-
diocriter angulosa, ex albo & luteo pallida, palmum ferè
alta, crassitudine pari. Pediculus non ita breuis. Ali-
quamdiu dicuntur durare. Sept. 20. gustata dulcia qui-
dem, sed non ita grata carne tenera, alba. Eiusdem gene-
ris pomum datum est etiam in Zell nomine Kläppferling
velutiflora : aiebant dulce esse ac durabile (& certè
dulce erat) & ex iis interdum valde magna inueniri, ma-
iora iis quæ dabant. In Kirchen verò vrbe dicebant vocari
Ledersüsslin / alias **Kernäpfsel** à sonatibus granis, & durare
ad quadragesimam. Audio vocari etiam **Breitsüssling** / à
latitudine ita vt sint synonyma vnius pomi. Varietas hæc
nominum & aliqua etiam formæ mouit vt duas depingi
curarim, ac vt sequitur denuò descripserim. **Kernäpfsel**
dictum pomum ab vrbe **Kirchen** / vbi dicuntur durare usque


ad Martium. In Bol vocant Breitsüßling äppfel/ habentur etiam in Wälde. Magna sunt poma, lata, depressa, tres digitos aut tres & semissem alta, crassa quinque & semis, pediculo breui, non nihil angulosa, ex pallore luteo albiantia.

Sept. 20. gustata, sapore dulcia fuerūt, grata, tenera. Qui-dam vocant Süßfläpfßerling/ sub Octobris finem modò dicti saporis adhuc fuisse depræhendi. Delatum Mompelgardum ad finem Ianuar. nondum putridum: degustatum carne erat tenera, dulci. Klepfferling nomine datum in Zell, Mompelgardum aduectum ad Febr. medium durauit, carne dulci.






Weinäpfel/ poma vinosa in Bol & Wälde. Quibusdam *Seisling*. Poma sunt ad quatuor digitos elata, totidem crassa, vna parte albida, altera rubente. Sept. principio nondum matura satis, ideoq; esui minus apta : succotamen vinoſo : Ad Aprilem durare audio. Gustata Sept. fine, sapore acido grato vt & demum Nou. 23. Idem & in Zell habetur. Mompelgardum delata 12. Febr. integra. Adhuc etiam medio Maio sequentis anni.




Biechen brunner in Bol & Wälde/quibusdam Krenß-
ling/magna poma , ex albo luteola cū paucissimo rubore
ab vna parte: Vncias tres & semissim alta, ventricosa qua-
tuor vncias crassa,pediculo breui. Durant ad Ianuarium.
Sept. 20. gustata,carne sublutea acidula atque eduli. Ob-
latum etiam in Zell sub eodem nomine eiusdem saporis
testimonia dēdere. Mompelgardum delatum, Februario
ad exitum properante incorruptum erat : demum certè
etiam Maij medio.




Weinling/vinosum : famulus meus attulit ex Blen-
spach/elegans & magnum, quinq; digitorum altitudinē
excedens,crassitudine pari,angulosum,albūm : Pediculo
breui : Sept. 20. erat maturum,carne candida tenera
sub

sub acida, etiam ad Oct. 14. usque: semina tamen quæ in erant casia & medulla vacua.




Scheiblingäpfel, quasi rotunda poma, ex Wälde/pulchra mediocriter magna ex albo luteola, quatuor digitos alta, totidem crassa, pediculo non ita breui. Gustanti 20. Sept. carne tenera, alba, dulci. Aiunt prouenire etiam in Bol & durare usq; ad Ianuarium. Mompelgardum ex hoc genere delatum pomum in medium usq; Febr. durarat.

Ulmer




Ulmer pfälling/in Wälde,elegans pomum longiusculum trium digitorum & semis, non nihil turbinatum crassitudine trium digitorum, colore albo ferè, ex altera parte rubello:pediculo crasso & breui. Aliunt diu durare. Delatum Mompelgardum integrum Febr.




Lindner


Lincker Appfel in Bol & Wälde, pomum satis simile
 Hüttschapf sel dicto. Eadem enim forma ferè colorq;, sed
 minora, altitudine quatuor ferè digitorum, crassitudine
 eadem. In colore tamen hoc discriminis animaduerto:
 qui licet sit ex albo subluteus & virescens, multa tamen
 habet puncta candida. Quædam etiam aliquid ruboris
 habent diffusi. Pediculus quidem breuis est, sed crassior:
 videntur etiam paulò angustiora. Aiunt durare vsque ad
 ver, interdum etiam usque ad æstatem. Sept. 19. nondum
 erat esui apta, carne dura, sapore vinoſo austero, luteola.
 Talia adhuc erat Octob. Mompelgardum delatum inte-
 grum Febr. & Maij medio.



Hüttlins äppsel / quod pileum turbinata forma referant, in Bol & Walde, quibusdā *Lauchsäppsel* / poma lōga digitos ferē quinque, quatuor lata, basi latiore, in angustū fastigium exeunte, pediculis breuibus crassis. Diu durant vſq; ad Febr. vt aiunt. Sept. 18. nondū erant esui apta: sapor vinosus. Color ex albo subluteus & virescens. Quædam etiam aliquid ruboris habent versū basim. In Bell sub nomine *Winteräppsel* hyemalia poma, dedere. Audio etiā vocari *Spizäppsel*. Octob. 25. gustatum carne adhuc erat dura, sapore acido, nondū esui apta. Quod Stutgardiaæ *Namwer* vocari audiui, idem cum isto esse iudico, idque delatum Mompelg. & gustatum Decemb. 13. carne dura, acida alba. *Hüttlinsäppsel* autem integrum erat etiamnum medio Februar. carne duriuscula, subacidula, vinosa. Ad medium Maij esui gratum cum aliqua aciditate.





Weißling ex Wälden / pomum album , ex luteo palefescens, cum punctis planè lacteis, parte vna turbinatum, altera sessile, satis magnum : longitudine trium digitorū & semis, crassitudine eadem. Diu durare aiunt. Eiusdem generis aliud nactus sum ex Zell/ sed isto multo maius , & supra quinque digitos altum , quinq; crassum , in cæteris simile: acidum dicunt. Audio idem prouenire in Bol. Bonum adhuc & sapidum Mompelgardi 10. Febr.



¶ Ulmer äpfel/ Ulmensia poma, in Bol vnicum habui lō,
gitudinis quinq; digitorum, ex luteo subalbidū, vna parte
striae aliquas rubentes habet : eadem latitudo quæ lon-
gitudo: pediculus longiusculus crassus. Pomum contor-
tum & bipartitum nescio an cætera talia.









Bachäpfel: in Zell. Cuius generis data mihi duo maxima, quorum altitudo excedit sex digitos crassitudo peruenit ad septem, color vuniformis ex albo subluteus, rarissimis lacteis maculis respersis. Aliunt multò etiam maiora reperiri, esse subacida, diu durare. Alterum ex ipsis magis turbinatum & angulosum, minus crassum: pediculo non ita brevi Bachäpfel nomine cum præcedenti datum in Zell, pomum paulò minus, candidiore colore, non ita angulosum. Hospes meus in Bol peritus in discernendis fructibus noluit diuersum dicere: dicens in Wyl vrbe prouenire genus pomi quod vocant Gälbling (quasi luteola dicas) se suspicari hoc pomum idem. Sept. 20. degustanti

gustanti caro non omnino candida, sed ferè sublutea, diuiscula, sapore non admodum acido, grato. Vnicū accepi pomum, cuius pediculus erat satis breuis. Sept. 30. degustato vtroq; iam descripto, manifestè deprehendo verum esse quod hospes monuerat, non differre: sed esse tātum formæ aliquam varietatem & leuem. Tres subiectæ figuræ vnius sunt & eiusdem speciei: licet non parua diuersitas inter duo appareat vti dictum. Huius generis pulchrum & insignis magnitudinis Mompelgardum delatum ad medium Maij integrum erat.




Pulchrum pomum, magnum, dictum roht Bachäpfel:
variegatum, magna ex parte rubrum variis intercursan-
tibus

tibus striis. Sed & albedinis luteolo commixtae sat habet. Altū quatuor digitos, latum ferè quinq; : vmbilicus profundus, pediculus breuis : nonnihil quoque angulosum est. Mompelgardum delatū integrum Decembri. Aiunt in Bol ad quadragesimam durare.




Meyling Apffel in Bol: turbinatum vt Hütslinshäpfel:
basi tamen latiore, magis etiam rubens, angulosum, non
vniforme vt præcedens : altitudo quatuor digitorum,
crassities maior: dulcia gustu vt aiunt. Delatum Mompel-
gardum incorruptum erat exeunte Februario.

Rohter




Nohter Weitling Appfel ex Aruising & Wälde : vnde
 etiam habui sub nomine Tauricher his valde similia. Hæc
 tamen illis maiora, sessilia quædam rubra, non ita striata:
 Partes quædam albæ ex luteolo , mixto sparsim rubore.
 Sed & in eo apparet differentia quod multa puncta ha-
 beant alba. Pediculi non admodum crassi nec breues. Al-
 terum quod oblatum fuit, altitudinis erat quatuor digi-
 torum, crassitudinis sex : alterum quinq; , totidemq; cras-
 sum. Sept. 17. incipiebant putrescere. Caro non ita can-
 dida, tenera tamen, acida, grata. Tauricū tamen sapore vi-
 debatur gratius. Fugax est pomum. Multa poma mihi al-

Iata sunt ex Grubingen/quorum nomina quia non adnotauit & ipsa quoq; omissa sunt.




Magnum pomum, elegans rubrum: oblatum in Kirchen nomine Gross Paris Appfel mense Octobri. Hospes idem iudicat cum praecedenti. Altum est quinq; fere digitos, crassitudine haud minore. Non caret etiam colore luteolo intercursantibus striis rubris & punctis albis. Pediculus breuis, cato tenera acida vinosa. Bonum adhuc Octob. 17. Eiconem exhibeo propter formam à superiore diuersam.

Schem:




Schemapfel ex Blienbach. Poma superiori rotter
Weitling apprimè similia. Altitudine ferè quatuor digi-
torum, latitudine maiora. Color ruber, sed minor quam
in iis. Quædam etiam alba tantum, quædam mixta. Pun-
cta alba nulla. Pediculi breuissimi. Sept. 20. Caro dura sa-
tis, nec dum perfectè matura, saporis acidi: nonnihil an-
gulosa. Decemb. 13. pomum delatum Mompelgardum ex
Walden nomine Schmetler Laurich / carne erat alba,
duriuscula, vinoso gratoq; sapore.




Sommer Taurich: Pulchrum, magnum, rubens val-
 dè, allatum Vracho Sept. 7. Quinq; digitos altum : cras-
 sum quinq; & semis. Striata rubedine luteo alboreq; per-
 mixta. Caro alba tenera subacida, sapore vinoſo, grato.
 Haud durabilia esse perhibent ideoq; æſtiua vocat. Nam
 vel Sept. 19. iam quædam putrefcebant. Eadem sub eo-
 dem nomine vidi in Bol, Kirchen & in Walden. Verum
 hæc licet minus rubra, striata tamen erant magis. Puto ru-
 borem & strias à sole fieri, prout magis aprico sunt expo-
 sita, quod & rustici obſeruatione quotidiana affeuerant.
 Etenim Sept. sine eodem allata ex Blienspach/ non rubra
 erant vt vrachiana, sed multa albedine perfusa. In Zell
 Sept. 12. iam transferant. Vnum tamen in Octobrem vſq;
 integrum perſtitit.

Win-




Winter Tauricher in Bol & Wälde / pulchrum magnumq; pomum, simile Sommer Tauricher: quædam rubra valde, alicubi alba, sublutea, striata: quædam minus rubra, diuersæ magnitudinis. In genere tamē omnia prædictis videntur minus sessilia, & paulò magis angulosa. Pediculi etiam videntur longiores. Aiunt durare usque ad Aprilem. Sept. 19. nondum erat esui apta, sed carne dura, sapore tamen acido nō ingrato. Nactus sum etiam eodem nomine ex Bell, insigniter una parte rubens, turbinatum. Perhibent diu durare & acido esse sapore. Octo. 25. gustu erant acida nec dum esui prorsus apta, carne solidaluteola. Mompelgardum delata 12. Febr. nulla adhuc putredine inquinata, saporis iucundi, vinosi Maij demū medio.




Weiß Zürich äppfel/album Tigurinum pomum. Oblatum in Zell hoc nomine, Magnum est, sex digitos altum, totidemque crassum, angulosum, nonnihil turbinatum: colore ferè luteo, veluti striis aut guttis nonnihil rubentibus donatum. Audio etiam inueniri in Bol, & vocari Groß Züricher. Accedit ad Winter Tauricher, sed non rubet. Mompelgardum delatum, in Ianuarij finem duravit, carne friabili, tenera, dulcacida.

Züricher




Züricher äppfel/Pomum Tigurinum, ex Bol & Wäl-
den : Pomum satis magnum, ex albo subluteum, paucis
striae, non multū angulosum, quatuor vncias altū, totidem
erassum. Pediculo breui crasto. Aiunt durare ad Aprilem.
Sub Sept. finem nondum esui erant apta, sed carne dura,
acida. Eadem poma eodem nomine vidi in Kirchen/vbi
aiunt frixa perquam esse iucunda. Mompelgardum dela-
ta Febr. medio acidula, grata.

Grün-




Grānling áppfel pulchrum pomum nonnihil angulosum, multis striis & punctis rubēs: albet parte superiori: inferiori ad pediculum breuem valdē rubet: & in rubro colore striæ saturatores. Altitudo pomi quatuor ferē digitorum, crassitudo paulò maior. Sunt etiam minora, & vti perhibent, durabilia. Delatum Mompelgardum ex eunte Maio nihil vitij pénitus contraxerat.

Hārtling



Hårtling äppfel/ quasi dnriuscula dicas. Pomum aliquatenus simile Steinling. Strias quasdam habet sed dissimiles. Rubor etiam diuersus: punctis notatum, pediculo breuiori, crasso satis. Angulosum est, tres digitos altum, crassum quatuor, durabile vti aiunt. Suspicor idem genus mihi oblatum in Wålde sub nomine Weibrecheren/ quod ad mensem Aprilem durare aiunt. Idem pomum datum in Zell nomine Wattishäppfel/ acidum quoq; & durabile: in rubore puncta conspicuntur. Decemb. 12. cum iam putredinis nota adesset duram tamen carnem, albam acidamque deprehendi. Durauit tamen ad Maij medium usque.




Kötting quasi Rubellum in Walden. Pulchellum pomum mediocri magnitudine, cuius altitudo excedit parum tres digitos, crassitudo ferè quatuor. Superior pars valde rubet. Inferior hinc inde albicat cum pulchris striis & veluti guttis rubris. Pediculus breuis, crassus. Vnicum habui, quod non nihil erat angulosum. Aiunt durare diu, etiam usque ad tempus Quadrage simale. Datum mihi in Zelle eodem nomine pomum, sed maius, quatuor digitos altum, crassitudine eadem: Color idem, nisi quod nō tantum rubet: pediculo paulo longiori. Hic tamen prius exhibemus. Quædam etiam ex iis quæ in Zell nactus sum, minora sunt. In Kirchen vrbe vidi eadem poma ni fallor nomine Zeitsling, nisi fortè sint Greimling/ quibus apprimè similia videntur, nec discrimen ullum manifestum deprehendere licuit. Zeitsling Mompelgardum delatum
dura-

durauit vsque ad finem Februa. carne tenera, saporis sub-
acidi valde grati.




Bachäppel / quasi fricationi opportunum aptumque,
ex Bol. Simillimum Stramling dicto. Duo habui quo-
rum alterum quatuor ferè vncias altum, crassum totidē:
alterum depresso ad tres tantum vncias, quatuor ferè
crassum; Parte altera rubet cum striis item saturatius
rubentibus: altera sublutea est, intercursantibus quoque
striis rubentibus. Durum est pomum, pediculi crassi ad-
modum & breuis. Mompelgardum delatum, integrum
Febr. quo tempore gustanti carne erat dura, acida, grata.




Feinsterling in Zell. Durabile pomum vt aiunt, mediocre, altum digitos quatuor, crassum totidem : Vna parte rubet intercursantibus striis magis rubentibus : cætera luteum, pediculo est satis breui. Admodum simile est hoc pomo **Bachäppfel** dicto, quod & strias rubras habet. Sed hospes meus in discernendis fructibus solers diuersum ait. Mompelgardum delatum, integrum ad Februarium vsque putredinem non sensit.


Habz




Haszlöcher in Bol Wälde & Zell. Pulchra, multumque rubentia, striata: intercursantibus nonnullis partibus subluteis & virescentibus. Multum habent similitudinis cum Röttling & cum Bachäpfel striatis & cum Streimling. Horum quædam sunt altitudinis trium digitorum, eiusdem crassitudinis, pediculo longo: acida, durabilia. Variant inter se. Alia virescunt sine multo rubore: alia parua pediculis ipso ferè pomo longioribus. Virore quidam distinguunt à Röttling. Sept. 20. nondum edulia, carne alba duraque, acida valdè. Circa pascha primum maturantur, esuique fiunt apta: Mompelgardum delata Febr. mense Maio integra adhuc & abundè grata.




Röttling/Rubellum. Seruus meus attulit ex Bliesen
spach. Totum ferè rubrum; tres digitos altum, crassum
tres & semis:parum angulosum,pediculo tenui,satis lon-
go. Medio Martio integrum saporis gratis subacidi.






Leyeräppfel in Bol & Wålde. Poma satis magna, aliquatenus accedunt ad **Häfloch**, rubore multo perfusa, per quem veluti striæ guttæue magis rubentes discurrent: In una etiam parte ex luteo virescunt. Pediculus tenuis, longus. Horum quæ habui maximum tres vncias altum, crassum ferè quatuor. Variant multum, quædam magis rubra, quædam magis lutea. Alia magis striata, alia minus. Diu durare dicuntur. Caro alba, dulcis, grata, Sept. 20. nondum tamen edulis. Mompelgardum delatum Maij medio integrum.

Troß




Heinnings áppfel in Bol: Mediocre pomum, latiusculū,
altitudinis trium digitorum, semuncia latius, nō nihil tur-
binatum altera parte, sessile : colore ex albo luteolo sub-
uirente, vna parte cum striis nō nihil rubentibus. Aug. 26.
nondum maturum: colligi tamen posset & reponi. Bona
sunt circa ferias Natalitias, durātq; vsq; ad quadragesimā.
Mompelgardum delatum, integrū medio Maio, acidulū.




Say


Trostling äpfel in Boll. Hospes meus se solum habere dicit hoc pomi genus. Durare usque ad Aprilem. Medio-cre pomum, sessile inferna parte, superiore turbinatum, tres digitos altum, dimidio digito crassius. Maxima parte rubet interie etis multis striis: reliqua pallida subluteaue: pediculo satis longo. Vnicum delatum Mompelgardum Febr. 12. durauit.



Sayäpfel satiuum pomum, quibusdā vt audio Kern-äpfel/quasi granata poma, quod ex granis & semine proueniat, pomum pulchellum, tres digitos altum, crassum totidem: vna parte album, altera rubellum, cum maculis rubentibus vt in conchis venereis quibusdam: pediculo breui, crasso. Idem pomum Stutgardiæ ni fallor habui sub nomine Weifling/ sed maius, altitudine triuim digitorum & semis, maculis pulchrioribus. Vtrumque Mompelg. translatum integrum Nouemb. fine. Stutgardianum ad medium Maij usque durauit, carne valde candida, ex dulci subacidula, vinosa.






Jüvenschwenken / ex Boll, haud magna poma, acida, durabilia ad oporan usque: tres ferè digitos alta, & paulò crassiora, colore virescente cum luteolo, subinde striis & veluti guttis rubentibus, pediculo sesquiunciam longo, sapore acido.




Langstyler / quasi longo pediculo pomum ex Zell: durabile: prædicto haud multum absimile: differre tamē videtur diligētius cōferenti. Neq; enim tam viride est hoc, paulòq; rotundius, & per alboluteum strias habet intercūfantes ad hęc angulosum est: Pediculum vnciam longū habens, & in umbilico cauitatē profundiorem. Grus

Grüninger äppfel in Boll,
quasi viride pomum. Tres
ferè digitos altum toti-
demque crassum. Color
virescens cum punctis al-
bis: Angulosum est, pedi-
culo vnciali, acidum. Ad
medium Maium integrū.






Härtsling nomine oblata poma in Wälde / quasi dura-
bilia vel prædura : Et sanè ad duos durare perhibent an-
nos. Altera parte rubent, striata: altera sublutea, pediculo
longiusculo ad vnciam vnam. Idem pomum ididem da-
tum nomine Schalhärtsling / quasi corticis instar durum
dicas, æquè magnum atque prius, & paulò etiam maius,
concolor. Dicunt durare ad triennium. Ex Blienspach
attulit seruus meus simile pomum nomine Schäläpfel/
quasi testaceum dicas, sed maius. Delatum Montbelgar-
dum, Maij medio carne dura, ex dulci acida.



Bretz




Breithärtling, quibusdam etiam Noht härtling / ex
Wälde, pulchellū haud magnū pomū : durabile ut aiunt:
fessile: duos digitos altum & semis, crassum tres. Colore
vna parte subluteo, altera rubente, ytrinque dispersis ma-
culis albis seu lacteis quibusdam veluti punctis : Pedic-
culo satis longo. In Zell idem obseruauit intensius ru-
bens, dura admodum carne, esuique nondum apta. Sept.
zo. acida, alba. Naetus sum etiam ex Zell valdē ru-
bentia, minora. Perhibent durare ad
oporan usque.

P Y R O R V M G E N E R A
O B S E R V A T A
anno 1596.

In Boll ad Balneum & Fontem Admirabilem.


ADhuc fuerunt nature opes in pomorum multiplicibus dif-
ferentij propositae, quas unicus ager Bollensis aut vicinia
abunde suppeditat. Nam pleniūs alio opere thesauros istos un-
decung^z terrarum congestos prodemus. Quid verò, quæ in se-
cundas etiam mēnsas veniunt, Pyra? nec ea dēsignantur Fonti
nostro contermini paradisi, non solum numero & varietate,
sed & honestate magnitudineq^z, cum optimis maximisq^z certan-
tia. Ea igitur secundum ducent agmen.

Pyri autem eiconem viresq; vid. apud Matth, in Diosc,
lib. I. cap. 132.



Primo nobis in agro Bollenſi occurruunt
Königsbyren/Regia pyra, fortè à gustus gratia, parua,
globosa ferè, ex viridi rubentia, punctis notata, duos di-
gitos alta, totidem crassa: pediculo fatis longo, Sept. 17.
nondum erant matura, sed dura valdè lapidosa. Intra octo
dies maturescunt, & breui mollescūt. Oct. 25. adhuc bona
& sapi-

& sapida, sed Non emb. 26. mollescere & fracida esse in-
cipiebant.




Engelsbyren in Boll,
parua, sessilia, crassiora
quam longiora : digitos
enim duos latitudine ex-
cedunt: color obscurus,
pallidus. Habent etiam
quid inæqualitatis, pedi-
culus digitū longus. Mol-
lescunt facile, nec diu du-
rant. Gustu sunt sapido.
Medio Sept. adhuc inte-
gra.




Reiffa-

Reiffacher quasi Brumalia , quod non prius maturescant, In Boll. Minus sunt præcedentibus sessilia, rotundiora quoque, lutea, alicubi rubentia cum punctis & asperitate quadam ad tactum , pediculo vix vnciam longo. Durare aiunt usque ad Ianuarium. Medio Sept. gustu valde aspero depræhendi, intus lapidea. Sunt quædam piæteturā maiora subrotunda, In Wälde & in Zell, & in Bliesen spach etiam maxima obseruaui, ad tres vncias alta, totidem crassa. Oct. 14. sapida & quæ cruda edi possent. Existimo hoc pyrum in Reinfelden mihi denominatum Stafselbyren/magnum erat, cui sua constitit integritas Decemb. 10. Mollius redditum & Ianuar. fine adhuc integrum.



Bohemisch Bohemica pyra, in Boll parua, turbinata
vna

vna parte sessili: longa duos digitos, ventricosa, crassiora quam longiora, luteola & albicantia, punctis notata; pediculo duorum ferè longo digitorum. Matura fine Augusti, Sept. medio fracida, dulcia, sapida, odorata, etiam sine seminibus. Deinde etiam Sept. fine reperta adhuc in Walsde incipiebant mollescere, sapore aromatico.




Grechbyren/quasi decerpta dicas: Parua, ex luteo nitida & altera parte rubore multo perfusa. Ab vna parte sessilia, ab altera turbinata. Tres digitos alta ferè, totidemque crassa ventricosa, Pediculi sescunciam longi, Pyra hæc diu durant. Sept. 17. licet semina nigra, carne tamen dura validè, sicca, sapore aspero, grato tamen. Oct. 17. data in Boll lutea iam erant, sed cocta licet, lapidosa. Mompelgardum delata Decemb. medio fracida, bona.





*Lederbyren/Coriacea pyra in Boll, haud durabilia, nec
admodum grata nisi sint mollia. Facilè autem mollescūt.
Parua sunt, turbinata, ferè sessilia, tres digitos longa, totidem
crassa. Luteavna parte, ab altera rubent. 18. Sept. gu-
stata mollescebant, austera tamen cum aliqua dulcedine
vtcunque grata, granulosa. Montbelgardum delata ad
finem Nouemb. integra.*

Leymar



Leywarnebyren in
Boll : Figura ferè sunt
ouali : superna tamen
parte magis turbinata.
Lòga quatuor digitos
ferè, ventricosa, tres la-
ta, lutea, carne satis so-
lida, grata, dulci. Sept.
17. bona adhuc nec-
dum mollia.








*Ziegelbyren / pyra laterum , à colore lateritio & quod
diu durent ita dicta , ad oualem accedunt figuram , al-
tera tamen parte magis turbinata , altera ferè sessili.
Longitudo trium digitorum: crassitudo ferè eadem . Co-
lor ab una parte lateritius: pediculus digitum longus. Au-
dio durare ad oporan visque . Octob. 25. pulchra maioraq;
obtulit hospes meus in Boll : ideoque denuo depingen-
da curauit . Longa erant quatuor digitos totidem quelata,
gustu adhuc austera . Mompelg. delata sub Ianuar. finem
integra, austera carne duraq; subdulci.*

Pech

Pechfuglen / Picei
globosi pyri nomine
datum in Schierbach.
Pulchrū est globosum
vncias tres altū, paulò
crassius, vtrinque com-
pressum, subinde tho-
rosum. Ex luteo viref-
cens, insigniter ab vna
parte rubens, punctis
albicantibus multisq;
etiam striis rubentibús
interrurētibus. Mom-
pelgardum delatum Ia-
nuario exeunte adhuc
inuictæ duritie. Aiunt
durare vsq; ad quadra-
gesimā, nec edulia pri-
usquā nigrescat. Nactus
sum in Kirchen Oct. 23.
paulò crassius pulchrè
in superiori parte striis
in rubro luteis dona-
tum. Vocabant Win-
terbyren & Bechfuglen.



Herrenbyren / Herilia à
gustus fortè præstantia, in
Boll, eadem cum Speckby-
ren forma, sed media parte
minora : tres ferè digitos
alta turbinata vna parte, al-
tera sessili, pediculo duos





Weingifster alias Rittenbyren Cydoniata pyra, quod Cydonij obseruata odorem spirent, quorum etiam formam satis referunt (vt aiunt) ex Wålde. Sessile est, vix turbinatum, tres digitos altum, crassum vero quatuor, angulosum coloris aurei ut Cydonium, rutilo colore vna partem etum, pediculo digitum vnum & semis longo. Aiunt raro durare ad Nouembre. Sept. 20. benè maturum, carne tenera, granulosa, dulci gratoque sapore. Prius illud adpictum posteriori iam descripto altero tanto ferè maius in Zell oblatnm eodem nomine.] Aiunt & maiora reperiri Cotoneo ue perquam similia, & aliquando ad Ianuarium durare.

Winter

ferè digitos longo. Color quibusdam vniiformis luteolus: aliis altera parte rubens intercursantibus striis. Caro mollis saporis aciduli, grati. Facilè mollescunt. Matura in Boll Augusti fine. Integra adhuc Sept. 16.




Wein




Wine

Winterbyren/Hyemalia pyra: satis magna, rubra, sub-inde etiam alicubi lutea, non valde turbinata, sessilia, ventricosa, longa tres digitos, crassa totidem: pediculo breui vix digitum longo. A iunt durare usque ad Apriliem. Maius hic depictum ex Boll est quatuor digitos altum, crassum tres cum semisse: ab una parte pulchre rubens cum punctis albis, pediculo breui transuersum digitum longo. Adhuc etiam posteriore hoc haberi maiora in Boll perhibent. In Kirchen vocant *Frauenbyren*, quasi muliebris dicas: Esui iucunda, odorata, sapida. Stutgardiae *Paradisibyren*: paradisi pyra. Ex Mompelgardum delatis quedam mollia Nouembri exeunte reddita: alia in Febr. finem integrâ incorruptaque permanebant, fracida, carne granulosa.



Francfurter Byren/Francfortiana, in Boll & Zell, sa-
tis magna, turbinata, nonnihil sessilia parte altera : qua-
tuor digitos ferè longa, ventricosa , nonnihil inæqualia,
eiusdem cum longitudine crassitudinis , valde rubra, pe-
diculo fuscunciam longo. Matura Aug. fine & Sept. prin-
cipio. Facile mollescunt. boni saporis velut aromatici,
nonnihil etiam sunt granulosa. O & tob. 14. adhuc sapidum,
licet fracidum. Idem genus pyri habetur etiam in Wâl-
den / vbi cum prædicto nomine etiam Röthebyren/ Rubra
pyra vocant.



Rein

Reindefernbyren/nomine quod non facile Latinè exprimas, ex Arnebingen minora quam Zelneren dicta pyra, parum turbinata, sessilia: tres digitos longa & paulò etiam plus, eiusdem ferè crassitudinis, ventricosa, colore luteo. Pediculo tres digitos longo. Sept. 8. caro satis dura & granulosa, sapore cum dulcedine nonnihil austero, sed aromatico. Molliora etiam erant alia, dulcia valde. Fugacia sunt pyra.




Engelbyren/ Angelorum pyra, turbinata parte superiori, quæ se quoq; reflectit, quatuor digitos longa, totidem crassa, ventricosa, lutea: basi lata sessili, sapore grato, aromatico & subaustero. Pediculus digitum longus. Durare aiunt ad Ianuarium. Mihi integra adhuc 25. Octob.




Wildprechernbyren/mediocris magnitudinis pyramatum turbinata, sessilia, ventricosa, inæqualiter angulosa, lutea, in vna parte rubentia, tres digitos longa, crassa totidem, pediculo duos digitos longo. Aiunt ad Februari. durare. Hoc oblatum mihi in Wälden in fine Sept. nomine **Spahtbrechern**. Habent & Zellenses, sub priore nomine. Delatum Mompelgardum duravit ad Februarium sed fracidum.

Spahtbrechern
Habent & Zellenses, sub priore nomine. Delatum Mompelgardum duravit ad Februarium sed fracidum.




Spähtig Grünbyren/Serotina pyra, collecta in Wälde.
Pulchra, magna, ventricosa. Longum hoc quatuor ferè
digitos, totidem crassum : sessile, parum turbinatum, tur-
bine ad latus inclinante, colore virescente. Videtur ali-
cubiveluti in duas partes diuidi.



Hausbyn / *domestica pyra*, in Boll. Mediocria, turbina-
 nata, sed inæqualiter, ventre in vna parte magis protubé-
 rante, sessilia, in torulos vel costas eleuata. Tres digitos &
 semis alta, totidē penē lata, lutea. Matura fine Aug. & prin-
 cipio Sept. Pediculo quibusdā digito longiore. Citō fra-
 cescunt Sept. 17. Saporis boni, subdulcis, carne non ad-
 modum molli. Similitudinem habent cum *Fausbyn*,
 sed meliora hæc dicunt. Sept. 18. oblata in Wålde ma-
 iora quam hoc depictum, sed minus tuberosa, nec ita in-
 clinante turbine, ab vna parte pulchrè rubentia aspersis
 punctis. Reseruari posse aiebant adhuc quindecim dies.
Huius

Huius generis maximum integrum adhuc Sept. 30. quod nondum fracescebat. Altitudinis crassitudinisq; erat qua^e tuor digitorum & semis. Imò ad finem Octob. vsq; permansit incorruptum.




Weingifsterbyren in Boli. Pulchrum, magnū & æquale. Luteum ab una parte, ab altera rubens cum punctis. Longum digitos tres & semis, parum turbinatum, sessile, valde ventricosum ut Speckbyren / crassitudine ferè eadem: pediculo digitali. Durant usque ad Ian. Ex Wälde postea nactus sum maiora, longitudine quatuor digitorū, latitudine pari, nomine Hausbyren id est Domestica pyra. Perperam ergo Weingifster à quibusdam mihi fuit nominatum cum hiis qua^e domestica vocantur idem planè sit.

Faust




Fauſtbyren: Pugillare pyrum in Boll. ad modò descripta Domestica accedunt, verùm duplo sunt maiora, magnitudine pugni, vnde noimen: fessilia non multum turbinata: paulò tamen magis quàm figura exhibet: valdè ventricosa, & ventre quibusdam ab una parte magis prominulo: quatuor ferè digitos alta, quædam etiam altiora, quædam tuberosa & angulosa ferè vt Cotonea. Quædam videntur velut bipartita, vt figura ostendit. Colorex luteo pallescens ad viorem inclinans: vbi maturuerunt, magis luteus. Pediculi digitum & semis longi: facile frangunt. Augusti fine maturescere incipiunt. Sapida sunt carne cum leui austeritate, molli valdeq; dulci. Sept. 17. Pulchra

Pulchra accepi ex horto præfeti pagi Ganserdiæti, sub nomine Bachofen Byren / id est Clibani pyra, à præcedentibus haud absimilia, sed maiora. Octob. 14. integra adhuc.




Zelnern Byren / quasi Zellensia. Ex Grübling/magna, inæqualia, tuberosa, cute tenui, lucida, polita, lutea : vna parte etiam rubente cum punctis , non multum turbinata, turbine parum inclinato: Longa quinque ferè digitos, crassa totidem , valdè ventricosa. Pediculo duos digitos ferè longo , carne satis molli, sapida, dulci & non-nihil etiam aqueo sapore. Bona Oct. 14. Eodem nomine

in Zell accepi, vbi fructum fugacem esse perhibebant,
aptum qui in segmenta cæsus exiccatusque in usus repo-
natur.




Wasserbyren / aquosa pyra in vrbe Kirchen ita vocata,
ita & alibi audio appellari, pyris Speckbyren dictis æqua-
lia: turbinata vna parte, altera sessili, ventricosa, satis æ-
qualia, lutea, quatuor digitos longa, crassa tres & semis,
pediculo breui admodum, vix digitum longo. Sept. 17.
non dum erat molle. Audio depicto hoc longè etiam re-
periri maiora. Durauit ad Sept. finem carne grata.


Ulmer



Ulmer Wasserbyren / Aquosa pyra Ulmensia , longa
 sunt pyra, minus ventricosa, vna parte turbinata, altera
 ferè ouali, parum sessili : quatuor digitos longa, tres vel
 paulò etiam minus crassa, colore luteolo, pediculo duos
 digitos longo. Matura fine Augusti: citò fraceſcunt : Fra-
 cidam adhuc habui Sept. 20. Sapida & bona, nonnihil
 granulosa, ſemine paruo, longo.




Schelishyren: in Wålden/pulchra magna pyra, oualifera & nonnihil angulosa, longitudine quinque ferè digitorum, crassitudine trium, lutea, cute tenera: pediculo tres ferè digitos longo. Maiora sunt quam Aquosa pyra Vlmensia, magisq; angulosa. Haud diu durant. Sept. 18. Caro satis tenera, dulcis, sapida. Sept. fine omnino fræcida.




Suselbyren/magna longa pyra, ad digitos quinq; non
admodum ventricosa, tres digitos crassa, superiore parte
turbanata, inferiore non nihil sessili, pediculo non multo
digito longiore, non diu durant. Sub finem Aug., matu-
rescunt. Quidam vocant Mansbyren/ id est Virilia pyra.

Repiuntur & maiorā. Cruda non possunt edi: strangulant enim. Optima tamen sunt exiccata.




Spißbyren/Acuruinata pyra, parua oblonga : Tres dīgitos longa, non multum ventricosa, duos dīgitos crassa, lutea: Pediculus dīgito longior. Sept. 17. mollescēbant. Præcocia sunt & fugacia. Sunt & maiora hāc figurā. Caro satis tenera, sapidā dulci.

Leitschy



Leitschbyren in Boll & Wälde & Zell, pulchra pyra longa, turbinata, sessilia nonnihil vna parte, nō vndiq; æqualia, colore luteolo: quibusdam in partibus viridia cum asperitate, quinque digitos longa, crassa quatuor, pediculi breues, digitales. Vidi quæ media parte haberent minores. Maiora etiam reperiri perhibent, & ad hyemem durare. Torrent integra in fornace & exiccant. Segmenta etiam

concisa siccant. Sept. 18. Sapore grato, licet adhuc subaffero, semina tamen vel tum matura, nigra. O&t. medio admodum sapida. Videntur potius putrefascere quam fracescere : Nam ex Mompelg. delatis 23. Octobris vix integri quicquam restabat, adeo euaserant mollia, interim tamen sapida.






Regelsbyren in Boll & Wälde: magnificiunt, ac magnatum pyra vocant: Nam & care venduntur, & ad Aprilium durare perhibent. Pyra sunt satis magna, quatuor digitos longa, turbinata, basi sessili, ventricosa, vncias tres crassa: non nihil angulosa. Vidi alia non ita longa, interim tamen crassiora. Colore sunt subuiridi, pediculo duos digitos longo. Pulcherrima habentur in Kirchen vrbe, &

picto maiora. Ioh. Lutz Pharmacopœus Kirchensis, & Ill.
 E.C. nulli secundus ex horum pyrorum succo Electuariū
 elegantissimum suauissimumq; & ad modum eius quod
 ex succo Cydoniorum paratur, confecit: elegantibusque
 figuris effigiatum abietinis excepit scatulis. Octobris 20.
 valdē sapida pyra etiam ipsa. Mompelgardum delatum
 sub finem Febr. nullam expertum erat corruptionem.





f 2




Gelblängstilerbyren / hoc est, Lutea,
longoque pediculo
pyra, in Boll : satis
accedunt ad formā
Schlesisch Byren /
pediculi tamen lo-
giore : odor etiam
differt, tardius ma-
turescunt , alioqui
oualia ferē , quinq;
propemodum digi-
tos alta , crassa tres.
Color ex albo sub-
luteus non virescēs,
vt in aliis à lōgo pe-
diculo Lägsterler vo-
catis: alioqui nōni-
hil angulosa vt illa.
Pediculus pyri ferē
longitudinē æquat.
Mompelg. delatum
23. grati adhuc sapo-
ris, licet iam fraceſ-
ceret.

Lang-

Langstiler, aliud genus
corū quę à pediculo longo
nomē suut adepta : In Boll,
Zell, & Wälde, & locis vi-
cinis ut versus Vrachum.
Longum est tres vncias &
paulo etiam plus , eiusdēq;
ferè crassitudinis , quasi o-
uale, præterquam quod su-
perficiem habet inæqua-
lem & tuberosam. Colore
est viridi, pallescente. Pedi-
culus non raro ipsum lon-
gitudine superat pyri cor-
pus. Hærent adhuc in ar-
bore medio Sept. Integra
manere perhibent vsq; ad
Ian. Sept. 17. Nondum erāt
matura , acerba valdē, la-
pillisque durioribus farcta.
In Wälde tamen matu-
riora naētus. Item in Kir-
chen eadem eodemq; no-
mine degustata Octobris
22. sapida erant. Mompel-
gardum delata durarunt
ad Ianuarij finem.







Arsbas



Arsbäckerbyren & Rückenbyren: Omnia quæ vidi
maxima Pyrorum. In Boll. Vna parte ovalia & nonnihil
turbinata; altera parū sessili. Tota ferè inæqualia, & quo-
dammo-

diammodo tuberosa, tres vncias crassa aut magis etiam,
sex longa: pediculo breui digitali. Ponderosa sunt pyra,
& vti perhibent ad Ianuarium durabilia. Color obscurus,
virens ferè. Aliis etiam vocantur *Ulmerbynren* / ab aliis
Pfundichbynren : Prius *Ulmensia* sonat, posterius libram
peñdentia. Aliis etiam *Kürbsbynren* / Cucurbitina rectè
dicas. Octob. 14. Sapore adhuc austero. Mompelgardum
delatum ad finem anni durauit.





t



Cotonea malus pīngitur à Mathiolo & vires ascribuntur lib. i. in Diosc. cap. 131. In Boll vidi cōmunia, & in Goeppinga maxima, quæ curaui de pingenda : Magnam mittit hortulanus II. E. C. copiam Stutgardiam vtriusq; generis & quidem turbinati. Germ. Quitten/ Rüttten.

Mespilus : picturam & vires proponit Lonicerus lib. 4. cap. 5. in editione anni 1573. vbi figura deformis : pulchram exhibit Matthiolus in Diosc. lib. i. cap. 133. vbi etiam vires. Verū Germanica differt ab Italica: Huic enim folia serrata, illi non item. Germ. Mespelbaum. Habetur in Gamelshausen pago vicino Boll.

Sorbus Alpina folio subtus albo, Acer Anguillaræ malè dicta, in montibus fonti mirabili proximis, & in ruderibus arcis Teck in monte cognomini. Gesnerus de hortis vocat Sorbum alpinam, Germ. Elzbirle/ Thelsbirle/ vnser Graven

Frauenbirle. Iac. Theod. Tab. **Wilder Sperbaum**: cuius figura non placet, nec etiam Lobelij in Adu.

Sorbus aucuparia, quam Lonicerus lib. 4, cap. 71. impress. anni 1573. vocat **Groß Meelbaum**, vbi frustra dux figuræ eiusdem plantæ, quarum neutram valde probo, in Boll vocant **Adelsbeer**. Ex crescit in magnam arborem. Vtuntur fructibus baccisue (in quibus semina paruula) ad aucupia. Aiut lignum utile a clauos qui rotarum molariu alas retinent. Pulchra figura Matthioli lib. 1. cap. 136. nomine **Sorbi sylu**. Augusto mense inueni baccas in ingluvie **Attagenis** (**Haselhun** vocant). Mense etiam Augusto inueni in ventriculo **Turdi visciuori**, quem **Tröstelen** nominant. Item mense Septembri in ventriculo **Merulæ alpinæ** (**Bergamsel**) Goëppingæ, vt audio, est in horto Ill. E. C. nomine **Sperbeeren**.

Citrum minorem quam depingit Matthiolus in Diosc. cap. 131. lib. 1. cum hac inscriptione **Aurantia mala**, paruam arborem ex semine natam vidi in egregio horto Domini Comitis ab Helfstain, quem curat instruendum in pago **Wisensteig**. Germ. **Pomeranz**. Studgardiæ in horto Ill. E. C. mense Nouembri erant arbores grauidæ malis tam maturis quam immaturis magna copia, iucundissimo spectaculo, dulcibus, acidis, subacidis, magnitudine varian- tibus, cortice tenui, crasso, amaro, eduli, magis & minus acri. Goëppingæ in horto Ill. E. C. etiam visitur.

Citræ genus quod pingitur à Matthiolo in hist. Germ. lib. 2. cap. 76. titulo **Limonien** / **Limoniorum**, cuius generis arbor pulchra fructibus onusta in horto Ill. E. C. mense Nouembri mihi obseruata.

Citria maxima qualia pinguntur à Matthiolo in Diosc. lib. 1. cap. 131. nomine **Mali Medicæ**, Germ. **Judenäppsel**. In hist. Germ. cap. 75. nomine **Citrinatäppsel** / **Citria mala** vidi in Kirchen mense Septembri apud Joh. Lutz Phar-

macopœum, qui emerat Francofurti. Eius arborem florentem Studgardiæ in horto Ill. E. C. vidi. Ex qua Ill. E. C. Montbelgardum vsque decerptum fructum ad me misit, monstrosæ raritatis, thorulis caninulatum, calceum Polonicum aut Turcicum referentem: in acumen enim desinens adyngcum, sursum recuruum, lacunam largiore ostendit, parietibus utrinque prominentibus, è media lacuna costa longa surrigitur elatiuscula, declivibus in parietes circumiectos lateribus.

Malum Punicum, malum granatum, *Granatum punicum* / Lonicero lib. 4. cap. 11. editionis anni 1557. vbi pulchra figura ex Matthiolo: Verum Balaustia ibidem male depicta. Hortus Ill. E. C. Studgardiæ pulchras alit Punicas malos, & inter eas nonnullas flore pleno, minus tamen quam Hispanicas.

Ficus Feigenbaum / Matth. in hist. Germ. lib. 1. c. 99. vbi figura: in *Wisensteig* in horto Ill. Comitis: Studgardiæ quoque in *viridiario* Ill. E. C. arbores magnæ, fructu magno, purpureo, benè maturecente & sapido.

Cerasia acida habere Bollenes ex arborum forma anis maduerto: ea fortè sunt quæ depingit Matth. in *Dioscor.* lib. 1. cap. 120. quæ eidem in hist. Germ. lib. 1. cap. 71. vocantur *Weichslen*. In *Ducatu Vvirembergico* contrario sensu quam Matthiolo *Amarellen*. *Trago* lib. 3. cap. 38. Germ. *Emmerling* & *Bloderfirschen*.

Cerasa sylvestria Bollensibus in syluis spontanea: de quibus Matth. lib. 1. c. 130. Germ. *Kirschen* in hist. Germ. cap. 71.

Cerasa insita cordi similia *Herkfirschen* dicebant haberii in *Wisensteig* in horto Ill. Com. Iac. Theod. Tab. in hist. Germ. parte 2. p. 644. figuram dedit nomine *Bundfirschen* & *Cerasorum Plinianorum* ni fallor.

Cerasa quorum lac. Theodorus loco dicto iconem exhibuit

hibuit sub inscriptione vil Kirschen an ein stil, Cerasa vno pediculo plura, primum vidi Studgardiæ in horto Illustris. E.C.

Chamaecerasum wilde Kirschen Matthiolo in hist. Germ. lib. I. cap. 71. vidi primùm Studgardiæ in Illustris. E.C. horto Florentiæ, vt aiunt, delatā: deinde Eslingæ in horto insignis Pharmacopœi Volmarij, & Argentinæ in viri humannissimi D: Friderici Meyer horto plurimis plantis raris cultissimo.

Prunus pingitur à Matthiolo lib. I. in Diosc. cap. 137. ibidem vires, varia in Boll prouenire genera audio, *Hinschen* maiorum prunorum genus rubrum.

Pruna parua alba vel potius cerea (Zipparten appellant) marura Septembri, Trago lib. 3. ca. 34. *fleine Herbstpflaumen*. Gesnero de col. stirp. f. 98. *Pruna* tardissima minima cerea, Zipparten.

Prunus sylvestris, cuius iconem & vires vide apud Matthiolum lib. I. c. 137. in Diosc.

Prunum fructu magno, purpureo, oblongo (Zwetschken vocant) vidi Gœppingæ in horto Ill. E.C. *Pruna* hortulanus in usus tum medicos tum culinarios exsiccat copiosè: de quo genere comedì in Boll mihi allata per hortulanum Hungaricis non cedentia, officulo incuruo. Talia etiam in Wisensteig in horto Illust. Comitis. Hæc sunt, puto, quæ Lonicerus lib. 4. cap. 75. vocat *Quetschen* & *Pruna Damascena*.

Cornus Matthiolo in Diosc. lib. I. cap. 135. & Lonicero in hist lib. 4. cap. 7. German. *Welschen Kirschen* / *Thierschenbaum* / in Wisensteig in horto Ill. Comitis Rudolphi ab Helffstein.

Cornus fæmina multis, à Matthiolo lib. I. cap. 135. picta, nomine Virgæ sanguinæ, florens secundò fine Septembris. Lonicero lib. 4. cap. 7. *Cornus syl.* Germ. *Faulbeer*.

Perfica mala pulchra lutea nondum matura sub Aug.
finem vidi in arbore in Boll, & eadem asportata Vveila,
vrbe. Consulatur Matthiolus in Dioscor. lib. 1. cap. 131.
Germ. Pfersig. Item in hist. Germ. cap. 81.

Armeniaca Marillen Matthiolo in hist. lib. 1. cap. 82. &
S. Johans Pfersingen Goeppingæ in horto Ill. E. C.

Amygdalus Mandelbaum/ picta apud Matthiolum in
hist. Germ. lib. 1. cap. 92. Apud Lonicerum cap. 30. editio-
nis anni 1582. figura, sed inepta. Habetur in vrbe Kirchen,
cuius Pharmacopœus insignis Ioh. Lurz narravit mihi,
aliquando magmate expressionis olei Amygdalarū ama-
rarum in plateas eiesto, mortuas aliquot gallinas, quæ
come dissent: id quod olim monuerat etiam Matthiolus
in hist. Germanica.

Nuxiuglans, pingitur apud Matthiolum in Diosc. lib. 1.
cap. 141. Germanicè *Nussbaum*: Frequens est in Bol, etiam
in monte Teck vidi.

Nux auellana, apud Matthiolum in Dioscor. lib. 2. cap.
142. Germanicè *Haselnuß*: in Bol *Hasele*, passim in sepi-
bus nuce alba rotunda: ligno assulatim secto vtuntur ad
cribra. Industrius pictor Ioh. Philippus Greter hanc ra-
tionem me docuit parandorum titionum ad penicillos:
Coryli cuneos crassitudinis brachij, palmum vel semipe-
dem lógos, prius exsiccatos findit in assulas crassitudine
digitali: quibus in ollam magnam plenam arenâ rubra
inditis, postea tegit cooperculo optimè circumlita ar-
gilla, ne aér vel flamma subintret: quam figurari fornaci
committit donec figlina coquantur. Extractam è fornace
ollam non aperit quoad in totum refrigeretur. Tunc pa-
rata sunt segmenta pictoria, quæ vsu exigente, in mucro-
nem exacuit: His ichnographias primùm adumbrat, qui-
bus nihil melius, quandoquidem puluis facile excutitur
(si quid mutandum) nullo nigroris vestigio relicto: lis

vtun-

vtuntur pictores, aurifabri & quicunq; aliquid in charta delineare volunt, aut zographicen discere. Est etiam alia parandi ratio, sed penicilli non ita pulchri, & fragiles. Fas-ciculus segmentorum prædictorum filo ferreo ligatus mundæ chartæ inuoluitur, cui superdatur tela duplicata madida: omnia colligata carbone viuo minuto tecta, post & cineribus superiectis obruta, ibi relinquuntur per ho-ras tres quatuoruè: extracta statim ponit in ollam, quam benè tegit.

Nux auellana rubra longa, dum esse in Bol à me visa ad fontem Iebenhausen ex pago Beßkenried. Lonicero lib.4.cap.34. Rohrnuß/ Rührnuß/ Lampertisnuss.

Fagus, Buchbaum Germ. Matthiolo in hist. cap. 61. vbi pictura: in cacumine montis Teck: copiosa prope Balneū in proximo monte.

Quercus glandes ferens ex longis pediculis. Hist. gen. pl.lib.1.cap.1.figuram habet hoc titulo Hemeris, Etymodrys. Obseruaui exeunte Augusto prope fontem mirabi-lem cum excrementis gallas æmulatibus in folio auerso, prout pinguntur in Matth.hist. Germ.lib.1.cap.58. Came-rarius autem in hist. Germ. Matth. quam edidit, Quercus flores addidit. Frater Gasparus in suo Phytopinace in ap-pendice ponit aliam figuram.

Fraxinus, cuius pulchra figura & vires apud Matthiolum lib.1. cap. 92. Germ. Eschern: in sylva & monte Horn prope admirabile Balneum elatae & multæ Fraxini. Au-dio hinc Ill. Duce Christophorum, ad parandas sarissas, accersendas curasse multas: In Kirchen vna est ante por-tam.

Tilia minore folio variis in locis prouenit, vt in Umb- den & Iebenhausen prope fontis acidi originem. Tragus lib.3.cap.74. vocat den wild Lindbaum. Gesnero de hortis p.284. Tilia minor seu mas, Stein Linden. Item de col.

Tilia

Tilia Theoph. mas sterilis. *Tilia sylvestris* sterilis est. *Tiliam* folio minore Montbelgardi in foro, & alibi obseruauis fructum ferre instar alterius illius folio multò maiore & molliore. Montbelgardi vtriusque differentiam in vrbe obseruare licet. In monte Teck *Tiliam* folio minore maximam vidi, cui folia paulò latiora quam in cæteris, quæ de cœlo tacta est noctu mense Septembri exanimataeque nouem vaccæ, ex peculio Ill. E. C. sub eadem stabulantes.

Betula, quam pinxit Matthiolus in Diosc. lib. I. cap. 93; sed sine julis & conis, prouenit in locis vicinis, curauimus etiam plantan dam circa Balneum mirabile.

Populus nigra à Matthiolo depicta lib. I. cap. 92. in Diosc. Germ. *Sarbaum* in hist. cap. 32. *Lonicerus pingit* pro alba populo lib. 4. cap. 28. Copiosa inter pagos Holzhausen/Tessingen/ & vrbem Kirchen.

Populus Libyca à Matthiolo exhibita (sine julis, quos ramen fert) lib. I. cap. 93. Germ. *Aspen*/ & hist. cap. 32. *Lonicerus*, ut puto, lib. 4. cap. 29. pingit pro Populo nigra, pasim abundat.

Vlmus cuius picturam ac vires tradit Matthiolus lib. I. in Diosc. cap. 95. & aliam figuram eiusdem arboris ponit cap. 108. pro *Tilia* mare. Germ. dicitur *Ulmen* & *Rustholz*: pulchræ arbores in sylua & monte Horn propè fontem admirabilem.

Fagus sepium, cuius pulchra icon apud Matthiolum in Diosc. lib. I. cap. 95. nomine *Carpini* in hist. Germ. lib. I. cap. 70.

Alnus affabré picta apud Matthiolum in Diosc. vbi vires lib. I. cap. 93. Germ. *Erlen*. Augusti mensis fine cum conis tam veteribus quam nouis, ac julis. Est mihi & alia *Alnus* incana & hirsuta, de qua in historia generali.

Alnus baccifera quæ Matthiolo in Diosc. lib. 4. c. 168.
Fran-

Frangula nomine pingitur, Germ. Lonicero lib. 4. cap. 59.
Faulbaum Arbor fœtida : passim prouenit cum baccis
 maturis Augusto & Septembri. Anno 1597. mense Febr.
Helicuria in urbe Ill. E. C. cum mihi proposita esset mulier
 suspecta de Elephantiasi conspicienda & examinanda,
 contemplatus faciem aliquo vnguento illitam quæsiui
 quo id factum esset respondit butyro & succo corticis
 fruticis dicti Puerne (quasi dicas fœtidam Alnum) aut
 Pisces sang, quod credat vulgus animalia e ligno verbe-
 rata, sanguinem mingere. De Alno baccifera hirsuta, in
 Historia generali dicemus.

Sambucus, cuius figuram & vires videre est apud Matthiolum in Diosc. lib. 4. cap. 168. Germ. Holder. Narrauit mihi mulier in Bol, se semel assumpto cochleari succi radicum ex magnis conuulsionibus ob ingentes euacuationes per inferiora & superiora, ad extrema deductam peneq; mortuam.

Ebulus, cuius figura & vires apud Matthiolum in Diosc. lib. 4. cap. 168. Germ. Attich: sub Angelica dicetur eius virus in morbo porcorum Fäsen. Sunt qui vocent circa Bol, ut & in Zel stinkend Attich. Florebat Augusti fine: prouenit etiam in monte Teck.

Sambucus aquatica, apud Matthiolum lib. 4. in Diosc. cap. 168. in edit. anni 1569. Germ. Schwelcken, ut videre est apud Lonic. lib. 4. cap. 68. Baccæ maturæ Augusto: Reperi in attagenis maris ingluwie pulchras similes Sorbo aucupariæ: semina differentiam demonstrarunt, quæ lata & compressa effigiem ferè cordis exprimentia: Passim prouenit: mense Octobri vidi adhuc pulchras baccas in arbuscula iuxta pagum Hathene.

Sambucus aquatica polyanthos Gefült Schwelcken. Iac. Theod. eicon. Nicol. Basæi par 3. sect. 3. pag. 1030. Cordo Lycostaphylos mascula. In Wisensteig in horto Ill. Comi-

tis, anno sequenti in horto Admir. balnei Schneebalen.

Spiraea Thcoph. Dalechampio : quæ pingitur apud Matth. in hist. Germ. lib. i. cap. 64. titulo **Schlingbaum** & Viburni: prouenit inter Bol & Zebenhausen: in monte Eichelberg & Teck.

Ligustrum, quod Bollenses vocant schwarze Hundsbeeren/ Matthiolo in hist. Germ. lib. i. ca. 46. Weinholz/ Reinweiden/ Mundholz. Ligustrum baccis grauidum adhuc ad Octob. finem.

Euonymus, **Spindelbaum** Matth. hist. lib. i. cap. 70. Cum fructu Augusto mense.

Euonymum tertiam Pannonicam Clusio, florētem vidi Studg. in horto Ill. E. C. aliās nullibi.

Syringa alba in horto Ill. E. C. Goeppingensi, cuius figura apud Iacob. Theod. Tab. cum hac inscriptione **Syringbaum**/ Syringa alba: In hist. Gen. lib. 3. cap. 23. Ostry. Theoph. Studgardiæ florens Maio.

Syringa flore cœruleo in vrbe Kirchen in horto Iohan. Lutz Pharmac. Matthiolo in Dioscor. lib. 4. cap. 154. in post.com. Lilac, vbi fructus malè picti. Cœfalpinus lib. 3. cap. 43. Iesominum cœruleum Arabum nominat. Studg. floret Maio.

Acer, cuius figura à Lonicero lib. 4. cap. 46. editionis anni 1573. non benè posita, titulo **Maßholder Platani**, & adhuc ineptius pro Acere & Ahorn ponitur figura Sambuci racemosæ.

Virga aurea longiori folio quam Solidago Sarracenica, florens Septembri ad fontem Rappenzagel / in mo^te proximo fonti admirabili Augusto. In Kirchen florens in quodam horto.

Senetio hirsutus florens in monte Eichelsberg.

Senetio cœruleus in monte Teck florens Octobri.

Senetio Germ. Creuzwurz pictus apud Matthiolum in Diosc. lib. 4. cap. 92. florens Aug. Septembri, & Octobri.

Iacobea depicta apud Matthiolum in Diosc. lib. 4. ca. 92. sub hac inscriptione Senecio maior siue flos S. Iacobi: passim & in monte Teck florens Octobri.

Pseudeupatorium specioso flore copioso ad fontem acidum Nebenhausen. Tragopingentil lib. 1. cap. 165. Hirschflee / Wasserdst / Albkraut / Künigundkraut / Platearius vocat Marum, quæ opinio non placet.

Pseudeupatorium flore non specioso vel Cannabina florens Augusto.

Caltha florens Augusto Goeppingæ in horto Ill. E. C. cum maximo flore, in Wisensteig in horto Ill. Comitis & sequenti anno in horto adm. baln. Brunfels. tom. 3. Rhaps. 26. Calendula Lob. obs. p. 298. & icon. p. 552. Chrysanthum & Caltha poëtica.

Chrysanthum maius folio magis laciniato Goeppingæ in horto Ill. E. C. florens Augusto mense. Matth. hist. Ger. lib. 4. cap. 60. Goldblum Chrysanthemum.

Doronicum in horto Ioh. Lutz pharm. Goeppingæ Matthiolo in hist. Germ. lib. 2. cap. 74. Doronicum. Doronici etiam speciem posuit cum falsa radice lib. 4. cap. 74. pro

Aconito pardaliarache , ein Geschlecht der Wolffwurz.
antehac paulò aliter dicta radix erat delineata.

Florem Africanum, vt quidam vocant, vidi in Bol flore pleno magno mense Octobri ex horto Ill.E.C.Gœppingen-si, & antè Augusto in Wisensteig in horto Illustr. Comitis , vti etiam sequentes species , & sequenti anno in horto adm. balnei.

Flos Africanus quibusdam flore simplici florens Augusto Gœppingæ in horto II.E.C.

Flos Africanus præcocior, fru Indianisch Negele/sequenti anno in horto adm. balnei.

Flos Africanus quorundam minor flore pleno, mense Augusto in horto Ill.E.C.Gœppingæ.

Flos Africanus quorundā minor flore simplici in horto Ill. E. C. Gœppingæ & in Boll, Sametblumen/sequenti anno in horto adm. balnei.

Flos Solis maior florens Augusto mense in horto II.E.C. Gœppingæ & in Kirchen in horto Ioh. Lutz. ph.

Flos Solis ramosus in Kirchen vrbe in horto Ioh. Lutz pharmac.

Flos Solis minor in Wisensteig in horto Illustriss. Comitis.

Helenium Gœppingæ. Matth.hist. German.lib.1.cap.17.
Alant / Elenium,

Aster Atticus purpureus ad montem Eichelberg/ Matthiolo hist. Germ.lib.4.cap.108. Sternfraft/Aster Atticus primus Bubonium, Inguinalis.

Aster Atticus flore albo antehac nunquam visus ad radicem montis Eichelberg florens Septembri.

Aster luteus folio molli, florens Septembri in monte è regione fontis admirabilis.

Bellis maior pingitur à Matthiolo l.3,c.139.in Diosc.florens Augusto, Septembri & Octobri.

Bellis

Bellis minor picta apud Matth.lib.3,c.139.in Diosc.flore
albo non pleno, florens Aug. Sept. & Octobri, sequenti
anno in horto adm.baln.

Bellis flore pleno picta est apud Matth.l.3,c.139.in Dioſ.
in Kirchen in horto Ill.E.C.pulchro flore fusco.

Chamæmelum vulgare non obſeruaui in Boll: audio ex
Chirurgo prouenire circa Kirchen vrbem, vnde accersit.
Pingitur à Matthiolo in Diſcor. lib.3, cap.137. Brunfels.
tom.1. Rhaps.47. Chamæmelum, tertia Parthenij ſpe-
cies.Lob. obſ. p.445, Anthemis vulgatior, icon. Pl. p.445.
Chamomilla.

Chamæmelum repens nō annum flore pleno vidi in Kir-
chen in horto phar.Io.Lutz,Gœppingæ in horto Ill. E. C.
florens Augusto, & sequenti anno in horto adm.bal.Lob.
in adu.& icon.p.771. Anglorum niueum Leucanthemum
flore multiplici.

Chamæmelum fætidum, florens Augusto Brunfels.tom.
1. Rhaps. 48. Cotula ſoetida, quarta ſpecies Parthenij.
Lob.icon.Pl.p.773. Cotula fætida officinarum, Parthe-
nium, vel Virginea.

Chamæmelum luteum quibusdam, pingitur apud Mat-
thiolum in Diſcor. lib. 3, cap. 139. nomine Buphthalmi,
id reperi inter Grubingen & Wifenſteig florens mense
Septembri. Trago lib. cap. 48. Buphthalmus. Fuchs.
cap.8. Chamæmelum Chrysanthenum icon.p.15. Lob.
aduer.p.343.& icon. Pl.772. Buphthalmus.

Matricaria pleno flore in Kirchen in horto Joh. Lutz
pharmac. & sequenti anno in horto admirabilis balnei.
Brunfels. Tom. 1. Rhaps. 45. Matricaria, prima Parthenij
species Fuch.cap.13. Artemisia tenuifolia.icon.p.26. Ar-
temisiæ ramosæ altera species.

Chamæcyprissus in Kirchen in horto Joh. Lutz phar-

mac. & sequenti anno in horto adm. baln. Trago pingenti lib. i. cap. 24. *Cyppressen/Chamæpitys.*

Ptarmica Fuchsi florens Augusto. Matth. hist. Germ. lib. 2, cap. 94. Wilder Bertram/Ptarmica. i.

Tanacetum florens Augusto mense. Brunfelsio in hist. Germ. p. 198. pingenti Reinfamen/Wurmsät/ Pandectario species Artemisiæ, Tanacetum, Athanasia, repugnante Marcello Virgilio.

Tanacetum crispum in horto Ioh. Lutz Kirchen.

Tanacetum album florens Septembri circa Eichelberg.

Millefolium stratiotes flore albo, florens Augusto, Septembri & Octobri. Item flore purpurascente. Matth. in hist. Germ. lib. 4. cap. 97. *Schaffgarb.* Stratiotes millefolia, vulgo Millefolium. Figura eius non placet.

Gnaphalium rectum florens Augusto, Gnaphalium alterum Matth. in hist. Germ. lib. 3. cap. 95. *Kuhrkraut.* Impia Pliniij siue Centum cularia.

Scabiosa qualis Matthioli, ad montem Eichelberg tota fere glabra exceptis foliis prioribus, quæ non nihil hirsuta. Brunfelsius in hist. Germ. p. 92. talem pingit cum hac nomenclatura, Scabiosa.

Scabiosa Fuchsii florens Augusto, quæ etiam Brunfelsio in herb. Ger. p. 93. dicitur Hieronymi Brunschweig/Groß Scabiosa.

Succisa florens Augusto, Brunfelsio in herbario Germ. pingenti *Tenffels Abbis/morsus diaboli.*

Iacea florens Augusto.

Cyanus cæruleus in agris florens Augusto Septembri & Octobri mensibus, & sequenti anno in horto adm. baln. variorum colorum. Trago pingenti lib. i, cap. 193. *Kornblumen/Lychnis coronaria.*

Cirsium folio magno coloris virentis in horto Io. Lutz in Kirchen.

Cartamus in horto ill. E.C. Gœppingæ. *Trago pingenti*
Wild Saffran/Cnicus, Crocus Saracenicus & compe-
stris.

Scolymos: pingit Matthiolus in Diosc.lib.3. cap.14. no-
 mine Cardui: Pulchros mihi attulit Gœppingâ mense
 Octobri hortulanus Ill. E. C. item in Wisensteig in horto
 Ill. Com. & in Kirchen in horto Io. Lutz pharm. sequenti
 anno in horto adm.baln. *Artischack.*

Spinâ alba sylu. Germ. *Weiß Wegdistel*. Fuchfio cap.16.
 vbi figura & Dod. in hist. Gal. Acanthium in monte *Ei-*
chelberg.

Carduus Marianus siue lacteis maculis notatus, anno
 sequenti in horto adm.baln. Brunfelsio in herb. Germ.p.
 278. *Fechdistel/Frawendistel/Weißdistel/Mergendistel* aut
Stechfraut. *Carduus Mariæ.*

Carduus sylu. Dodonæi florens Augusto.

Carduus repens, florens, & semine maturo Augusto
 mense.

Carduus caule crispo.

Carduus capite nutante.

Carduus capite tomentoso circa Boll variis locis, in
 monte Teck florens Octobri.

Carduus Benedictus in Wisensteig in horto Ill. Com. &
 Boll, & in horto adm.baln. anno sequenti. Brunfelsio hist.
 Germ.p.280. *Cardobenedict.* Quidam volunt *Carduum*
 Diosc. alij nominant *Senecionem* & *Erigeron* Diosc. alij
 crassulam medium, Lumen maius vocat *Herbam Tuc-*
cam, Hieronymus *Brunschweig* tradit vires.

Carlina Germ. *Eberwurz*/cuius duas figuræ vt suspicor
 habet Matthiolus in Diosc.lib.3. c.9. Vnam nomine *Chamæleonis* albi, alteram *Chamæleonis nigri* alterius. Ea
 prouenit non longè à baln.adm. in montis planicie dicta
 auff *Buchen*/vbi est sine caule & cum caule: Quidam di-

cebat eam quæ vnum caulem haberet vnius esse anni,
quæ duos duorum, quæ tres trium. Loco dicto terra multis
in locis erat inuersa: dicebât, qui me deducebât, euer-
tisse apros, ac illos quererere radices Eberwurz. In monte
Teck cum flore Octobri, & Sept. ad montem Eichelberg.
Trago pingenti lib. 2, cap. 118. **Eberwurz.** Chamæleon
niger.

Carlina minor quibusdâ, aliis attractilis: pingitur apud
Matthiolum in Diosc. cap. 14. pro Carduo vulgari, figura
non displiceret, sed titulus: passim prouenit. Fuch. hist. ca.
42. Atractylis vulgaris German. Wilder Feidsaffran: flo-
rens Augusto mense. Brunfelsius in herbario Germ. pag.
275, huius malam videtur exhibere figuram nomine
Sewdistel.

Carduus echinopus, Bifem Distel à forma capitum simili-
lum pilis odoratis & musco infectis, anno sequenti in
horto adm. baln.

Anonis picta à Matthiolo in Diosc. lib. 3. ca. 18. nomine
Ononidis, adiectis viribus, Germanicè Hauchheckel: circa
Bol vocant Weisse / abundat circa balneum florens Au-
gusto, Septembri & Octobri: Suspicio ab Andernaco lib.
de baln. in formula remedij ad calculum, vocari Aquile-
gium spinosum.

Anonis flore albo propè fontem mirabilem & balneum
florens Augusto mense, & inter Umbden & Kirchen/alias
qui non vulgaris: Semel vidi Montbelgardi propè Ba-
uan, semel etiam mihi missa ex Burgundia à perito stir-
pium indagatore Tossano Carolo, quæ plantata fuit in
horto H.E.C. Montbelgardi.

Calcitrapa florens Augusto mense inter Nebenhausen
& Göppingen. Brunfelsius herb. p. 281. satis commodam
figuram exhibit sub alieno nomine, nempe **Manstrew**
sive **Eryngij.**

Carduus pratensis florens Augusto.

Dipsacus cuius mala figura apud Brunfelsium in herbario Germ. cum his nominibus *Kartendistel*/ *Drubenstein*/ *Weberdisteet*/ *Dipsacus*, *Labrum Veneris*, *Lutrum Veneris*, *Virga pastoris*, *Cardo fullonum* Matth. hist. Germ. lib. 3. cap. 9. *Dipsacus sylu*. *Wilder Kartendistel*.

Virga pastoris multis Matth. hist. Germ. lib. 3. c. 9. *Wilde Kartendistel*. *Dipsacus*.

Eryngium Pannonicum in horto Io. Lutz Kirchen.

Saluia maior Breiten Salben in hortis & sequenti anno in horto adm. bal. Lob. obs. p. 299. *Saluia maior*. Icon. Pl. p. 554. *Saluia maior* scabrior Diosc.

Saluia minor Goeppingæ in horto III. E. C. & sequenti anno in horto adm. baln. Schmalen Salbeyen. Brunfels. tom. 2. Rhaps. 23. *Saluia*. Lob. obs. p. 229. *Saluia minor* pinnata. Item icon. Pl. p. 555. *Saluia minor*.

Edel Salben / vt inuenio in catalogo plantarum horti adm. balnei sequentis anni. Intelligo autem eam quæ est flore albo cum magnis auriculis, qualis Stüdgs. in horto III. E. C.

Sclarea vulgæ, florens Septembri in monte Eichelberg. Brunfels. Tom. 2. Rhaps. 7. *Eupatorium*. Trago lib. 1. cap. 16. *Saluia sylu*, vera vel tertia. Lob. obs. p. 300. & Icon. Pl. p. 556. *Horminum sylu*.

Horminum vulgare hortense, odoratum florens Augusto mense in horto Illustriss. E. C. Goeppingæ & in Wiesensteig in horto Illustriss. Comitis, & sequenti anno in horto admirabilis balnei Scharlach. Trago lib. 1. cap. 1. Gallitricum satium.

Galiopsis lutea viscosa quibusdam, in Kirchen in horto Ioh. Lutz pharm. Dod. hist. flor. & Lat. in folio pempt. 2. lib. 4. cap. 23. *Oruala tertia*. Lob. obs. p. 301. & icon. Pl. pag. 557. *Colus Louis*.

Mentha

Mentha spicata rubra in Wiesensteig in horto Ill. Com. Brunfelsio in herb. Germ. p. 254. & Hieronymo Brunschweig/Balsamita, *Mentha Sarracenica*, Germ. Balsam Münz aut Unser Frauwen Münz.

Mentha crispa spicata in pago Blensbach in horto:

Mentha crispa verticillata Goeppingæ in horto Illustr.

E.C.

Mentha verticillata minor odore Ocimi, quæ satis commode pingitur apud Lonicerum lib. 5. cap. 100. sub titulo Herßfraut florens in Bol adhuc Octobri in horto: Mense Septembri reperi iuxta fossam prope pagum Wälde/ reiectam fortè ex aliquo horto.

Weiß Münz in horti adm. bal. catalogo anni sequentis: intelligo Mentham Anglicanam albam, quam Montbelgardo ex horto Ill. E. C. misi Studgardiam: Ea interdum ramos habet in totum niueos, alios cum foliis partim virentibus, partim niueis, quosdam in quibus nihil niuei.

Menthastrum longo folio albo pictum apud Lonicerum lib. 5. cap. 101. pro Rosmünz florens Augusto.

Mentha arvensis florens Augusto, apud Brunfelsium in herb. Germ. p. 254. ex Hieronymo Brunsch. Mentastrum Ackermünz.

Mentha aquatica (quam Matthiolus postremis commentariis in Diosc. pingit pro Sisymbrio sylu. lib. 2. cap. 121. figura non mihi placet) in pago Umbden eundo ex Bel Kirchen urbem, florens in fine Septembris. Brunfelsio in herb. German. p. 254. Fischmünz & ex Hieronymo Brunschweig/ Bachmünz/ *Mentha rubea*, *Mentha aquatica* quibusdam Germ. Fischmünz & Rattmünz.

Mentha Catharia in horto Ioh. Lutz pharm. in Kirchen. Brunfelsio in herb. Germ. ex Hieronymo Brunsch. *Mentha non odorifera*, Nept/Steinmünz/Rasenfrau.

Calamin-

Calamintha magno flore in monte Teck.
Melissa Turcica vulgo dicta flore albo & rubro in horto Io. Lutz pharm. in Kirchen & in Wisensteig in horto II. Com. sequenti anno in horto adm. fontis. *Türkisch Melissen*. Gesn. de hortis p. 269. *Melissa* vel *Cedronella* id est *Citrago Turcica*. Matthi. in Diosc. lib. 3, cap. 101. *Melissa Moldauica*. Lob. in adu. p. 220, & icon. Pl. p. 515. *Melissophyllum Turcicum*.

Melissa sequenti anno in horto admir. baln. *Melissen*. Brunf. tom. 3. Rhaps. 19. *Melissa*. Lob. obs. p. 277. *Apiastrum* siue *Melissophyllum* icon. p. 514. *Apiastrum*, *Citrago*.

Hedera terrestris multis Brunfelsio in herb. Germ. pingenti p. 60. Gundel Rebe *Chamæcissus*, *Hedera terrestris*, *Corona terræ* Germ. Erdeplew / Erden Kränzlin. Comiti à Neuenar Elatine Diosc.

Pulegium Goeppingæ in horto III. E. C. & sequenti anno in horto admir. baln. Brunfelsio in hist. Germ. ping. p. 247. *Polen Pulegium*.

Origanum florens ad Eichelberg Septembri flore pureo & rubello. Trago pingenti lib. I. ca. 10. Wolgemut / Dosten / *Origanum*.

Origanum vulgò flore albo inter Grübingen & Wisensteig florens Sept.

Origanum Creticum cum longiusculis corymbis spicas æmulantibus, flore albo & rubello Goeppingæ in horto III. E. C. & sequenti anno in horto admir. balnei.

Maiorana gut Meyeron / sequenti anno in horto balnei admirabilis.

Maiorana vulgaris in Boll & annua ex semine florens in horto Illustriss. E. C. Goeppingæ mense Augusto, ybi copiosa. Trago lib. I. cap. 8. zamer Mayeron / oder Meyle / Sampsuchus.

Lauendula in horto Illust. E. C. Goeppingæ, & sequenti

anno in horto adm. baln. Trago pingenti lib. i. cap. 18. *Lau-*
fander. *Casta Germ.* *Lauendula.* Lob. obs. p. 236. & icon.
 Pl. p. 431. *Spica Lauendula.*

Rosmarinus, *Rosmarin* sequenti anno in horto admir.
 baln. Lob. obs. p. 234. & icon. Pl. 429. *Rosmarinum coro-*
narium.

Scordium in Kirchen in horto Io. Lutz phar. *Trago pin-*
genti l. 2, c. 123. *Lauchen Knoblauch.* *Scordium.*

Ocimum medium flore albo Gœppingæ in horto Ill. E.
C. florens Augusto mense, & sequenti anno in horto ad-
 mir. baln. *Basilgen.* *Brunfels.* tom. i. Rhaps. 35. *Basilicum.*
 Lob. obser. p. 268. & icon. p. 503. *Ocimum siue Basilicum*
medium vulgarius.

Serpyllum florens Augusto, Septembri & Octobri, du-
 ples est. Vnum flore paruo coeruleo. Alterum flore ma-
 iore pallidiore: Habui Montbelgardii in horto Ill. E. C. et-
 iam flore nuceo quod eò attuleram. *Brunfelsio pingenti*
Hünerfeel/ Quendel/ Knenlin/ Hünerflee/ Wildepoley/
vñser Frauen Bettstree/ Håner Serbe/ Serpyllum.

Serpyllum maius in monte Teck florens Nouembri.

Acinos quibusdam, florens Septembri mense in *Ei-*
chelberg/ obseruau etiam Octobri in monte Teck.

Hyssopus vulgaris florens Augusto in Boll & sequ. anno
 in horto adm. baln. flore coeruleo, rubro & albo. *Brunfel.*
 tom. 3. Rhaps. 80. *Hyssopus.* Lob. obs. p. 237. & icon. p. 433.
Hyssopus Arabum Mesue & officinarum.

Satureia florens Augusto mense. *Matthiolo hist. Germ.*
 l. 3, c. 40. *Saturej aut Seenon Satureia.*

Thymus Gœppingæ in horto Ill. E. C.

Cannabis sylvestris quibusdam flore coeruleo florens
 Augusto mense.

Vritica fætida vulgaris purpurea, maculis albis folio nos-
 tato, florens in *Eichelberg* Sept. *Eiusmodi* valde frequens
 circa Brifacum.

Vritica

Vrtica fætida flore purpureo, foliis non maculatis, in Eichelberg & alibi, piæta apud Matth. in Diosc. l. 4, c. 90. florens Octob. Brunfelsio in herb. German. p. 121. Dumb Nesselweiblein. *Vrtica labeo* Galionplij. Todnessel.

Vrtica fætida flore albo, florens Septembri & Augusto, & in monte Teck Octobri. Brunfelsio in herb. Ger. p. 121, Daubnessel weiblein.

Vrtica fætida minor foliœ caulem ambiente, florens Septembri mense in agris versus Zell.

Vrtica fætida species à Trago depicta l. i, c. 1. titulo Heracleæ Waldbnessel: inter Grüning & Wisensteig florēs Septembri, & prope fontem Rappenzagel.

Vrtica fætida Heracleæ Tragi similis vel Stachiadi Fuchsij in monte Teck.

Vrtica fætida angustifolia.

Ballote siue *Marrubium fœtidum*, florens Aug. mensc. Matth. hist. Germ. lib. 3, cap. 82. Schwarzer Andorn *Marrubium Ballote*.

Vrtica maior florens Augusto. *Tragus* l. i, c. 1. *Vrtica minor* Heitter Nessel. Brunfelsius figuram habet herb. Ger. p. 223. sub præcedenti nomine.

Cardiaca in Eichelberg florens Sept. picta apud Matth. in Diosc. l. 4, c. 90. Brunfelsio pingenti in herb. p. 72. Andorn Mänlin.

Sideritis aquatica, florens Augusto mense variis in locis: quæ Matth. hist. Germ. l. 4, c. 33. Gliedkraut. *Sideritis* siue *Heraclia* l.

Clinopodium vulgare Matth. in Diosc. l. 3, c. 93. vbi figura satis commoda, florens Augusto & Sept. in monte Teck mense Octobri.

Clinopodium prædictum flore albo inter *Sewbad* & *Bach* ascendendo montem florens Septembri.

Sideritis glabra latiore folio, itinere Goëppingensi,

*Matth. hist. Germ. lib. 4. cap. 33. Gliedkraut 4. Sideritis 4.
Sideritis Fuchsii in Eichelberg.*

*Ladanum rubrum segetum quibusdam, flore rubente,
vel purpurascente, passim in agris florens Augusto, Sept.
& Octobri. Matthiolus videtur pingere lib. 3. cap. 93. in
Diosc. pro Pseudoclinopodio.*

*Ladanum segetum prædictum flore albo eundo Kirchen
vrbem in agris, mense Octobri.*

*Elatine vel Veronica altera Mattholi folio rotundiori,
florens Augusto.*

*Anthirrinum flore rubente & albo, Leibfarben vnd weiss-
sen Trachenmeuler/ sequentiam anno in horto adm. balnei.
Matthiolus hist. Germ. lib. 4. cap. 115. vocant Sterckraut
Antirrhinum.*

Crista galli reliquiæ siciæ Septembri.

*Euphrasia florens Septembri & Octobri, & antè Augu-
sto. Brunfelsio in hist. Germ. p. 34. vbi mala figura Weisser
Augentrost.*

Euphrasia rubra.

*Melampyrum multis florens Augusto. Trago pingenti
lib. 2. cap. 33. Rüweizen. Triticum Vaccinum aut Bouinū.*

*Consolida media. Trago l. i. c. 103. pingenti, gulden Gun-
sel: Brunfels. pingenti in her. Germ. Gulden Gunzel con-
solida media aut minor.*

*Prunella flore minori florens mense Augusto, Septem-
bri & Octobri: Brunfelsio in herb. Germ. p. 190. vbi figura
non placet. Brunellen. Brunella.*

Prunella magno flore purpureo ad montem Teck.

*Botryn (quam Matthiolus pingit hist. lib. 3. cap. 113. vbi
vires Germ. Traubenkraut & Krottenkraut) vidi in Kir-
chen vrbe in horto Io. Lutz pharm. florentem, deinde se-
mine maturo Septembri mense: Is parat conseruam ex
herba, parabat etiam in Kalb & ea vtebatur, vt ait, Medici
Pfortz-*

Pfortzheimienses & Dominus Höchstetter ad affectus pulmonis. D. Rentzius medicus dixit se etiā ea vti odo-rata quidem conserua, sed non vsque adeo grata propter amaritudinem.

Botrys altera iuxta rupes areis Teck florens Nouemb. & Sept. in monte Eichelberg.

Pseudochamædrys. *Trago pingenti* lib. I. ca. 67. *Gamander* / *Blumen der Leen*. *Vergiß mein nicht* / *Helfft & Fra-wenbiß*. Brunfelsius in suo herb. Germ. p. 249. Pingit hu-ius speciem nomine *Erdweyruach* & *Dannenbäumlein*: sed non benè nomina Chamaedrios huic tribuuntur.

Pseudochamædrys pulchra magna cum spicis & capsulis Septembri, circa Eichelberg.

Scrophularia apud Matthiolum figura l. 4. c. 90. in Diosc. florens Augusto.

Scrophularia maior altera propè Rappenzagel fontem medicatum.

Verbascum nigrum flosculo luteo, *Trago pingenti* lib. I. cap. 72. *Schwarz Wulfram*.

Verbascum flore paruo albo ad Eichelberg / in Kirchen. An *Trago* lib. I. cap. 72. *Waldwull* aut *Wishwull*.

Verbascum vulgare flore magno luteo, *Trago pingenti* l. I. c. 72. *Wulfraut* / *Verbascum*, *Tapsus barbatus*.

Primula veris flore pleno, in horto Ill. E. C. Gœppingæ.

Primula veris sylatica, florens Septembri ad fontem Rappenzagel. *Trago* lib. I. cap. 67. *Wald Schlüsselblumen*. *Himmelschlüssel* / *weiß Betonien*. *Herba paralyfis*.

Symphytum maius in *Wisensteig* in horto Ill. Comitis & sequenti anno in horto adm. baln. *Walwurz*. Brunfels. tom. I. Rhaps. 9. *Trago* lib. I. c. 79. *Consolida maior*. Lob. obs. p. 315. & icon. p. 583.

Buglossum flore miniore albo & purpureo Gœppingæ in horto Ill. E. C. & in *Wisensteig* in horto Ill. Com.

Echium florens Sept. Matth. hist. Germ. l. 4, c. 29. Wilde Ochsenzung. *Echium*.

Echium scorpioides minus kirsutum, florens Sept. Octobri & Augusto mensibus.

Echium scorpioides speciosiori flore, aquaticum.

Cynoglossa minor ad montem Eichelberg/florens Sept.

Lithospermum, *Milium Solis*, in Wisensteig in horto Ill.

Com. *Trago pingenti* Meerhirschen/Meergries/weissen Steinbrech. *Lithospermum*.

Flos Mexicanus flore luteo in horto Illustr. E.C. Gœpp.

Medium quibusdam in horto Illustr. E.C. Gœppingæ & sequenti anno in horto adm. baln. flore albo & cœruleo.

Gesn. de hortis p. 276. *Rapisyli*. genus maximum. Lob. vob. p. 175. & icon. p. 224. *Viola marina*.

Campanula maior.

Cantabrica Anguillaræ.

Plantago maior hirsuta. *Trago pingenti* l. 1, c. 55. Breiter Wegerich/*Plantago media* vel *alba*.

Plantago latifolia glabra, *Trago pingenti* lib. 1, c. 75. Rosier Wegerich. *Arnoglossa*, *Plantago*.

Plantago angustifolia sem. maturo Augusto mense. *Trago pingenti* lib. 1, cap. 75. Spitzer Wegerich. Lanceolata, *Plantago minor*.

Damasonium siue Elleborine cum siliquis in monte Teck Octobri.

Betonica Coronaria siue flores Caryophyllei pleni rubri & ex rubro fusci maiores & odoratores ac etiam cœrulei albi in Boll & sequenti anno in horto adm. bal. *Trago pingenti* l. 1, c. 198. *Garyophylla altilis* *Graßblumen* & *Negelin*. *Fuchsio* hist. cap. 134. *Betonica altilis*. *Veronica Coronaria*. Item icon. 188. Lob. icon. Plan. p. 441. *Caryophyllus multiplex*.

Betonica Coronaria flore laciniato, gefüllten zazern Nægelin

gelin sequenti anno in horto adm. baln.

Betonica Coronaria folio laciniato variæ species minores *Zasernägelin* sequenti anno in horto adm. baln.

Betonica Coronaria latifolia flore rubente & albo *rohe* vnd *weiß* *Buschnägelie* sequenti anno in horto ad. Fontis.

Betonica Coronaria latifolia flore pleno, *Gefültten Kartheuser Nägelin* in horto adm. baln. sequenti anno.

Betonica coronaria repens. *Früe Felsen Nägelin* sequenti anno in horto adm. baln.

Betonica coronaria repens, *Früe Felsen Nägelin* sequenti anno in horto adm. baln.

Cuculiflos florens Septembri. *Trago pingentil lib. 1, cap. 334. Gauchblumē*. *Cuculi flos*. *Dod. hist. Gal. l. 2, c. 77. Vetonica sylu. Lob. icon. Pl. p. 451. Armoraria pratensis sylu.*

Lychnis cum summitate viscosa Gœppingæ in horto II. E.C. *Centaurium quibusdam*, sed male.

Polemonium petreum *Gesneri prope Eichelberg.*

Lychnis rubens in *Kirchen* in horto Io. Lutz phar. sequ. anno flore rubente & albo in horto adm. bal. *Trago pingentil lib. 1, cap. 40. Mårgen Rößlein. Rosa mariana, Gesnero Louis flos.*

Flos Constantinopol. semine maturo Augusto in horto II. E.C. *Gœppingæ*.

Ocymoides flore purpureo florens Augusto circa Boll & sponte in *Wisensteig* in horto II. Com. *Trago lib. 1, c. 40. Gliedweich/Bersilgen & quibusdam Ocymoides.*

Ocymoides non speciosum in agris circa Boll & *Gœppingæ* in horto III. E. C. de quo in nostra historia copiosius: semine maturo Augusto mense, florens adhuc *Oetobri* in *Wisensteig* in horto III. Com. *Figura Tragi l. 1, c. 40. sub nomine Gliedweich nostra plantæ conuenit quāvis existimē Tragum in descriptione aliā plantā intelligere.*

Ocymoides verrucosum quibusdam aliis *Cirræa Lute-tiana*

tiana prope fontem Rappenzagel: circa Boll Aug. mense eum semine & flore.

Pycola maior. Trago pingenti lib. 2. cap. 53. Wintergrün/Holzmangelt/Waldmangelt/Beta sylu. Pycola. Limoniū. Brunfels. tom. 3. Rhaps. 31. Lob. icon. Pl. p. 294. Pycola.

Pycola minor. Dalechampio in editione Enar. Amati in Diosc. Ambrosia. Clus. de Pann. lib. 3. cap. 23. Pycola 2. & tenentes.

Gramen Parnassi quibusdam in proximo monte florēs. Cordo hist. lib. 2. cap. 115. Hepatica alba. Dod. hist. Gal. lib. 4. cap. 51. Lob. obs. p. 603. & icon. p. 602. Gramen Parnassi montanum Hederatum.

Caltha aquatica. Trago l. 1. c. 44. Caltha Vergilij. Lob. obs. p. 323. & icon. Pl. p. 594. Caltha palustris.

Aesarum copiosè prope fontem Rappenzagel. Matth. hist. Germ. l. 1. c. 9. Haselwurz/Aesarum.

Tusfilago. Trago pingenti lib. 1. cap. 139. Rosshub. Tusfilago.

Viola martia flore pleno albicante Goeppinge in horto Illustris. E.C.

Viola martia purpurea. Trago pingenti lib. 1. c. 190. Merkenviolen/Viola nigra & purpurea.

Viola martia pallido flore siue coeruleo inodoro vel syluatica. Trago lib. 1. cap. 191. Hundsviolen/Viola canina, circa Boll & ad fontem Rappenzagel.

Iacea tricolor vulgo dicta, in agris flore partim albo partim luteo: Est etiam quædam valde parua florens Augusto. Trago pingenti lib. 1. cap. 192. Columellæ Violæ Saracenæ, quibusdam Plinij Violæ Tusculanæ marinæ flammeæ: aliis herba Trinitatis & Iacea. Freyssam/Drenfalsigkeit/Unnißsorg.

Genianana minor vulgo Cruciatæ dicta. Trago pingenti lib. 1. cap. 84. Midelgeer/Heil allen schaden/S. Peterskraut Sperens.

Sperenstich.Hieron.Brunschweig Herba Berith.ad Phy-
teuma Diosc.accedit.

Gentianella affinis violæ calathianæ, florens Septembri
ad Eichelberg.

Gentianella elatior angustifolia radice perenni, flore
magnō, florens Septembri ad montem Eichelberg. Hū-
ius meminit *Tragus* lib.1, cap.56. nomine *Enzian* & *Gen-
tianæ* 3. minoris.

Gentianella singulari plerunq; flore magnō & laciniato,
florens Augusto in monte vicino fonti adm.

Hypericū Androscemen quibusdā caule & folio hirsuto.

Hypericum vulgare folio glabro. *Tragus* l.1, c.23. videtur
pingere pro *S. Johansfraft*.

Hypericum ascirum multis, caule quadrangulo. Hoc pin-
git *Tragus* l.1, c.23. nomine *Harthew*: in descriptione me-
minit, licet minus solidē Hyperici species descripserit.

Gratiola in horto Io. Lutz pharm. in *Kirchen*. Matth. in
hist. Germ. lib.4. cap.124. *Gratiola*.

Auricula muris quibusdam hirsuta flore albo calyce
longo, lucido florens Augusto, Sept. & Octob.

Alsine longifolia.

Alsine aqua innatans, Augusto, qualem pulchrum vidi
in stagno extra portam Porrentui mense Decemb.

Alsine folio ferrato florēs Septembri, picta est à Fuch-
sio cap. hist. 2. pro *Alsicus* 2. genere. *Tragus* vocat *Morsus*
gallinæ tertiam speciem.

Alsine maxima repens, florens Augusto, Septembri &
Octobri: depicta est apud Dod. hist. Gal. lib.1. cap. 34. pro
Alsine maiore cuius meminit *Camerarius* in horto p. II.
Germ. *Groß Hünerserb*.

Alsine vulgaris siue *Morsus gallinæ* pictus à *Trago*
lib.1, cap.126. cui *Hünerdarm* & *Vogelfraut*. Fuchsio hist.
cap.7 pingenti *Alsines* primum genus,

Alsine minima Fuchsio qui pingit hist. cap. 7. cum semi-nibus Augusto mense.

Gramini Fuchsij affinis.

Anagallis, Brunfels. tom. i. Rhaps. 43, Lob. obs. p. 247. & icon. p. 465.

Serpillifolia aquatica. An Trago l. i. c. 61. Wasser Gauch-
heit/hanc ego describam in historia mea generali.



Numularia, Trago pingentil lib. 2, c. 90. Egelfraut Serpentina minor, Hirundinaria, Centummorbia.

Polygonum Tragi, florens Augusto & Septembri. Tragus lib. 1,

lib. I, cap. 196. piagit nomine *Cruzblümlein*. Ramsel. Polygalon Diosc. quod flore albo, quod purpureo Glaux.

Polygonum, Centinodia florens Augusto. Trago ping. l. I, c. 128. *Weggras*/*Wegdrift*/*Corrigiola*, *Blutkraut* Herba sanguinalis, Polygonum mas.

Linaria lutea vulgaris, florens in monte Teck Octobri, circa Bol Augusto. Trago pingentil. l. I, c. 117. *Scheisskraut*/*Reinkraut*/*Harnkraut*/*Flachsbraut*/*Nabelkraut*. Pseudolinum, Linaria, Vrinalis, Adulterina esula, geel Rittersporn quibusdam osyris.

Linum, *Lein*/*Flachs* pictum apud Matthiol. hist. Germ. cap. 17. florens Augusto, Septembri ac Octobris fine ex semine deciduo. Notatu dignum quod intellexi ex Domino Io. Lutz pharmacopæo Kirchensi egregio: Silicem durum cœdit, quem, vt terendis iis quæ opus est in marmorea tabula, sit aptior, postmodum tympano machæroporum polit, manu prehendendus ab altera parte. Cui tandem vt duritiem inuictiorem conciliet, vt ait, in oleo lini decoquit.

Centaurium minus florens Augusto : Tragus pingit & vires ascribit l. I, c. 43. ac vocat *Tausentgulden*.

Melanthium flore maiore in *Wisensteig* in horto Illust. Com. Trago ping. l. I, c. 3. Nam Nigella, *schwarzer Coriander*/*Salusandria*, Melanthium.

Melanthium flore minore pleno in horto Ill. Com. in *Wisensteig* & sequenti anno in horto adm. baln.

Consolidaregalis cœrulea arvensis florens. Tragus lib. I, c. 195. eius exhibet figuram nomine Rittersporn/suspicatur Thalictum Diosc.

Feniculum vulgare in Boll & in horto adm. fontis sequenti anno. Brunfel. tom. 2. Rhaps. 4. Trago lib. I, ca. 149; Fœniculum.

Anethum in Kirchen in horto Io. Lutz phar. & sequenti

anno in horto adm. baln. Dill. Brunfelsio tom.3. Rhaps. 87. Lob. obs. p. 448. & iconum p. 776. Anethum.

Meum vulgare Beerwurz in Kirchen in horto Ioh. Lutz pharm. Plant. icon. p. 777. Daucus Creticus Fuchsij. Lob. 448. Aduer. 347. Teut. 947. Matth. in Diosc. in post. Com. Ital. lib. 3. cap. 3. Meum.

Peucedanum in Kirchen in horto Lutz phar. Trago l. 2, cap. 121. Peucedanum. Item Lob. icon. Pl. p. 781. Dod. hist. Gal. lib. 2. cap. 94. & in Latina in folio pag. 314. Fuchsius icon. p. 343.

Silaum florens Augusto in pratis.

Caros in pratis copiosè. Brunfel. tom. 3. Rhaps. 59. & 4. p. 196. Caros.

Pecten Veneris sem. maturo Augusto mense, & florens Septembri in agris. Matth. in Diosc. lib. 2, cap. 137. Pecten Veneris. Lob. obs. p. 419. & icon. Pl. p. 726. Veneris pecten Plinij.

Cherephyllon in horto adm. baln. sequenti anno Körb- linfraut/Brunf. tom. 3. Rhaps. 63. Cherefolum. Lob. obs. p. 419. Gnidij species videtur Cerefolum.

Anisum florens Septembri in horto Io. Lutz pharmac. in Kirchen vrbe. Lob. obs. p. 415. & Icon. Pl. p. 722. Brunf. tom. 3. Rhaps. 38. Anisum.

Coriandrum, Coriander anno sequenti in horto admir. baln. Brunfel. tom. 1. Rhaps. 34. Lob. obs. p. 403. & Icon. Pl. p. 705. Coriandrum.

Petroselinum vulgare siue Apium hortense, sequenti vere in horto baln. adm. Brunfelsio tom. 3. Rhaps. 44. Petroselinum. Lob. obs. p. 405. Selinon siue Apium hortense. Icon. Pl. p. 706. Apium hortense.

Saxifragia Hircina siue Pimpinella maior, florens Aug. Sept. & Octob. Brunf. tom. 3. Rhaps. 4. Pimpinella. Lobel. obs. p. 413. & icon. Pl. p. 720. Pimpinella maior Fuchsij.

Saxi-

Saxifragia hircina minor, florens Septembri. Trago lib. 1, cap. 156. Pimpinellæ tertia species. Dod. hist. Lat. in fol. pempt. 2. lib. 55. cap. 21. *Saxifraga parua*. Lob. obs. p. 413. & Icon. Pl. 719. Pimpinella, *Saxifraga hircinia minor*. Columnæ p. 76. *Tragium Diosc.*

Sanguisorba florens Augusto. Trago lib. 1, cap. 157. *Her-gotts Bärtlin* aut *Welsch Bibenell*. Pimpinella Italica. Lob. obs. p. 412. & icon. Pl. p. 718. Pimpinella. Hanc herbam plurimi Medicorum qui scripserunt, confundunt cum præcedenti herba, licet viribus multum differant & comorum ac radicum forma.

Pastinaca sylu. siue *Staphylinus*. Trago lib. 1, c. 147. *Staphylinus syl.* Lob. obs. p. 416. *Pastinaca Diosc.* & *Lob. icon.* Plan. p. 722. *Genuina syl.* *Pastinaca Diosc.*

Carota. Trago lib. 1, cap. 147. *Staphylinus*. Lob. obs. p. 416. & icon. Pl. p. 223. *Pastinaca sativa* *Dioscorid*. *Daucus Theophrasti*. Matth. in *Diosc. lib. 2, ca. 107*. *Sifer alterum*. *Carota rubra* sequenti anno in horto adm. baln. *Röhte Rüben*. *Carota lutea* *Gelb Rüben*.

Antrisces quibusdam semine aspero.

Cicutaria florens Augusto, Septembri, & Octobri, & Augusto maturo etiam semine, quidam Myrrhidem male statuunt.

Cicuta paßim, quam in arce Teck vidi florentem Octobri & ad montem Eichelberg. Trago lib. 1, c. 159. Lob. obs. p. 422. & icon. p. 732. *Cicuta*. Frater Casparus Bauhinus in phylop. ac alij Petroselini vitium. Tragi lib. 1, cap. 154. & *Cicutariam fatuam*. Lob. icon. Pl. par. 2. p. 280. separat à *Cicuta* & secundam facit, ego eandem existimo, & tatum in eo differre quod *Cicuta* quam vocant, sit ex plantis quæ primo vere & æstate proueniunt & citò caulescunt.

Pastinaca Germanica hortensis. Trago l. 1, c. 146. *Pastinaca sativa*. Lobel. obs. p. 407. icon. Pl. p. 709. Passim in

hortis & nunc etiam in horto admirabilis balnei.

Sphondylium florens Octobri & antè Augusto & Sept. Matth. in hist. Ger. l.3, c. 64. *Deutscher Beerenflaw* / *Spondylium* Dioſc. vulgò Branca Vrsina.

Ligusticum vulgare in *Wisensteig* in horto Ill. Comitis. Brunfel. tom. 3. Rhaps. 44. Leuisticus. Lobel. obs. p. 401. & icon. p. 703. *Leuisticum Germanicum* Laſerpitium.

Imperatoria in *Wisensteig* in horto Ill. Comitis. Brunf. tom. 3. Rhaps. 21. *Astantia*. Trago lib. 1, cap. 144. *Smyrnium hortense* vulgò *Osteritium*. Lob. obs. p. 398. & icon. p. 700. *Imperatoria ostentium*.

Angelica sativa Gœppingæ in horto Ill. E. C. & in *Kirchen* in horto Io. Lutz phar. & anno sequenti in horto admir. balnei. Brunfelsio tom. 3. Rhaps. 21. *Angelica*. Lobel. obs. p. 398. & icon. p. 698. *Angelica Smyrnium Cordi*.

Angelica sylu. apud Matthiolum in Dioſc. lib. 4. c. 101. vbi figura nō mihi videtur responderē descriptioni eius, sed esse figuram aquatica. German. vocatur *Wilde Angelick*. Lonicerus lib. 5, cap. 299. editionis anni 1573. habet figuram non bonam : melior est Fuchsij in historia. In Boll ac locis vicinis abundat. Hospes in Zell pago vicino nomine *Buchholder* (cùm mihi demonstraret fontem medicatum *Kappenzagel* prope quem ad riuum copioſe prouenit) celebrabat in morbis equorum, pecorum, & suum, exhibitam viridem cum potu vel fiscam : ac narrabat sues laborare morbo paucis cognito, vnde ſep̄e sine auxilio intra octiduum moriuntur : morbum autem vocari *Fäſen* / & esse internè in ore tumorem ad maxillam durum, crassitudinis pollicis, qui, si non tollatur, excrescit, & eos suffocat : Se mederi hoc modo, acu filum per tumorem traducere ut cum filo possit eum tenere & eleuare, deinde nouaculâ auferre totum tumorē, mox dare in potu hanc *Angelicam* & subſternere rōht *Buchen* / id est

est Artemisiam & stinckend Attich/ id est Ebulum, cum feme
mine & flore Aug. Trago lib. 1, c. 140. Angelica sylu.

Angelica repens in monte Eichelberg. Brunfelsio tom. 3.
Rhaps. 82. Pycnocomos. Lob. obs. p. 398. & icon. Pl. 700.
Podagraria Germanica aut Belgica.

Auricula leporis in monte Teck. Trago lib. 1, cap. 143.
Herba vulneraria. Lob. obs. p. 243. & icon. Pl. p. 456. Bu-
pleucon.

Scorpioides Bupleuci folio in Kirchen in horto Io. Lutz
Pharmac. Dodonæo hist. Gal. lib. 1, cap. 41. *Scorpioides*.
Lobel. obs. p. 644. & icon. Pl. p. 457. *Scorpioides repens*
Bupleuci folio.

Perfoliata in horto Ioh. Lutz pharmac. in Kirchen vrbe
& in Wisensteig in horto Illustriss. Comitis, & sequenti
anno in horto admirabilis balnei. Lob. obs. p. 215. & icon.
Pl. p. 396. *Perfoliatum vulgatius* flore luteo folio vmbi-
licato.

Canabis mas & *fœmina* : Piſturam & vires proponit
Lonicerus lib. 5, cap. 175. In Boll & locis vicinis copiosa,
ſed aliis modus præparandi quam Montbelgardii : vbi
ſupravirentem herbam per aliquot dies extensam relin-
quunt, poſtea digitis confringunt. Hic verò & paſſim in
Ducatu Vvritembergico macerant in ſcrobibus aquæ
plenis, vnde interdum graue virus exhalat, cuius præpa-
randæ rationem Vvritembergensibus vſitata micone ex-
hibemus, quam in fine lector inueniet.

Ulmaria prope pagum Zell, & prope admirabilem fon-
tem, & circa Boll, in Kirchen in horto Ill. E. C. Trago l. 1, c.
95. Das ander Geißbart.

Valeriana maior sylu. florens Septembri circa Eichel-
berg & circa Boll. Trago pingenti lib. 1, cap. 19. Ge-
mein Baldrian / Räzenwurzel / Augenwurzel / Den-
marke.

march. Valeriana vulgaris vel secunda. Lob. obs. p. 411. & icon. p. 715. Valeriana sylu.

Valeriana Græca in Wisensteig in horto Ill. Com. Dod. hist. Gal. l. 3, c. 17. Phu Græcum. Lob. obs. p. 412. & icon. Pl. p. 716. Valeriana peregrina Belgarum.

Helianthomum luteum florens ad Eichelberg Septemb. Trago qui pingit lib. 1, cap. 73. Feld Isop aut Heiden Isop.

Fragaria & *Fraga* pingitur ascriptis viribus apud Matthiolum in Diosc. lib. 4, cap. 38. Septembris 23. & 27. bulcus attulit mihi multa & pulchra fraga matura cum floribus: habui adhuc Octobris mense. Quidam Bollen-
ses mirabantur ita tardè reperiri & rem raram dicebant: Bubulus tamen ait loco eo vbi collegit solere aliis annis etiam prouenire: misi Illustrissimè meæ Principissæ Studi-
gardiam. Germanis dicuntur Erdbeer. Mensis Nouemb.
fine fructum vidi veniendo Basilea inter Sept pagum &
Florimont, & Montbelgardi in horto Ill. E. C. alba fraga
matura bona. Brunfel. tom. 2. Rhaps. 10. Trago lib. 1. c. 170.
Lob. obs. p. 396. & icon. Pl. p. 617. Fragaria.

Fragaria sterilis. Gesnero de hortis p. 259. & Lob. obs. p. 396. & icon. Pl. 698. Fragaria sylvestris sterilis.

Quinquefolium vulgare repens, cuius radix siccata fit quadrata, qualem Theoph. tradit esse Pentaphylli: apud Matthiolum in Diosc. lib. 4, cap. 38. bona est figura: ibi etiam vires traduntur sub nomine Quinquefolij: Germanicè dicitur Fünff Fingerfaut. Lonicerus l. 5, c. 273. editionis anni 1573. Frustra vnius herbæ duas figuræ habet cum inscriptione Fünff Fingerfaut & Pentaphylli. Lob. obs. p. 393. Quinquefolium siue Pentaphyllum vulgare. Iconum Pl. p. 690. Pentaphyllum maius flore subluteo.

Quinquefolium minus non repens.

Tomentilla cuius pictura est apud Lonicerum lib. 5, ca. 273. vbi vires tradit, Germ. *Birchwurz* florens Augusto mense.

mense.Brunfel.tom.1.Rhaps.12.Trago l.1,c.171.Tomen-tilla Icon.Pl.695.Heptaphylon.

Potentilla pulchrè depicta apud Matthiolum in Diosc.lib.4,ca.37.ibidem vires, Germ. *Genserich*. Brunfel.tom.3.Rhap.13.*Potentilla.Trago* lib.1,c.161.*Anserina.Lob.obs.*p.395.& icon.p.693. *Argentina*.

Agrimonia vulgo,apud Matthiolum l.4,c.37.*Eupato-rium*,ibidem vires. Germ. *Odermenig/florens Augusto*. Brunf.tom.3.Rhaps.22.*Agrimonia.Lob.obs.p.394.& icō*.
Eupatoriam Græcorum,Agrimonia officinarum.

Garyophyllata vulgaris ad fontem *Kappenzagel* & mon-tem *Eichelberg*. Trago l.1,c.21.hist.Germ. *Benedicenwur-zel*. Brunfel.tom.3.Rhaps.2.*Garyophyllata.Fuch.hist.ca.* 143.& icon.p.217.*Caryophyllata.Lob.obs.p.396.& icon.p.693.vulgaris Caryophyllata*.

Sanicula,Brunfel.tom.1.Rhaps.10.*Diapensia Fuchsio* hist.c.260.& icon.p.385.*Sanicula mas*. Fabio Columnæ p.73.*Sideritis tertia* Diosc.

Sanicula fœmina Fuchsio cum flore & semine Septem-bri in monte proximo Boll.

Alchimilla florēs Augusto mense.Brunfel.tom.3.Rhap.15.*Pes leonis.Trago* l.1,c.174.*Lob.obs.p.378.Icon.Pl.p.663.* *Alchimilla*.

Hepatica aurea in Kirchen in horto Ioh.Lutz.Brunfel.p.190.*Hepatica.Trago* l.1,c.177.*Trifolium magnum seu au-reum* 1.*Hepatica nobilis.Lobel,obs.p.496.& icon.p.34.par.2.* *Hepaticum trifolium*.

Saxifragia aurea. Dod.hist.Gal.l.2,c.89.*Lob.obs.p.336.*& icon.p.612.*Saxifragia aurea lichenis facie*.

Hepatica stellaris apud Lonicерум lib.2,cap.326.editio-nis 1582.*Stern Leberkraut.Matrisylua*. Apud Matthiolum in hist. Germ. à Camerario edita,*wilde Röhte/Rubia syl-uestris*,quàm bñè,iudicent Lectores. Obseruaui mense

Augusto prope fontem medicatum **Rappenzagel** / & in monte prope fontem adm. semine maturo eodem mense in monte Teck.

Aparine Kleberkraut / quam Matth. pingit hist. Germ. cap. 69. sicuti etiam Lonicerus l. 2, cap. 327. eodem titulo, Augusto mense cum semine & flore.

Rubia minor, Lonicero l. 2, c. 329, wilde Röhre / Augusto mense florens.

Sananchica florens in monte Teck Octobri & Sept. inter Grünlingen & Wisensteig.

Rubia laevis, quibusdam Alysson Plinij circa Boll in proximis montibus florens Augusto ut propè fontem medicatum **Rappenzagel** / florens & sem. maturo Sept. quod paruum non multò maius quam Portulacæ, rotundum. Octobri florens in monte Kirchen.

Rubia parva quadrifolia aquatica.

Spergula florens Septembri.

Hipparis magna folio nonnihil aspero, non item caule vbi viret.

Hipparis folio tenuissimo in varias partes diuiso, mollis, scœniculo aliquatenus similis.

Hipparis minor in aruis.

Chelidonium Augusto. Trago pingenti l. 1, c. 33. Schelwurz. *Chelidonium* maius.

Absinthium vulgare in horto adm. Bal. sequenti anno. Brunf. tom. 3, Rhaps. 64. *Absinthium*. Lob. obs. p. 433, & icon. Pl. p. 752, *Absinthium vulgare*, Ponticum Ruellij.

Ruta florens Aug. Trago pingenti l. 1, c. 22, jam Rauten.

Vitis Idaea angulosa. Trago pingenti l. 3, c. 13. Heydelbeert / Stendelbeeren / Myrtilli.

Tinctoriis flos Aug. florens prope Nebenhausen. Trago pingenti, l. 2, c. 8. Geel Ferbeblumen / Heydenschmuck.

Chamaespartium in monte Teck. Trago lib. 2, cap. 7, Erdpfrimen /

pſrimen/humile spartum,in cuius figura flores male pictū.

Portulaca maior in horto Illust. E. C. Goeppingæ mense Augusto & sequenti anno in horto adm. bal. *Burzel/Sat.* Trago pingenti *Burgel/Grensel/Burzel/Portulaca.*

Anacampferos Gesnero picta à Matthiolo in Diosc. lib. 2, cap. 131, nomine Fabariæ quam meritò negat esse Telephium: Figura melior quam Loniceri cap. 11, lib. 5, in editione anni 1573, vbi vires tradit nomine Germ. *Knabenfraut*. Brunfel. tom. 1, Rhaps. 37, Scrophularia media. Lob. obs. p. 211. Telephium. Iconum Pl. p. 389. Faba inuersa siue *Crassula*. Nō solum in Boll obseruaui, verū etiam Gœpp.

Rhodia radix in *Kirchen* in horto Ioh. Lutz phar. Trago pingenti l. 2, c. 137, hist. Germ. *Rosenwurz*. Fuchsio hist. ca. 257. *Rhodia radix*. Lobel, obs. p. 212, icon. Pl. p. 391. *Rhodia* siue *Rosea radix*.

Semperuinum maius vulgare depictum apud Matthiolum l. 4, c. 84, (vbi vires) *groß Haßwurz*. Habet & Lonicerus L. 5, c. 8, Brunf. tom. 3, Rhaps. 43. *Semperuiuum maius*. Lob. obs. p. 202. Alizoon, *Semperuiuum maius*.

Semperuiuum minus flore albo quod pictum à Matth. in Dioscor. lib. 4, cap. 85, Germ. *klein Haßwurz*. Lonicero hist. lib. 5, cap. 8. editionis 1573. figura vna tatis bona nomine *Käzentreiblin* quæ non displicet, altera pro *Hünerbeer* cuius tradit descriptionem nomine *Pegonella Italorum*, quam eandem existimo male pictam & descriptione non separandam. Brunf. tom. 3, Rhaps. 42, *Semperuiuum minus album*. Lob. obs. p. 205. *Vermicularis* siue *Illecebra maior*. Icon. Pl. p. 377. *Vermicularis Crassula minor officinarum* & *Illecebra maior*.

Semperuiuum acre à Matthiolo pictum lib. 4, in Diosc. cap. 86: pro *Semperuiuo minore*, & Lonic. nomine *flein Haßwurz* lib. 5, cap. 8. Germanicè dicitur *Käzentreiblin* & *Maurpfesser*. In monte *Eichelsberg*. Brunf. tom. 3. Rhaps.

43. Semperuiuum minus flore luteo. Lob. obs. p. 205. & icon. Pl. p. 379. Semperuiuum minimum.

Lingua Ceruina vulgò dicta: pingitur apud Matthiolum lib. 3, c. 104. in Diosc. Germ. Hirzungen. Audio à Chirurgo non longè à Boll prouenire, nempe propè Castellum dirutum dictum *Burckhalden*.

Filix mas quam narravit mihi Dom. Rantzius in Foro iulio appendi in fasciculos, ad quos vesperi conuolent muscae, easq; ita facilè capi circumiecto sacco vnicuique fasciculo. Filicem marem, *Tragus* l. 1, c. 187. exhibit pro Filice fœmina, & vocat *Waldfarn*.

- *Filix* ad Lonchitidem accedens.

Filix folio Ceterach non dentato molli ad vulgarem marem accedens.

Filix tenuiter dentata florens.

Ruta murraria in muris templi in Boll. *Trago* ping. lib. 1, ca. 182. hist. Germ. *Maurrauten*.

Lichen petraeum siue *Hepatica* in pago *Sinnigen*/ qui adm. fonti vicinus. *Trago* pingenti *Brunnen Leberkraut*. *Lichena petrosa* & *aquatica*.

Muscus petraeus.

Paeonia flore simplici sem. maturo & flore pleno in horto Illust. E.C. Goeppingæ & sequenti anno in horto adm. baln. De *Paeonia Tragus*, qui pingit, l. 1, c. 200. hist. Germ. *Peonien*.

Papaver flore cinereo vngue purpureo. De papauere *Tragus* l. 1, c. 39. *Magsamen*/*Mägle*/*Mön*/*össamen*/*Papauer*. Brunf. tom. 3. Rhaps. 126. Lobel. obs. p. 142. Dod. hist. Lat. infol. pempt. 3, l. 4, c. 16.

Papaver cinereum flore pleno florens Augusto mense in horto Ill. E. C. & sequenti anno in horto adm. baln. varia genera Papauerum pleno flore.

Papaver rubrum ad montem *Eichelberg*. *Trago* pingenti lib. 1,

lib. i, cap. 38. hist. Germ. Klapper Rosen Kernenten/Grindemagen. Brunf. tom. 3. Rhaps. 15. Papauer rubrum.

Papauer luteum Corniculatum in Wisensteig in horto Ill. Com. Tragol. 1, c. 39. hist. Germ. pingenti Wilder gehörnter Magssamen. Papauer cornutum. Lob. obs. p. 141, & icon. p. 270. Papauer corniculatum.

Petum, multis Nicotiana maior in horto adm. baln. sequenti anno: Gesn. de hortis p. 262. *Hyoscyami* tertia species: Lobel. obs. p. 316, & icon. Pl. p. 584. Sana sancta Indorum siue Nicotiana Gallorum.

Priapeia multis Nicotiana altera florens ac semine maturo in horto Ill. E. C. Goeppingæ, & in Kirchen in horto Io. Lutz pharmac. Dod. hist. Gal. lib. 3, c. 92. *Hyoscyamus* luteus.

Halicacabus ad pagum Sinningen. *Trago pingenti* lib. 1, cap. III. *Schlüffen/Boberellen/Judenkirschen/Vesicaria*. Brunf. tom. 1. Rhap. 33. *Saxifraga rubra* & *quarta*. Lobel. obs. p. 134. & icon. p. 262. *Solanum halicacabus*.

Pappas in horto II. Com. in Wisensteig radice esu grata: fratri Caspero Bauhino in Phylop. lib. 5. se & t. 1. *Solanum tuberosum*.

Solanum florens Augusto, *Trago pingenti* lib. 1, cap. 101. *Nachtshat*/malè *Solanum furiosum* nominat. Brunfelsio tom. 2. Rhaps. 8. *Solastrum*. Lob. obs. p. 137. & icon. p. 262. *Solanum hortense* Circeæ aut Phasioli folio. Gesnerus de hortis p. 281. *Solanum luteum*.

Solanum fruticosum Stychnodendros in Wisensteig in horto Ill. Com. Gesn. de hortis p. 283. *Stychnodendrum*, Lob. obs. p. 136. & icon. p. 265. *Amomum* Plinij.

Tatula quibusdam *Strammoniæ* species quædam calicibus pungentibus, in horto Ill. Com. in Wisensteig & in Ill. E. C. horto Goeppingæ, sem. maturo Augusto.

Hyoscyamus vulgaris ad Eichelsberg. *Trago pingenti* lib.

1, cap. 41. *Hyoscyamus* Bilsen/ Säwbonen/ Schlaßkraut/
Dollkraut. Bruns. tom. 1. Rhaps. 39. *Hyoscyamus*. Lob. icō.
Pl. p. 268. *Hyoscyamus niger* siue *Apollinaris herba altera* Arabum.

Geranium gruinale.

Geranium odoratum in Kirchen in horto Ioh. Lutz
pharmac.

Geranium Creticum anno sequenti in horto adm. baln.
Lobel. obs. p. 377. *Geranium Creticum* annuum & icon.
Pl. p. 662. *Geranium Creticum* annuum hæmatides.

Geranium moschatum siue *Acus moschata* pingitur à
Lonicero nomine Storckenschnabel lib. 5, cap. 174. Apud
Matthiolum in editione supradicta huius Geranij non
est figura. Hoc Geranium obseruauit florens prope Kir-
chen vrbem Octobris mense, & versus Nabern & in mon-
te Teck.

Geranium folio rotundo siue circulari, cuius duas ob-
seruauimus species floris magnitudine differentes : Mat-
thiolus in Diosc. lib. 3, ca. 114. pingit pro Geranio 2. Brün-
fels. *Geranium* 2. Hermolai. Lob. obs. p. 376. *Pes columbi-*
nus siue *Germanium* alterum Diosc. Item Icon. Pl. p. 658.

Geranium batrachoides dictum quod pingitur à Mat-
thiolo nomine Geranij 4. Apud Lonicerum lib. 5, cap. 173.
exprimitur figurā cum multum laudabili pro Gratia Dei
& Germ. Gottes gnad. Inter Grubingen & Wisensteig flo-
rens Septembri.

Geranium batrachoides aliud inter Grubingen & Wi-
sensteig florens Septembri etiam prope vrbem.

Geranium sanguineum, pictum à Lonicero lib. 5, ca. 173.
nomine Blutwurz. Vidi ad montem Eichelberg. Trago
lib. 1, cap. 114. *Sanguinaria radix* & *Geranium tertium*.
Lob. Icon. Pl. p. 660. *Geranium Gruinum* siue *Gruinde*
hæmatodes.

Geranium Robertianum, depictum à Matthiolo in Dio-
scor. l.3, c.114, pro Geranio tertio Dioscor. & cum figura
alia malè expressum lib.4,c.31,pro Sideritide 4. Suspicio-
hanc eandem plantam iterum depictam loco prius cita-
to pro Geranio 5. errore fortè Typographi in editione
 anni 1569, qui non habet figuram Geranij moschati. Mat-
thiolus præterea non videtur hoc Geranium vocare her-
bam Rubertam, licet plerique herbarij ad diuum Ruper-
tum referant: Circa fontem mirabilem florens vidi Au-
gusto, Septembri, & Octobri: inueni etiam in priore ven-
triculo Attagenis dicti Germ. *Haselshun* huius Geranij
capitula. Hoc Geranium pingitur apud Lonicerum lib.5,
cap.174. sub titulo Germanico *Ruprechsfraut*. Brunfels.
tom.2, Rhap. II. Geranium tertium. Lob. obs. p.375, & icon.
p.637. Geranium Robertianum.

Anemone 3. Matthiolo in tom. Ital. post. lib.2, cap. 167. in
horto Ioh. Lutz in Kirchen. Item Gœppingæ in horto Il-
lustr. E.C.

Pulsatilla purpurea vulgaris in cacumine montis Teck.
Trago pingeti l.1, c.137. *Kuchenschell/ Hackefraut/ Schlot-*
tenblumen/ Herba venti. Lobel, obs. p. 149. & icon. p. 281.
Pulsatilla vulgaris.

